TEMPLUM PACIS ET PACISCENTIUM, LEGES IMPERII...

Jakob Otto

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 R
1 4

13.4.6.74

Digitized by Google

XIV. 12.20.
Y.10.

Digitized by Google

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

TEMPLUM
PACIS ET PACISCENTIUM,
LEGES IMPERII
FUNDAMENTALES,

& inprimis

INSTRUMENTA
PACIS
WESTPHALICÆ,
NOVIOMAGICÆ,
& ARMISTITII RATIS-
BONENSIS,

CUM ASTERISCIS SEU

AUCTARIIS

Clariſſimorum Juris Publici & Privati,
Politicæ Prudentiæ & Hiſtorices Scriptorum

junctim

PROPONENS ET EXHIBENS:

Juxta ſeriem Articulorum & Legum

cum

Typo operis Synoptico & Indice.

FRANCOFURTI,

Apud JOANN. PHILIPPUM ANDREÆ.

M. DC. LXXXVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

PRÆFATIO
ad
BENIVOLUM LECTOREM.

QUemadmodum Vir quondam πολιτικώτατος B. Bœclerus in Notis & Animadverſionibus in Dan. Ott. Jus Publicum Inſtrumentum Pacis Weſtphal. citat, monendo, quod deſideretur in illud Commentarius, qui hiſtoriam & rationes Conſultantium, Decernentiumque complectatur; Sic etiam alii eodem ardent deſiderio videndi & legendi idem Argumentum Bigæ illorum Inſtrumentorum Noviſſimorum, videlicet Noviomagici & Ar-

miſtitii Ratisbonenſis Vicenn. Cu-jus Trigæ Inſtrumentorum Pacis Articuli, LL. & Capita ſubſequentibus his verſibus incluſa, & quidem

I. INSTRUMENTI PACIS VVEST-PHALICO-SVECICI:

Articulis ſeptem & denis Pax Suecica conſtat.

Primus Amicitiæ conjungit fœdere parte .

Præteriti immemores vult læſos eſſe ſecundus.

Priſtina reſtituit ternus ſua jura cuique.

Enumerat quartus ſpeciales Reſtituendos.

In Sacris quintus conflata gravamina ſolvit.

Helvetiis Sextus dat libertatis honorem.

Septimus in fœdus Calvinum Pacis c optat.

Jura Politiæ Statibus bis quartus a umbrat.

Flori reſtituit veteri Commercia nonus.

Bellorum decimus partitur præmia Suecis.

Bra.

Digitized by Google

Br[illegible]denburgiaco undecimus Pomerana
reſarcit.
Mechlenburgiacis bis ſenus adempta re-
pendit.
Br[illegible]nſvigum decimi demulcent munera
terni.
Dat Confeſſori decimus ſolatia quartus.
Haſſum ter quino placeant & Clerus, &
Haſſus.
[illegible]rma bis octonus ſiſtit, pacemq; reducit.
[illegible]ptimus hanc firmat decimus, redditque
perennem.

II. WESTPHALICO GAL-
LICI:

[illegible]rticulis quatuor minor eſt pax Gallica
Suecâ,
Connihil in rebus varians, ut & ordine
rerum:
[illegible] quatuor primis, (niſi quod removetur
[illegible]berus:)
[illegible]x eſt diſparitas in re, neque diſcrepat ordo.
Quintus ineſt quinto, Gallorum & ſepti-
mus uni.

In ſexto ſociis Gallus dat præmia Cattis.
Helvetiis quod ſextus ibi, dat ſeptimus iſthic.
Nonus & octavus ſimiles ſunt prorſus utrinque.
At decimus Gallum plumis aquilaribus ornat.
Undecimo in partes Galli pax Itala tranſit.
Ultimus his illisque fere atque penultimus idem eſt.

III. NOVIOMAGICO-CÆSAREO-GALLICI.

Sex & triginta articulis pax Gallica conſtat:
Primus præteriti immemores vult temporis eſſe:
Weſtphalicam pacem firmando limitat alter:
Eſt fortalitium terni, quartique Philipsburg:
De urbe Fryburgenſi tractant ſeptemque ſequentes:
A bis ſeno, aliisque decem Lotharingica cauſa:

Ter-

Terque quaterque vigeſimus obfert Reſtituendos:
EſtGottorpjenſis quintus vigeſimus auctor:
Hoſtium adhuc ſiſtit ſextus vigeſimus arma:
Septimus & vigeſimus evacuat loca reddit:
De Bulljonenſi octavus vigeſimus arce:
Bella procul monſtrant, propè cenſus, ambo ſequentes:
Montisferratum primus triceſimus ecce!
Quos duo contineat Pax tractant iſta ſequentes:
Dat pacem ſartam tectamque penultimus ante:
Hanc duo poſtremi firmant, reddunt que perennem.

IV. NOVIOMAGICO-CÆSAREO-SVECICI.

Viginti quatuor minor eſt pax Suecica Scitis:
In quatuor primis vix in re diſcrepat Ordo:
Hoſtium & enumerat tunc quintus bella quadrigam:
Articulus ſextus commercia libera jactat:

De Duce agit Gottorpenſi tum ſeptimus æque :
Proximi at Articuli de junctis pace ſub illa :
Denique poſtremi duo firmant ratificantq;

TRACTATVS ARMISTITII
inter
S. CÆS. MAJEST. & IMPERIUM,
atque
S. REG. MAJEST. CHRISTIANISS.

Lex Armiſtitii viginti continet annos :
Pacis Weſtphalicæ & Neomag. Baſis eſtque ſecunda :
Tertia Amicitiæ conjungit fœdere partes :
Quartâ poſſideat Gallus Kehl & Argentinam :
Inque locis illis Dominum vult quinta ſupremum :
Idem reſtituat poſſeſſa loca omnia ſextâ :
Vtque arreſta relaxentur, benè ſeptima ſuadet :
Octavâ Dominus tum proprietarius, ejus

Et

Et Succeſſores ob pacta relinquitur alma:
Nonâ tollantur ſuper his dubia omnia amicè:
Ac decimâ Commiſſarius pro finibus adſit:
Poſt caput, & tempus Tractatus, caudaque fixa:
Et vinclo juris bis dena renunciat omni:
Cum decimâ ternâ commercia libera ſunto:
Judicii decima quartâ proceſſibus ardet:
Hoc decimâ quintâ Tractatu continet ecquos?
Præſtatur decimâ ſextâ quoque Gvarantia:
Tum partes aliæ præſtabant mutuò eandem:
Octavâ decimâ includendas ritè reſervat:
Et decimo nono articulo placet Autonomia:
Has jubet eſſe ratas tandem pars utraque leges.

Ea propter Auctor præſentium Conjunctionum & Opinionum in prædicta Pacis Inſtrumenta præcipuos ſaltem compilari periculum fecit Juris publici Scriptores (inter quos præter alios plures celeberrimos Scriptores, non ſolùm ille, præprimis nominandus nervoſa elegantia Scriptor, Chriſtophorus Forſtnerus in epiſtolis negotium pacis Oſnabrugo - Monaſterienſis concernentibus; aſt & illud, maximè, orbis literarii miraculum Hugo Grotius in epiſtolis Amſtelodami anno 87. divulgatis, quarum maxima pars exaratæ ſunt t.t. ad Sereniſſ. Reginam Chriſtinam, & Regni Suecici Proceres, qui eidem perſonam Legati ad Chriſtianiſſimum Regem impoſuerant: & denique præcipuè brevis illa delineatio Pacis Noviomag.

mag. Tractatuum conſcriptorum à Dn. Legati Coronæ Gallicæ D'Avaux &c. Secretario Diſdier &c. quo me hîc & alibi remitto:) edendo ſpecimen qualecunq;, (ſalvo tamen jure quocunque, & citra cujusque Status Imperii præjudicium:) legitimo illo tramite, & hactenus ſibi conſveto, per quatuor genera cauſarum, idque ideò tecto vel pro tempore ſuppreſſo nomine præſtando, ut in libera Republica libera judicia agnoſceret, & defectus deſideratos alio Juris publ. fortaſſean mox prodituro ſcripto, (Deo vitam & vires corporis ac animi ſuppeditante!) eâ quoque denuò, quâ fieri poteſt, brevitate & perſpicuitate ſuppleret: quod ut Numen Idem propitium bene vertat, Reique publicæ & Litterariæ feliciter eveniat,

animi-

animitùs adprecatur; intereaque temporis Lector Benivolus Aſteriſmum hunc ſolito favoris Zephyro beare haud dedignetur. Vale!

Σὺν Θεῷ!

PROOEMIUM CONSTITUTIONIS,

Quæ vulgo dicitur

INSTRUMENTUM PACIS, OSNABRUGO-MONASTERIENSIS, ET NOVIOMAGENSIS, ET TRACTATUS ARMISTITII RATISBONENSIS, &c.

In nomine Sacroſanctæ & Individuæ TRINITATIS, Amen.

N*Otum ſit univerſis & ſingulis, quorum intereſt, aut quomodolibet intereſſe poteſt. Poſtquam à multis annis orta in Imperio Romano diſſidia, motusque civiles eò usque increverant, ut non modò Univerſam Germaniam, ſed & aliquot finitima Regna, potiſſimum verò Sueciam, Galliamq; ita involverint, ut diuturnum & acre exinde natum ſit bellum, primò quidem inter Sereniſſimum & Potentisſimum Principem ac Dominum, Dominum* FERDINANDUM SECUNDUM, *Electum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlavoniæ, &c. Regem, Archiducem*

Auſtriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, Superioris & Inferioris Sileſiæ, Würtembergæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habspurgi, Tyrolis, Kyburgi, & Goriziæ, Landgravium Alſatiæ, Marchionem S. Romani Imperii, Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Luſatiæ, Dominum Marchiæ Sclavònicæ, Portus Naonis, & Salinarum, &c. inclytæ memoriæ, cum ſuis fœderatis & adhærentibus ex una: & Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dominum GVSTAVVM ADOLPHVM, Suecorum, Gothorum & Vandalorum Regem, Magnum Principem Finlandiæ, Ducem Eſthoniæ & Careliæ, Ingriæq; Dominum, inclytæ recordationis, & Regnum Sueciæ, ejusq; fœderatos & adhærentes ex altera parte: Deinde poſt Eorum è vita deceſſum, inter Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dominum FERDINANDVM TERTIVM, Electum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlavoniæ, &c. Regem, Archiducem Auſtriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moroviæ, Ducem Luxemburgiæ, Superioris & Inferioris Sileſiæ, Würtembergæ, & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habspurgi, Tyrolis, Kyburgi & Goriziæ, Landgravium Alſatiæ, Marchionem S. Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Luſatiæ, Dominum Marchiæ

Schla-

Schlavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. cum ſuis fœderatis & adhærentibus ex una: & Sereniſſimam & Potentiſſimam Principem ac Dominam, Dominam CHRISTINAM, Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; Reginam, Magnam Principem Finlandiæ, Ducem Eſthoniæ & Careliæ, Ingriaq; Dominam, Regnumq; Sueciæ, & ejus fœderatos & adhærentes ex altera parte; unde multa Chriſtiani Sanguinis effuſio cum plurimarum Provinciarum deſolatione ſecuta eſt; Tandem Divina Bonitate factum eſſe, ut utrinq; de Pace univerſali ſuſcepta ſit cogitatio, in eumq; finem ex mutua partium conventione, Hamburgi die vigeſima quinta ſtylo novo, vel die decima quinta ſtylo veteri Decembris, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo inita, conſtituta ſit dies undecima ſtylo novo, vel prima ſtylo veteri menſis Julii, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo tertio, Congreſſui Plenipotentiariorum Oſnabrugis & Monaſterii Weſtphalorum inſtituendo; Comparentes igitur ſtatuto tempore & loco utrinq; legitimè conſtituti Legati Plenipotentiarii, à parte quidem Imperatoris, Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini, Dominus Maximilianus, Comes à Trautmansdorff & Weinsberg, Baro in Gleichenberg, Neoſtadiæ ad Cocrum, Negau, Burgau & Totzenbach, Dominus in Teinitz, Eques Aurei Velleris, Conſiliarius Secretus & Camerarius Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, Ejusq; Aulæ Supremus Præfectus; nec non Dominus Johannes Maximilianus,

lianus, Comes à Lamberg, Liber Baro in Ortteneck & Otteſtein, Dominus in Stockaren & Ammerong, Burggravius in Steyer, Sacr. Cæſ. Majeſtatis Camerarius; & Dominus Johannes à Crane, Juris Utriusq; Licentiatus & Comes Palatinus, Conſiliarii Imperiales Aulici; A parte verò Reginæ Sueciæ, Illuſtriſſimi & Excellentisſimi Domini, Dominus Joannes Oxenſtierna Axelii, Comes Moreæ Auſtralis, Liber Baro in Kymitho & Nynoos, Dominus in Fyholm, Albuct, Hormungsholm, Sodorbo & Lidoo, Regni Sueciæ Senator & Conſiliarius Cancellariæ, & Dominus Johannes Adler Salvius, Dominus in Adlersberg, Harſefeld, Wildenbruck & Tullinge, Regni Sueciæ Senator, Regiæ Majeſtatis Conſiliarius Secretus, & Aulæ Cancellarius, poſt invocatum Divini Numinis auxilium, mutuasque Plenipotentiarum tabulas ritè commutatas, præſentibus, ſuffragantibus & conſentientibus S. Rom. Imperii Electoribus, Principibus ac Statibus, ad Divini Numinis Gloriam, & Chriſtianæ Reipublicæ Salutem, in mutuas Pacis & Amicitiæ Leges conſenſerunt, & convenerunt tenore ſequenti.

* * *

Ejusdem fere eſt argumenti Quadriga Præfationum Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ Cæſaræo-Gallicæ, ut & Noviomagicæ Cæſareo-Gallicæ & Sueciæ, nec non Tractatûs Armiſtitii Ratisbonæ d. 15. 5. Aug. An. 84. concluſi & ſubſcripti, nonnunquam mutatis tantùm Perſonis, Locis & Temporibus, quæ tamen in ipſo auctario oculis ſubjecta ſunt. SYN-

SYNOPSIS PROOEMII ET AUCTARII.

Num. 1. *Pax naturæ humanæ magis convenit, quàm bellum.*
2. *Paci reducendæ tempore belli opera danda.*
3. *Pacis duæ ſignificationes declarantur.*
4. *Pacis definitio: ejusque duo ſpecialia requiſita.*
5. *Pacis poteſtatem, vel jus belli & pacis quinam habeant. n.16.*
6. *Encomium Tabb. Pacis Weſtphalicæ, & Noviomagicæ.*
7. *Invocatio Numinis Divini neceſſaria & laudatiſſ.*
8. *Inſtrumenti Pacis deſcriptio.*
9. *Pacis interpretatio quatenus extenſiva ſit, vel reſtrictiva?*
10. *Inſtrumenti Pacis diviſio.*
11. *Auctores Conſtitutionis Pragmaticæ quinam?*
12. *Occaſio hujus Conſtitutionis condendæ & Cauſa formalis: Ubi quoq; Quæſtio vertitur, An Pax obliget minorem vel infantem?*
13. *Num ab utraque parte belligerantium juſta eſſe poſſit belligerandi cauſa? ubi quoque Tempus & Locus Pacis, & executionis factæ.*
14. *Cauſa Efficiens remota, proxima, & Impulſiva Bigæ Iuſtrumentorum Noviomagic. juncto etiam Loco & Tempore. Cauſa Inſtrumentalis.*
15. *Cauſa Adjuvans: & de Mediatoris in pace*

 per-

perſona qualis, & quæ ejus requiſita: Ejusque Officium delineatur; cum Triga Quæſtionum, quarum

I. An neceſſariò acceptari debeat oblata Mediatio?

II. An Mediatorum miniſtri etiam poſſint rejici?

III. Quid ſi Mediator ſegniter procedat, vel ſtudio Controverſiam in ſuſpenſo relinquat?

16. *De Induciis ſive Jure Armiſtitii ceu ſimilibus Pacis: & an Induciarum conventio ſit publica: earundemque ſpecies declarantur.*

1. GEntes humanæ, (ut cum Viro Juris Publici quoque Conſultiſſimo (a) mihi præfari liceat:) aut in pace vivunt, aut in bello, illa conditio naturæ humanæ admodum convenit, & ex eo quidem principio, quô hominem homini inſidiari nefas eſt. (b) Quod certè jus non tantùm inter ſingulos quà privatos vel cives ejusdem Reip. obſervare æquum eſt, ſed quàm maximè etiam inter Reges & populos; hæc igitur altera ſc. belli conditio utplurimum detrimentoſa eſt, & quodammodo juri naturæ adverſa, à quo tamen permiſſum gentium moribus recedere, ſi juſta cauſa ſubſit, & non locus detur amicabili ſatisfactioni.

2. Poſtquam ergò Reges & Gentes ab illo jure, quo invicem ſeſe lędere ex cognatione naturali prohibitum eſt, factâ belli indictione receſ-

ceſſerint, quantum fieri poteſt, opera danda eſt, ut pacto publico injuriarum vel cauſarum belli remiſſivo, in illum ſtatum revertantur, id quod contingit per pacem, operam huic ſaluberrimę rei plerumque adhibentibus pacis Mediatoribus.

3. Ex his apparet, Pacis eſſe duas (præter alias, quas adducit Dn. D. Gockelius, in tr. d. Regis Europ. c. 19. v. 2.) ſignificationes; accipitur enim vel pro vinculo naturalis cognationis inter homines, cujus intuitu homo homini & gens genti obſtringitur ad communia humanitatis officia, & inprimis ad abſtinentia violentorum actuum; hoc ſenſu pax ex ſimplici dictamine rectæ rationis provenit, & inter illas intercedit gentes, quæ Statum iſtum naturalis cognationis bello non ruperunt, licet invicem publicis negotiis haud innotuerint. Vel Pacis vocabulum propriè ſumitur pro pacto publico bellum finiente, ſeu potius pro ſtatu ſecuritatis tale pactum ſequente, quâ ſignificatione hîc de Pace loquimur.

4. Ex quibus jam facile arbitror colligere pacis propriè ſic dictæ definitionem, quæ ita concipi poterit, ut pax ſit ſtatus mutuæ ſecuritatis publicæ, inter Reges, Principes, vel populos pacto firmatus. Aliter non nemo, (c) quod ſit conventio publica, de perpetua armomorum ceſſatione. Alius ad indolem pacis commodius magis; (d) quod Pax ſit Status, ex

certo pacto in concordia viventium. Per ſtatum rectè definitur, ne pacis nomine abutatur. Nam ſi per pactum ſit, quomodo pax cum cauſa, per quam conſtituitur, idem erit, & ſic per pactum definiri valebit. Ex ſimili ratione Hugo Grotius (c) definit bellum, ſtatum certantium per vim. Unde duo ſunt pacis ſubſtantialia requiſita, (reliqua enim, veluti pacificationis amneſtia, & ut pax ſit Chriſtiana, perpetua, univerſalis, honeſta, ſincera, ſub artic. 1. Inſtr. Pac. recurrent, quibus & illud requiſitum neceſſarium præponit Dn. D. Gock. d. tr. & loc. cit. n. 17. ſalv. cond. ut paciſcentium congreſſus utrinque ſit tutus, cujusmodi formulam ad Pacis Tractatus An. 41. Id. ibid. communicavit:) 1. publica pacificantium poteſtas. 2. conſenſus in mutuam illam ſecuritatem, quæ paciſcentes, eorumque cives, homines ſubjecti, cum univerſis rebus ſuis perfrui debent, de quo autem infr. ſub No. 12. circ. med. commodius tr. Pacis poteſtatem habent iidem, qui & belli jus, non privati quà tales, itaque Reges, Principes & Reſpublicæ Superiorem non recognoſcentes, ſuo jure ut bellum gerere, ita pacem facere poſſunt, qui Magiſtratum tantùm gerunt, & ſi ampliſſimum & maximæ dignitatis, pacis negotium perficere non poſſunt ſine commiſſione vel juſſu Regis aut Poteſtatis, cui ſubſunt: ſic olim Romanorum Coſſ. non faciebant pacem cum hoſtibus, niſi juſſu populi, quodſi populus non

non juſſiſſet, neque pax Remp. obligabat, niſi ex ratificatione, qua deficiente, nullius extiterat valoris. Sic hodie Hiſpanorum Proreges vel Provinciarum, ut vocant, Gubernatores, Venetorum ac Genuenſium, ſimilesque Duces vel Principes dignitate tantùm, nec poteſtate tales, arbitrium pacis non habent, ſine mandato vel commiſſione. Et eſt ſpecialiter notabilis Pax Conſtantienſis tempore Friderici I. Imperatoris cum Lombardiæ Civitatibus conventa; præſertim verò in Imperio Germaniæ Pax hæc Monaſterienſis & Oſnabrugenſis.

5. Unde conſtat Principes Germaniæ habere poteſtatem condendæ Pacis, cùm in iſtis pacificationibus ut confœderati vel Imperatoris, vel Galliæ & Sueciæ Regnorum conſiderentur; de conſtitutione tamen Pacis publicæ, quà religioſæ, quà profanæ dicendum puto, non eam æſtimari debere mero jure pacti, quia habet naturam legis poſitivæ, ac fundamentalis, inter quæ non leve intercedit diſcrimen, quo de autem inferius ad artic. XVII. §. 2. plenius aliquantò dicendum.

6. Liquet interea, Inſtrumentum Pacis Cæſareo Suecium, & Cæſareo-Gallicum eſſe fundamentum Noviomagici Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Gallicæ-& Suecicæ, hocque illius complementum, arg. Art. 3. Inſtr. P. Noviomag. Cæſ. Suec. quin imò unicum adamantinum vinculum, quô hoc Imperii Corpuſcu-

 lum,

lum, quod vix tum temporis oſſibus hæſerat, conſtringitur, & quo ſalus atque dignitas Imperii continetur. Dicitur Pacificatio Oſnabrugo-Monaſterienſis murus aheneus, columna Imperii & baſis, cui tota Imperii ſtructura innititur, arx Imperii inexpugnabilis & Palladium: ſicut namque Trojani opinabantur, regnum ſe habituros ſtabile, quousque ſartam tectamque habebant imaginem Palladis, quam Palladium nominabant, quâque amiſsâ regnum ruinæ fuit expoſitum; ita videtur, quousque hoc Inſtrumentum Pacis quadruplex obſervantiâ coluerimus, Imperium firmum & ſtabile futurum. Diu deliberatum, antequam Pax præprimis Weſtphalica decreta; quod ergo ita decretum, nunquam revocandum: aliàs hoc legis fundamentalis fundamento ſublato, tolletur & corruet fundatum, & inſimul reliqua Pacis Inſtrumenta. Imò idem eſt quoque Imperii coagulum vel pretioſiſſimus annulus, cujus gemmam inferiores articuli quintus & octavus conſtituunt, quique non digitis, aſt omnium Imperii Statuum animis ac pectoribus eſt imprimendus, (f) cujus auctoritas meritò ſacratiſſima eſſe debet, quippe à qua ſalus & tranquillitas totius Imperii dependet.

7. Hinc quoque IN NOMINE S. S. ET INDIVIDUÆ TRINITATIS incipit Quadriga hæc Inſtrumentorum Pacis; ſicut etiam ſacratiſſimi noſtri Imp. JUSTIN. Libb. Inſtitutio-

tutionum, Digeſtorum & Novellarum, ſub CUJUS Auſpiciis cuncta cœpta bonum initium, melius medium, ac finem optimum ſortiuntur; (g) graviaque levia, obſcuraque clara, impoſſibiliaque poſſibilia fiunt! (h) Atque ita quoque poſt INVOCATUM DIVINI NUMINIS AUXILIUM, AD DIVINI NUMINIS GLORIAM, ET CHRISTIANÆ REIP. SALUTEM, IN MUTUAS HAS PACIS ET AMICITIÆ LL. DE PACE EST CONVENTUM. (i)

8. Sicque igitur Pacificatio iſthæc poterit delineari, quod ſit Transactio ſive ſolennis & perpetuò duratura conventio, inter Imperatorem ac Status Imperii inter ſe, & Reginam, Regnumque Sueciæ, Ejusque Confœderatos de facienda Pace, deponendis armis, & tollendis gravaminibus, controverſiis circa Religionem, bona Eccleſiaſtica, adminiſtrationem juſtitiæ, aliaque negotia Imperii, ſubortis ſopiendis, Anno 1648. unanimi Conſenſu ſolenniter inita. (k) RATIO hujus deſcriptionis, quia Pacificatio hæc modò Conventio, modò Transactio, modò Contractus dicitur, nam Inſtrumentum Pacis per modum Contractus factum eſt, inquit Brunnemannus: (l) fieri verò debet in contractibus ſtricta interpretatio. (m)

9. Quantumvis pacis interpretatio ea ſit ſumenda, quâ ſubſiſtat potius, quàm pereat tam

tam utile, tamque neceſſarium negotium, clauſula termini ad quem, vel non attentenda erit in pace, vel reflectenda ad capitula fœderis aut ſimilia inſerta. Hîc autem tenenda regula, quòd pax latam interpretationem exigat; ſecundùm ea, quæ ex Baldo, Signorolo, & aliis ſcribit Tuſchus: (n) qui tamen in ſequentibus more ſuo ſubjicit limitationes, ut tota illa aſſertio de lata & favorabili pacis interpretatione videatur fluctuare: Inter alia ex eodem Baldo dicit, pacem & capitula pacis eſſe ſtricti juris , ſicut etiam Transactio, & ideo omiſſum haberi pro omiſſo; exemplo adhærentium ſive confœderatorum, quorum ſi in pace non ſit facta mentio, eos cenſet haud comprehendi ſub ſecuritate pacis. Quid ergo? Pax nimirum habebit latam interpretationem, ſi adſint Verba, quæ in dubio poſſent latè extendi, vel etiam reſtringi; & hoc omnino cenſeo, (o) quantum ad punctum ſecuritatis publicæ, quæ per ſe eſt favorabilis; ſed quantum ad capitula pacis conventa, num v.g. Rex vel Princeps Unus Alteri tantum vel tantum pro Pace conceſſerit, eatenus pax eſt ſtricti juris; habet enim ſpeciem translationis, ac ſufficiens cauſa eſt, quâ repellatur ille, qui plus prætendit ex Inſtrumento aut tabulis pacis, quàm in illis expreſsè fuit comprehensũ, imputet enim ſibi, cur non per clariora verba ſibi proſpexerit: hoc tali igitur caſu pax firma erit, ſed minus juſta intentio petentis amplius

ex

ex legibus pacis, quàm in illis eſt expreſſum, uti poſt audiemus plura.

10. Jam recurremus ad idem Frontiſpicium, ſive Rubrum & Nigrum Procemii, quæ ipſam etiam exhibent CONSTITUTIONIS hujus, vulgò Inſtrumentum Pacis dictæ diviſionem, eſtque duplex: Cæſareo-Suecicum, & Cæſareo-Gallicum. Neque ergo hîc membrum diſtributionis adæquatum erit in Latinum & Teutonicum, RATIO, quia hujus exemplar ſive Verſio Germanica non exprimit pluribus in locis illius exemplaris Latini ſenſum ac intellectum genuinum; quin imò defectu laborat multorum Vocabulorum & Paragraphorum, ita, ut exemplar Latinum Inſtrumenti Pacis verum & authenticum agnoſci, recognoſci, atque pleniſſimum Impp. Conſtitutionum robur accommodari mereatur. Altera diviſio quoque ex Inſtrumento Pacis propaleſcit, quod ſit Pacificatio tam Religioſa, quàm profana; ſed de utriusque definitione tr. D. Kock. d. tr. & c. 19. n. 16. itemque de utraque deinceps ſub uno quoque articulo & paragrapho pro materiæ dignitate mentio fiet ſufficientiſſima; utpote in quibus conventiones Pacis contentæ ad tria poſſunt revocari capita, nempe, depoſitionem inimicitiarum, reſtitutionem captorum, ac ſatisfactionem; illud ad animum, hæc ad poſſeſſionem rerum referuntur. Hæcque tria pacta omni fere paci adjiciuntur, nonnunquam etiam

etiam pactum incluſionis amicorum, ſociorum & fœderatorum, (quo his ab utraque Pacificantium parte copia offertur factâ pace, ſi in conditiones ejus, quantum eorum intereſt, conſenſerint, fruendi;) ac pactum fœderis adjicitur. (p)

11. Nunc inprimis quæſtio hoc loco hæc occurrit: Quisnam Conſtitution. Pragmatic. fuerit Auctor? Ad quam reſp. per integr. ferè procem. DIVINA BONITATE FACTUM ESSE, UT DE PACE SUSCEPTA SIT COGITATIO, IN EUMQUE FINEM EX MUTUA PARTIUM CONVENTIONE INITA, CONSTITUTA SIT DIES CERTA Congreſſui Pacificantium inſtituendo. RATIO: neque enim ſupremus Pacis Autor, & Cauſa Prima, quæ eſt DEUS Pacis, Jer. 33. ℣. 9. à Cauſa Secunda excludenda, ceu Cauſa Effic. almam Pacem componendi, quales Summi quique Regnorum Principes. Utraque Pars Pacificantium in Inſtrum. Weſtphal. erat Principalis, Hujusque Plenipotentiarii: Illam quidem repræſentavit quondam Sereniſſimus & Potentiſſimus Princeps, ac DOMINUS, DOMINUS FERDINANDUS III. Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Glorioſiſſimæ Memoriæ, cum ſuis Fœderatis & Adhærentibus, ex una: & Sereniſſ. ac Potentiſſ. Princeps ac Domina, DN. CHRISTINA, Suecorum, Gothorum, Vandalo-

rum-

rumque Regina, Regnumque Sueciæ, & Ejus Fœderati ac Adhærentes, ex altera parte: Et tandem Sereniſſimus & Potentiſſimus Princeps ac Dominus, DN. LUDOVICUS XIII. Galliarum & Navarræ Rex Chriſtianiſſimus, Inclytæ Mem. Ejusque Fœderati & Adhærentes, &c. cum omnibus & ſingulis Partium iſtarum Principalium Agnominibus, ex Modis legitimis vel Electionis, vel Succeſſionis, jure nempe ſanguinis, belli atque victoriarum reportatarum, Cæſareæ- & Regiæ Majeſtati partis, & ab his, qui in Conſtitut. conſenſerunt, Honoris ac Venerationis ergo adjectis.

12. In Procemii Principio recenſetur Cauſa Impulſiva, προηγουμένη & interna, ut & Occaſio hujus Conſtitutionis: Cum enim miſera Germania PROPTER DISSIDIA, MOTUSQUE CIVILES (adde externam & c. προκαταρκτικὴν, ſuntque ruinæ, miſeriæ ac calamitates, quæ regna, regnorumque incolas premunt, affliguntque,) in Imperio Romano ſanguine nataret, & non tantùm Germaniam univerſam, ſed & aliquot finitima Regna, potiſſimum Sueciam, Galliamque ita involverent, ut bellum annis tricenis ſeipſum (dicente Livio) aleret, inter olim Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem ac Dominum, DN. FERDINANDUM II. Electum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum &c. Inclytæ Memoriæ, cum Suis Fœderatis & Adhærentibus

ex

ex una: & Sereniſſimum ac Potentiſſimum Dominum, DN. GUSTAVUM ADOLPHUM, Suecorum, Gothorum & Vandalorum Regem, Magn. Principem Finnlandiæ, &c. Inclytæ recordationis, & Regnum Sueciæ, Ejusque Fœderatos & Adhærentes, ex altera parte: Et denique Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem ac Dominum, DN. LUDOVICUM XIV. Gall. & Navarr. Regem Chriſtianiſſimum, Ejusque Fœderatos & Adhærentes, &c. Et quia ſupr. ſub No. 4. illud alterum Pacis requiſitum, ſc. conſenſum attigimus, rectius idem hoc loco reaſſumendus, utpote qui FORMAM conſtituit, quæ dat eſſe Paci; in quovis enim Actu tria præcipuè conſideranda ſunt: Facientis poteſtas, Ejusdem Voluntas, & honeſta cauſa ac forma, quorum uno deficiente, actus eſt irritus & inanis; *arg. c. cum ſemper d. offic. & poteſt. jud. deleg.* quælibet enim diſpoſitio commenſuratur diſponentis Poteſtati: ſine poteſtate nihil ad actum deducitur, ſine Voluntate nihil conſenſu perficitur, ſine forma & modo nihil in finem dirigitur. *Vid. Reink. de R.S. & E. lib. 1. claſſ. 1. cap. 2. n. 21. & ſeqq.* Eſtque CONSENSUS SUMMORUM PRINCIPUM, qui vel SOLUS ſufficit: quemadmodum REGI ANGLIÆ in Anglia competit, pacis bellique rationes, ad placitum & arbitrium ſuum, non ad LL. formulas conſtituere: vel LIMITATUS, cum nim.

ad

ad pacem perfectè contrahendam, præter ſummi Principis Conſenſum, etiam Statuum Regni ſocio Conſenſu opus eſt. IMPERATOR ROMANO-GERMANICUS jura belli, pacisque exercet, advocatis Imperii Sociis atque Membris. RATIO: quia impenſæ à toto Imperio ad bellum conferuntur: quia, quod ad omnes pertinet, ab omnibus debet adprobari: quia Status liberi ſunt: quia exempla legalia hanc ſententiam confirmant, utpote d. An. 1495. Regia Pax Publica: d. An. 1552. Paſſavienſis Tractatio: d. An. 1555. Religioſa Pax: d. An. 1635. Pacis Pragenſis clauſula ſalvatoria prope finem; quæ omnia Statuum Imperii Romano-Germanici unanimem conſenſum vel adfuiſſe, vel inpoſterum adfuturum, demonſtrant. Hanc mentem etiam confirmat An. 48. Pax hæc concluſa, quam D. Imp. FERD. III. Trini Imperii Status, Gallus, Suecusq; adprobavit, ſubſcripſit, & adpenſis ſigillis munivit per inferius dicenda, ſub Art. ult. Contrahêntium forma, & talia pro forma indubiè reſpectu uniuscujuscunque ſummi Principis paciſcentis attendenda ſunt. FORMA verò inter IPSOS SUMMOS PRINCIPES UTRINQUE PACEM CONTRAHENTES ſunt ARTICULI, capita & leges, ſecundùm quas præteritæ controverſiæ dirimuntur, futuræq; lites præcaventur. De quibus in SUBSEQUENTIBUS partim, partim aliâs

acta publica, & Hiſtorici d. An. 45. 48. & 60. inſpiciendi ſunt, qui exhibent articulos Danicæ, Germanicæ, Gallo-Hiſpanicæ, Polono-Suecicæ, Sueco-Danicæ, &c. Pacis. D. Gock. d. tr. & loc. cit. num. 10. & 11.

Proxima Quæſtio circa conſenſum Pacis eſt hæc, An obliget Regem Minorem? Et non dubium eſſe puto, (q) ſi loquimur de Minore Adulto, cui etiam non danda eſt reſtitutio in integrum, ad ſtatum belli prætextu læſionis in tractatibus pacis: RATIO, tum quia hæ tales cauſæ publicæ maturiori Conſiliariorum judicio tractantur, ut allegata captio probabilis non ſit; tum quia bellum ſubjacet fortuitis caſibus, & belli injuriæ pace remittuntur, quibus præſertim ad calamitatem generis humani reſtitutio danda non eſt. (r) Potior eſt quæſtio de Rege adhuc Infante, de quo Grotius (ſ) adſtruit, eum pacem facere non poſſe, & aliquanto generalius loquitur de ætate Regis, quæ judicii maturitatem non habet, cujusmodi verba ad majorem infantiâ ætatem porrigi poſſunt, ſi eandem juxta leges ſeptennio circumſcribimus. (t) Putem tamen cum præallegato Dn. D. Textore, etiam tali caſu, pacem factam valere, ſi non à ſolo Rege, ſed Regiis fortè Tutoribus atque Miniſtris deliberata & concluſa fuerit: ut enim pupillus in privatis cauſis obligari poteſt ex contractu tutoris ritè facto; ſic multò magis Rex infans aut immaturi judicii in cauſa publi-

publica, præſertim, quia magis intereſt generis humani, ne tali ſpecie cum publico gentium damno pax ad maturiorem Regis Principis ætatem ſuſpendatur. Adnectit: Sanè moderni Galliarum REGIS LUDOVICI XIV. Imperium per ſe abſolutum, ex hac cauſa adminiſtrationem accidentariam patiebatur, quia vix decimum annum exceſſerat, cum Pax inter FERDINANDUM III. Imperatorem & IPSUM Monaſterii concluſa eſſet.

13. Præterea, ſufficit quidem ex anteactis orbi univerſo de armorum juſtitia pro neceſſaria ſecuritatis, libertatisque publicæ defenſione abundè conſtare, quæ tamen & ipſa luculentius oſtendi poteſt, requirentibus occaſionum momentis. Hinc non immeritò quæritur, Num utrinque juſta eſſe poſſit cauſa? Heic ſciendum, ſi generaliter verbum JUSTE conſideremus, ut id ſit, quod caret omni culpa agentis, fieri bene poteſt, ut utrinque belli Motores principales juſtè agant; nemo enim, niſi qui ſcit, ſe injuſtam rem agere, injuſtè agit, quod multi ſæpè neſciunt: (u) attamen, ſi plus juſtitiæ ponimus in veritate, quàm opinione, & non de imaginaria, ſed vera, quæ non videtur ſaltem, verùm & juſtâ loquamur causâ, fieri aliter nullo modo poteſt, niſi, ut unam partem juſtè, alteram injuſtè ſpectet, & ſic una pars juſtè, altera injuſtè agat; ignorantia enim cauſæ injuſtæ, juſtam facere non poteſt cauſam. (vv)

Et ſicut tam Auguſto Heroi ſucceſſit in Regno prælaudata Regina CHRISTINA, Magni GUSTAVI Filiâ, quæ inter Ornamenta Adoleſcentię, Victoriarum Gloria orbem implevit, Princeps literarum & literatorum amore in Regno clariſſima, in medio armorum ſtrepitu Muſis Amica, tandem An. 1654. d. 27. Maji Sceptrum ac Coronam Regni à ſe abdicavit; Sic quoq; poſt prælaudatorum Principum è vita diſceſſum, Imperii CUSTOS & CONSERVATOR & PROPUGNATOR FERDINANDUS III. Cognomento Vero PACIFICUS, Concordiæ & Compoſitionis Oſnabrugenſis Auctor non deſtitit; pacificatum (ceu cauſæ Inſtrumentales, qui, ut legitimè Pacis negotium tractare valeant, ſufficienti inſtruuntur Mandato, quantumvis dignitate polleant, quales formulę in Inſtr. Pacis Germ. Lipſię typis evulgato, expreſsæ ſunt: ſiquidem Legati poteſtas ex literis mandati cognoſcitur, l. 1. C. de Mand. Princ. l. 5. ff. de Mand.) EJUS LEGATI, nim. Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dn. Dn. Maximilianus, Comes à Trautmansdorff & Weinsberg, &c. necnon Dn. Joh. Maximil. Comes à Lamberg, &c. & Dn. Joh. à Crane, J.U.L. & Com. Pal. &c. Itemque Dn. Joh. Lud. Comes à Naſſau, &c. Dn. Iſaacus Volmarus, J.U.D. & Conſiliarius, &c. cum REGINÆ SUECIÆ LEGATIS, Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dn. Dn. Joanne Oxenſtierna Axelii, Comite, &c. & Dn. Joh. Adler Salvio, Dn. in Adlersberg, &c.

ut

ut & Regis Chriſtianiſſimi Principe Dn. Henr. d'Orliens, Dn. Claudio de Meſmes, & Dn. Abel Servieu, Interventu quoque Legati, Senatorisque Veneti, Dn. Aloys Contaren. Equit. &c. d. 1. Jul. An. 1643. Oſnabr. & Monaſt. venerunt, poſteritatis otio conſulturi: proſperè decedentibus, & tranquillatis mox rebus Germanis, Oſnabr. d. 14. Oct. A. C. 1648. Pax inita, & Executio ejus impetrata fuit Norib. d. 16. Jun. Anno 1650. (x) Horum verò Legatorum & Plenipotentiar. Tenor propoſitionis ad Principes & Status Imperii congregatos quinam fuerit? ob oculos poſuit D. Fritſchius. (y)

14. De cætero, qui & quot Pacificantes Principales, horumque Plenipotentiarii utriusq; Inſtrumenti Noviomagenſis fuerint, idem Cauſam Effic. juncto loco & tempore diſertè comprobat, ſc. poſtquam ab initio hujus belli aliquot ab hinc annis moti inter Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dominum LEOPOLDUM I. Electum Roman. Imperatorem ſemper Auguſtum, &c. &c. ex una; & Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dn. LUDOVICUM XIV. Regem Gall. Chriſtianiſſ. &c. &c. ex altera parte; tandemque inter Serenisſimum & Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dom. CAROLUM, Suecorum Regem, &c. cum univerſis Agnominibus Superioribus, &c. &c. annitente Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principe ac

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Domino, Dn. CAROLO II. M.Britanniæ Rege, Mediatore, (ceu Cauſa adjuvante, cujus ſollicitudo eſt, omnem lapidem pro reducenda pace movere, quò exacerbati animi, tandem uniti amicabiliter coëant:) univerſim recepto, congreſſus ad tractandam Pacem Neomagi inſtitueretur, comparentes inibi conſtituti Legati Extraordinarii & Plenipotentiarii, & quidem à Parte IMPERATORIS ROM. &c. Dn. Epiſcopus Gurcenſis, &c. Franciſcus Udalricus, Comes Khinskii à Chimiz & Tettau, &c. Dn. Theod. Althetus Henric. Stratman, &c. à Parte verò REGIS GALL. &c. Dn. Gothofr. Comes d'Eſtrades, &c. Carolus Colbert, &c. Dn. Johann. Anton. de Meſmes, &c. & denique à Parte REGIS SUEC. &c. Dn. Dn. Benedict. Oxenſtierna, &c. & Joh. Paulin. Olivencrans, &c. &c. Interventu & Opera, &c. &c. Dn. Dn. Laur. Hyde, &c. Dn. Guilh. Temple, &c. Dn. Leocin. Jenkins, &c. Acta & Pax concluſa Noviomagi d. 5. Febr. 1679.

(CAUSÆ EFFICIENTIS PRINCIPALIS PROXIMÆ TRIA ESSE REQUISITA: PRIMO RATIO TRACTANDI PACIS NEGOTIA TRIGÆ INSTRUMENTORUM P. ADPLICANDA: Pax interdum à nobis hoſti offerenda; ex conſilio tamen Ducum quorundam & Conſiliariorum, ſed clam militibus, & cautè, priusquam animus hoſtium perveſtigandus, nec ſtatim offerendæ conditiones: interdum preces adhibendæ,

dæ, aut Hoſtium miniſtri cautè conciliandi, & omnibus modis pax perſuadenda. Ita ſaluberrimum fuit conſilium Lud.xi. qui pretio & precibus imminentem atque incumbentem cladem intempeſtivè avertit, Nervus enim rerum gerendarum pecunia eſt. *Brunnem. de Pac. Pol. diſſ.* 6. *th.* 1. Quod ſi autem ab hoſte offeratur Pax, non abnuenda, videndum tamen an ex animo pacem hoſtis expetat, an ſub hac conditione Pax offeratur, ſi arma ponantur. Audiendi poſtea quoque Legati ſaltem ab aliis ad id delegatis, & tractandi honeſtè. *Vid. Cominæi Comm. L. IV. & Bemb. Hiſt. Ven. L. VII.* Ablegentur Legati propter infinitatem negotiorum Reip. aliorum, & crebros ſiniſtros ſucceſſus colloquiorum finiendi belli causâ à Partibus ſuſceptorum; accedit metus periculorum, in quo Partes tunc verſantur. Princeps autem in vicino poteſt ſubſiſtere loco, & danda Legatis Mandata plena quidem, limitata tamen, rarò libera: cujus rei perniciosum exemplum in Bello Gallo-Belgico An. 72. extitit, quo Legatis Hollandicis plena ac libera poteſtas tranſigendi cum Rege Gall. permiſſa fuit; cui tamen non tantum Amſtelodamenſes è veſtigio contradixere, ſed ipſi Ordines Generales ejus indignitatem literis publ. averſati fuere. Verw. *Eur. p.* 111. *f.* 346. Sed mittendi plures, petendusque Legatis Salvus Conductus, quibus nonnunquam & datis obſidibus cave-

 tur.

tur. Quod ſi verò Principes ipſi aut Impp. convenire velint, certæ cautiones adhibendæ, & fiat armorum armiſtitium.

In ipſa actione Pacis regulæ quædam notandæ: 1. Plerumque mora & cunctatio ſalutaris; 2. Interdum feſtinatio utilior; 3. Eminus oſtentato bello hoſtis ad pacem adigendus. 4. Summo ſilentio res tractanda; 5. Plus metuendum, quam confitendum; 6. Ad externos ſimul reſpiciendum. Præterea, ipſius colloquii actus primi & quaſi prooemiales ſolent concernere uſurpationem titulorum, ordinem ſeſſionis, ordinem dicendi, & perſonas Delegatorum. Tandem capita vel conditiones à Delegatis omnibus proponendæ, ut vèl accipiantur ſimpliciter, vel de iis agatur. Proponuntur verò commodiſſimè ſimul & ſemel omnes, debent autem omnes proponi perſpicuè. De ipſis poſtea conditionibus diſceptatio ex Jure potiſſimum & æquo inſtituitur, ubi ſi poſtulari alterius æquitas liquidò appareat, rectè faciat alter, ſi perſuaderi ſibi petiti alterius æquitatem patiatur; ſi cauſa dubia ſit, & tamen alter pacis cauſâ cedat, compenſatio in alio poſtulari poteſt. Si neuter cedere velit, res cum Arbitris communicanda, media via invenienda, referendum ad ſummas poteſtates, aut ſi iniquum nimis poſtulatum ſit, non pergendum in colloquio, aut ſeponendus eſt

iſte

te articulus , atque interim de aliis agen-
um , aut planè indeciſus relinquendus , aut
e eo compromittendum, aut ſi ne ſic qui-
em partes conveniri poſſint , utrique parti
onditiones ab Arbitris proponendæ ſunt.
Concluſa Pacta à Principe aut à Rep. confir-
nanda, & in Scripturam redigenda, quod &
ertis adhibitis ceremoniis fieri ſolebat;
uamvis niſi aliud convenerit, ſcriptura non
t ſubſtantiæ pars, ſed ut monimentum con-
ractus adhiberi videatur *Sec. Grot. J. B. III.*
XVI. §. 30. Datur autem pax non tantum
xpreſsè , verùm etiam tacitè. De quibus
mnibus & ſingulis planius & plenius conſu-
endus præcitatus *Brunnem. d. tr. th.* 4. *cum*
liq. ſeqq.)

15. Hîc haud incommodè breviter conſi-
lerari poſſunt perſonæ Mediatorum & Offi-
ium, ſine quibus Pax raro perficitur. Quod
gitur in privatis cauſis eſt Arbitrator, de vo-
untate partium ad componendam amicabili
atione controverſiam aſſumptus , hoc in
ublicis eſt Mediator pacis , in cujus perſo-
a perpendenda auctoritas & juſtitia. Ad
integritatem autem Mediatoris duo requirun-
tur, voluntas nempe Mediatoris ſeſe ad hoc
negotium offerentis; deinde ipſius Mediatio-
nis acceptatio à parte controvertentium; ubi
quæritur, An neceſſariò acceptari debeat ob-
lata Mediatio : In utrámque partem hanc

quæſtionem diſcutit (z) D. Textor, ſed tandem per allegata ibid. concludit: Fateor interdum compelli aliquos ad conſentiendum, ut Florentinis accidit in illo compromiſſo Herculis Ducis; vel planè ad deſiſtendum ab armis, ut Antiocho Ptolomæum impugnanti ex denunciatione Senatus Romani; hoc ipſum tamen non fit à compulſis ex obligatione aliqua Juris Gentium, ſed metu majoris potentiæ & gravioris mali inſecuturi, nî pareatur. Quid de Miniſtris Mediatorum dicendum, Idem ibid. ulterius inquirit, An & illi poſſint rejici? Ita ſc. ex juſta ſuſpicionis ratione; exemplum nuper præbuit Galliarum REX LUDOVICUS XIV. qui Pontifici Mediatoris partes in Tractatibus his Pacis Noviomagenſibus ſubituro per Legatos demonſtravit, ne hominem à Cardinale Altieri, ejusque nutu dependentem ad eos tractatus mitteret, ſed Prælatum aliquem inſignioris autoritatis. Ecce Regem Magnum non adverſus Mediatorem, ſed Miniſtrum mediationis, in eventum proteſtantem. Pauca de Mediatoris Officio ſubjiciemus, quod eſt merè amicabile, neque igitur placita mediatoris vinculum ſententiæ habent; intereſt tamen partium, ne ex publica fama dicantur boni viri officium non agnoſcere; ut propoſitiones Mediatoris, ſi eas non in rem fore duxerint, prius rationibus allatis, pro-

pter

pter quas illi haud deferre queant, enervent, quid ergò tandem? Mediator debet omnes nervos intendere, ut rationibus ſuaſoriis hinc inde partes ad compoſitionem amicabilem permoveat; quod felicius conſequi poterit, ſi prætenſionum ex utraque parte merita perpenderit, & quid ex bono & æquo alterum alteri præſtare conveniat, vel pacis amore remittere, monſtraverit. Quidſi Mediator ſegniter procedat, (quærere inſtat prædictus Dn. Autor,) aut ſtudio controverſiam in ſuſpenſo relinquat? Tunc mediatio ſuſpecta eſt, vel ob propenſionem alterutrius partis, vel ob proprium intereſſe; quod artificium Romani ſcitè adhibuiſſe controverſiæ Maſaniſſæ & Carthaginenſium ex Livio docet loc. cit. Verùm enimverò S. Regia Majeſtas M. Britanniæ tam dextrè, tam prudenter & laudabiliter partibus ſuis & munere mediatorio eſt perfuncta, ut Tabulæ etiam Pacis Noviomagicæ idipſum ſilentio haud præterire, aſt hinc inde Elogio hoc condigno mactare voluerint, videlicet Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem ac Dominum, DN. CAROLUM II. M. Britanniæ Regem, à S. Cæſarea & utraque Regia Majeſtate veluti Mediatorem univerſim receptum, difficillimis hiſce Chriſtiani orbis temporibus cum immortali ſua Gloria, indefeſſo ſtudio, pro tranquillitate publica, & Pace generali conſilia & offi-

officia ſua impendendo annixum fuiſſe. Quale itidem, Nobile, Regiumque ſtudium Romano ore extollendum eſt in LILIACEO REGE, LUDOVICO XIV. qui quoque feliciter Mediator factus An. 1660. Pacem Suecis, Danis, & Polonis reddidit; manebit ergò Illos, ſine dubio, Benedictio ex Altiſſimis, quæ exclamat: Beati pacem facientes!

Dixi tamen, M. Britanniæ Regem-Mediatorem univerſim receptum, quippe quod Illuſtriſſimorum horum Pacificantium Principalium poteſtas tantoperè nullatenus circumſcripta ſit, quò minus jus belli vel pacis icendæ facultas penes EOSDEM reſideat. Neque nocet Capitulatio LEOPOLDINA Artic. 15. & 16. ubi hoc jus reſtringitur ſimul ad conſenſum Sereniſſ. Electorum, Statuumque Imperii. Quoniam enim hoc jus IMPERATORI neque ſecundùm totum, neque ſecundum partem ademptum eſt, dicendum ſanè, quod illud adhuc habeat. Totum etiam abrogatum ipſi non eſt, neque etiam ſecundùm partem: quia is, qui communicat aliquod jus cum aliis, non poteſt dici id perdere, vel abdicare. Atque hoc patet ex Jur. Civ. ubi in ſocietate, vel pro communi indiviſo poſſidens, habet tamen in ſolidum, nec arenula magis unius eſt, quàm alterius in communione agri. Exercet autem hoc jus IMPERATOR, adhibito Conſenſu Electorum,

&

& Statuum. Quod tamen ibidem civiliter intelligendum: quin enim tempore ita exquirente, IMPERATOR poſſit ſtatim vim arcere, atque pro Reip. ſalute agere, non dubitandum. Prout quilibet Status Imperii vim arcere, atque exteros bello petere poteſt. Ut contigiſſe id tempore Henrici IV. Imperatoris, affatìm teſtatur hiſtoria Lamberti Schafnaburgenſis. Quemadmodum prudenter olim apud Romanos Dictator creatus fuit in arduis, adverſus cujus imperium nemo hiſcere audebat, ut ita ex Livio, & Tacito hæc cum ſupra allatis quoad jus belli & pacis mihi loqui liceat, cum Sereniſſ. Electoris Brandenb. prælaudato Conſiliario & Juris Publ. Profeſſ. Dn. Joh. Frid. Rhetio D. Diſp. de Pace cap. 3. Sic & hodie IMPERATOR, re ita exquirente, videre debet, ne Respubl. aliquid detrimenti capiat. In Germanorum quoque antiqua Republ. Regibus quidem nec infinita aut libera poteſtas erat. Contra morem tamen creatus fuit Rex, belli abſolutus arbiter. Uti tempore Caroli Magni extitit Witikindus: Et Arioviſtus tempore Julii Cæſaris.

16. BELLI FINIS pax eſt, (de quo vero inferius ſub artic. ult. prolixius:) hunc verò finem ſæpenumero, ob diſſenſum partium in rebus plerumque arduis, non ita facile eſt obtinere, quò major tamen ſpes ſit bellum ſopi-

ſopitum iri pace, interim convenire ſolent de ſuſpenſione hoſtilitatum ad tempus per inducias, ceu Pacis Similia, quod pacti genus ab effectu proprio hodie uſitatius dicimus armiſtitium, ein Stillſtand der Waffen. (No. 1.) Eſt autem Conventio iſthæc ſine dubio publica: RATIO, quia & Duces belli inter ſe paciſcuntur de induciis, ſecundùm quod publicas conventiones Ulpianus in lege notiſſ. conſiderat, vel Legati, aut planè ipſæmet Poteſtates belligerantes, & materia quoque objectiva ſubeſt, ſc. temporalis ceſſatio mutuæ hoſtilitatis; ac uti in privatis cauſis ſe habet pactum de non petendo intra certum tempus ad obligationem; ſic ad belli jus pactum induciarum, quò exercitium ſaltem ſuſpendatur, non ipſum jus arma perſequendi poſt tempus conventum per inducias auferatur. Sunt verò induciæ vel totius belli, quas non malè illimitatas, dixeris iisque propriè convenit nomen armiſtii, hæcque SPECIES eſt HUJUS LOCI; vel certi bellici negotii, veluti, ſi reſpiciant captivorum permutationes, cæſorum tumulationes, urbium obſeſſarum ſuſpenſas oppugnationes, cujusmodi inducias dicere poſſumus reſtrictas: prioris generis induciæ majus momentum habent ad ſummam rerum, præprimis, ſi ſunt longiores, (UTI PRÆSENTES,) quibus ſe pars altera denuò ad bellum compara-

parare, & novas vires colligere poſſit. (No.2.)

(a) Dn.D.Joh.Wolffg.Textor, Sereniſſ.Electoris Palat. Conſiliar. & Profeſſ. in Synopſ. Juris Gentium cap. 20. n. 1. (b) in l.ut vim.3. ff. de J.& J. (c) Brautl. Epit.Jurispr. l. 8. c. 9. (d) Dn. D. Joh. Frid. Rhetius, Sereniſſ. Electoris Brandenb. à Conſiliis & Juris Publ.Prof.in diſp. J.P. de ſtatuis Rolandinis, Jure Statuum Imperii circa ſacra &c. cap.1. n. 3. & 4. (e) in tr. d.jur. bell & pac. l.1. c. 1. n. 2. (f) Additionator in diſcurſ. 2. part.1. Colleg. Burgold. p.41. cum ſeq. & diſcurſ. part.3. d.tr.p.1. (g) Gloſs in procem. Inſt.ad verb. Jesu. ubi Schneidvv. & Dd. Alii. (h) l.1. in pr. & l.2. C. de Offic.Præf. præt.Afr. l.1.in pr. cum §.& quidem nobis. & l.2. §. nos itaque C. de V.I.E. l.56 C. de Epiſc. & Cler. & ſi qui ſunt alii LL. coloſſi plures. (i) circ. med. & fin. hujus præfat. (k) Dn. D. Fritſch.in Man.Jpr.P.p.297. (l) in conſil.193.n.42. (m) ſecundum tradita Alex. in l.1.n.43. verſ. & per hoc ff. de offic. ejus, cui mand. ibique Jaſ. n.39. verſ. 2do. moveor in contractibus. (n) tom.6. concl. pract.178. n.1. 4. & ſeq. (o) Id.Dn.D.Textor d.loc.n.93.&40. (p) vid. die getr. Erinn. über die T. Verſion per tot. Dn.D. Gabr. Schvveder. Introd. in Jus Publ. part. ſpec. ſect.1.c.27.n 3. (q) cum Dn.D.Text.d.loc.n.13. (r) fac tx. l.ait prætor.7. §.8 & l.auxilium. pr.ff. d.minor. (s) d.jur. bell. & pac. lib.3. c.20. §.3. (t) l.ſi infanti.princ.C.de jur.delib. (u) Grotius d.tr.lib.2.cap 23.in fin. (vv) Alber.Gentil. de jur.bell. lib.1. cap.6. Arum. in diſcurſ. de Jur. P.cap.29.vol 2.quæſt.1. (x) Rupertus ad Synopſ.Beſold. in ſupplem. (y) in adnotat. ad Inſtr.

ſtr. P. in proœm. ſub fin. (z) d. tr. & c. 20. n 51. cum aliq. ſeqq. (No. 1.) Grotius d tr. lib 3. c. 21. §. 1 add. l. poſtlim. §. 1. ff. de captiv. & poſtl. rev. (No. 2.) D. D. Textor. in Tr. Juris G. c. 19. n. 2. & 3.

ARTIC. I. INSTRUM. PAC.

TRACTATIO IPSA SEU MATERIA PACIFICATIONIS OSNABRUGO-MONASTERIENSIS ET NOVIOMAGENSIS, VARIIS ARTICULIS SIVE CAPITIBUS INCLUSA.

De Pace & Amicitia inter IMPERATOREM & STATUS cum REGE & Regno SUECIÆ ac GALLIÆ perpetuò ſtabilienda.

ARTICULUS I.

DE Materia Pacis ſeu Pacificationis tractantibus duo præcipuè conſideranda veniunt, in qua ſc. ſeu ſubjectum, & circa qua ſeu objectum. Quoad illud Perſonæ, quarum fit in articulis Pac. mentio, aut quæ aliàs comprehenduntur, vel publicæ ſunt, vel privatæ. Illæ ſunt, quæ paciſci poſſunt, & ſummi Imperii exercendi jus habent, quibusve bellum fuit: rei enim quisq; ſuæ moderator, l. in re mand. *C. Mand. Grot. l. 3. d. J. P. & B. c. 20. n. 2.* Illæ autem comprehenduntur cum tacitè, tum etiam expreſſè: hoc certum eſt, aliquot perſonas tacitè com-

comprehendi; Videtur enim ut induciarum, ita & Pacis contractus ad bonæ fidei contractus pertinere, & ad Jus Gentium, *Alber. Gentil. l. 2. d. Jur. Bell. c.* 19. Paxque debet intelligi cum effectu, & quodlibet verbum in Capitulis Pacis expreſſum, debet aliquid operari, ut in diverſo caſu tradit *l.* 27. *d. convent. tit.* 5. *n.* 5. *cum ſeq.* Nam niſi perſonæ quædam comprehenderentur, conventio pacis nullum ſortiretur effectum.

Tacitè autem intelliguntur comprehendi 1. Succeſſores; plerumque enim tam hæredibus noſtris, quàm nobismet ipſis cavemus. *l.* 9. *in f. ff. d. probat.* & unusquisque ſibi, ſuisque hæredibus videtur proſpexiſſe. *c. un. d. duob. frat. à cap. inveniſti.* 2. *F.* 18. Sic ex Pac. Relig. verbis für und für ewigwährender &c. meritò colligimus, Pacem hanc etiam pro ſucceſſoribus factam eſſe. *Brunnem. d. Pac. publ. diſſ.* 7. *th.* 2. 2. Filii, quia cum patre cenſentur una perſona, unde ſi perſona filii tangatur, idem eſt ac ſi paciſcens ipſe violetur. *l.* 11. *in f. C. de impub. & al. ſubſt. & l.* 22. *in f. C. de Agric. & Cenſit.* 3. Fratres; ſed diſt. inter Fratrem, qui in poteſtate Principis adhuc eſt, & inter eum, qui poteſtati Principis ſubjectus non eſt, ſed jus ſummæ poteſtatis ipſe in alio fortè regno obtinet: Ille comprehenſus videtur ob præſumptam Principis voluntatem, quæ colligitur non tam

C ex

ex naturali conſanguinitatis vinculo, quàm ex civili, cum in ejus poteſtate & jurisdictione ſit. *Id. d. loc.* 4. Uxor, quia injuria facta uxori, verè dicitur facta ejus marito *v. l.* 18. *§. 2. ff. d. injur. cum §. 2. I. de injuriis.* 5. Subditi, quos Magiſtratus tueri velle præſumitur, plurib. Idem cit. ſede. 6. Non autem Fœderati vel potius Adhærentes, niſi eorum fiat mentio facta expreſſa in Capitulis *P. Mantic. l.* 27. *t.* 5. *n.* 38. Eſtque de his ante omnia notandum, quod conditiones P. debeant eſſe 1. Æquæ. 2. Tutæ. 3. Perſpicuæ: ſic hodierna querela eſt Autoris Scripti nuperi de G. Integritate, in obſervandis Pacis cum Germanis initæ conditionibus: P. NEOMAGENSEM eodem, quô nata eſt, denatam momento & in ſuis planè cunis extinctam, &c. concluditque (*v. eund. d. diſſ. th.* 3. *lit. c.*)

Gallia vult Pacem, litesq; ex lite recudit,
Hoc eſt in media quærere nocte diem.
Gallia vult pacem, ſed bellis implicat orbem:
Gallia da Pacem, vel dare velle nega?

Tria autem præterea animadvertenda ſunt, 1. quasdam conditiones eſſe occultas: ſic cum quædam in Pace inter REG. GALL. & REGINAM ANGLIÆ inita, transacta eſſent, quæ non publicari utriusque partis ob varias cauſas intererat, ex iis Articuli aliquot confecti ſunt, qui appellabantur ſecreti. *Thuan. lib.* 64. 2. non ſemper inſtrumentum eſſe neceſ-

neceſſarium; & 3. quasd. conditiones eſſe æquales, quasd. inæquales: de quibus alibi dictum. Conditiones vel Paciſcentes aut eorum proximos concernunt, vel Fœderatos. Paciſcentes concernentes vel reſpiciunt futura vel præterita. *Vid.Goldaſt.Polit. Imp.P.XX.fol.*876. *Guicciard. l.*12.*&* 16.

Conditiones præteritum reſpicientes potiſſimum hæ ſunt: 1. quæ ultionem AUT uſtam repoſcunt, quæ non in armis poſita eſt, ſed quæ pace conſtituta ex conventione ſumitur à Victore vel potentiore: AUT eam tollunt; vocatur hæc ultionis remiſſio ἀμνηστία, quâ offenſæ omnes ultrò citroque acceptæ oblivioni traduntur, quæ eſt æquiſſima omnium conditio: Ejusque declaratio accuratiſſima art. II. Inſtr. P. exhibita. Ipſius inſuper requiſitum, ut univerſalis ſit omnesq; complectatur; ſecus non Amneſtia, ſed imago gratiæ, ſpecies Pacis, ſimulacrum reconciliationis, & quidvis potius erit. *Vid. Bæcler. d. Amneſt. c.II.* §.41. 2. Quæ ſumptuum & damnorum compenſationem concernunt: ſic SUECI REGI DANIÆ ducenta millia Thalerorum pro Belli ſumptibus ſolvere jubebantur, *Thuan. lib.*47. Similiter finito Bello penultimo Germano-Suedico, Suedis ſatisfaciendum fuit non tantum Provinciis in Germania ipſis conceſſis, ſed 5. Myriadibus Imperialium Thalerorum Reg. *Art. XVI.Inſtr.P.*

 Qua

Qua ipſe tamen & alia quacunque pecunia ſibi parum ſatisfieri in Pacificationis negotio Comes Oxenſtiernius Legatis Cæſareis verboſè expoſuit. *Burgold. P. III. diſſ. XIII. n. 2.*

Porro Conditionum alium Principem aut Remp. concernentium præcipuum objectum ſunt Fœderati, cujus Exemplum eſt in Pacificatione Hiſpano-Belgica, *art.* 72. & in Pacific. Dano-Suedica An. 1660. *Art.* 29. ut nempe tertius etiam in Pace comprehendatur, aut ut ipſi certæ proponantur conditiones, ſi & ipſe Pacem inire velit, aut ut arma adverſus ipſum conjungantur, ſi recuſaverit. *Brunnem. d. diſſ. th.* 6.

Perſonæ privatæ in pactionem deducuntur in genere & in ſpecie: In genere, ut ſi 1. Majeſtas imperium in ſubditos quosdam alienare velit, quò referenda exempla alienatarum ab Imperio noſtro præcedenti ſeculo, ceſſarumque Regi Galliæ Metis, Tulli, ac Verduni, ac noſtro ſeculo urbis Beſanzon ex Libera & Imperiali Civitate municipales redditæ, ac Regi Hiſpaniæ transſcriptæ. *Id. th.* 7. Vel alteri jurisdictionem in eos concedere in Feudum: 2. Vel captivos triremibus conſtrictos liberare: 3. Amneſtia introduci ſolet: 4. Conveniri ſolet, ut privati & proſcripti reſtituantur honoribus: 5. Ut ſententiæ contra ſubditos nonnullos dictæ, & exhæredationes, &c. revocentur, militesque ex-

terni

terni dimittantur: 6. Ut ſubditi ſuſpectorum judicio eximantur. *v. Inſtr. P. W. Art. V. n.* 16. Jus Diœceſanum, &c. In ſpecie autem privati pactis inſeruntur 1. ſi de Vaſalli alienatione agatur: 2. ſi Bonorum reſtitutio poſcatur; ſic Pace Neomagenſi Cæſareo-Gallica hoc modo reſtituti Fürſtenbergii *Art.* XXXIII. *& Art.* XVII. At Pace Olivenſi diſtinctio Bonorum Mobilium & Immobilium facta. *Art.* II. §. 5. Cujus RATIO redditur ap. Grot. *J.B.* III.XX.21. Reditus tamen medio tempore percepti Poſſeſſoribus relinquuntur. *d. Pac. Oliv. cit. Art.* Conf. *Pac. Neomagenſ. ante cit. caſu.* 3. Pœnæ remiſſio; *evolv. Inſtr. P. Art.* IV. *in fin.* Exemplum Principis Condæi habetur Pacif. Pyrenæa, *Art. LXXXV.* Itaque ſunt tandem etiam Materia Pacificationis in qua belligerantes populi, ſive hoſtes ſint ipſi, ſive eorum ſocii, hoſtilitatem cum Pace commutaturi.

Cæterum Materia circa quam, ſive objectum Pacificationis ſunt Res Corporales & Incorporales, quæ vel in privatorum bonis, vel non: Hæ ſunt Res Sacræ & Religioſæ; neque enim, ſi gratis & amicabiliter litigantes conveniant, Sacris canonibus obviare dicendum eſt, *propter c. 7. ext. d. transact.* Sic An. 1563. in GALLIA conventum eſt, ut Nobilibus in Jurisdictionibus ſuis merum imperium habentibus, libera ac publica Re-

 ligio-

ligionis profeſſio permitteretur. *Vid. Thuan. lib.* 34. *&* 35. Pleniſſima itemque Libertas poſthac univerſis Proteſtantibus conceſſa Edicto Nannetenſi An. 1598. Et Edicto Gratiæ ſeu Nemauſenſi, An. 1629. Denique & Confirmatione hodierni REGIS, An. 1654. *Brunnem. d. diſſ.* 7. *th.* 9. *lit. a.* Ad quas etiam locus ſepulturæ pertinet, & Rerum Sacrarum bello ablatarum reſtitutio: illum quoque Proteſtantes à REGE GALL. petiverunt, teſte Thuano *in lib.* 47. 2. Res Communes, ad quas propriè ſpectat Mare, ubi quæſtio ſæpe oritur de Jure Navigandi, in hanc vel illam Inſulam aut Regionem: licet enim *propter l.* 2. *&* 3. *ff. d. rer. div.* Mare ſit exemptum Juriſdictioni & pactis; nihilominus tamen privatis etiam de rerum iſtarum communium uſu quoammodo paciſci conceſſum, *ex l.* 13. *ff. Communia prædior. &c.* Quoad *jus navigandi evolv. Polyb. l.* 3. *& Liv. l.* 38. *& Grot. de M. L. c.* 1. *&* 8. Ideo & libertas non tantum Induciis iſtis, ſed ſecuta Pacificatione Monaſterienſi BELGIS tandem conceſſa. Similia inter ANGLOS & Belg. agitata, & poſtea concluſa, ut in Pacificatione Londinenſi An. 1654. & Bredana An. 1667. paſſim. Quo pertinet jus poſtulandi tranſitum exercitui, *de quo etiam agit Artic. ult. nr. Pacificationis Weſtphal. in fin.* 3. Reſpublicæ, circa quas æqua eſt conditio duplex. 1. ut quarum rerum poſ-

ſeſſio

ſeſſio turbata eſt Bello, ex formula juris antiqui componatur. *v.Grot. l.3. de J. B. cap.*20. 2. ut res maneant quo ſunt loco vel ſemper, vel ad tempus, propter *l.*24. *ff. de R. V.* cujus exempla legimus de Pace inter REG. GALL. & ELISABETHAM ANLIÆ REGINAM, *ap. Thuan. l.* 36. & de Pacificatione MAXIMIL. IMP. cum Selymo facta, *ap. eund. l.*44. In priori, ultima, quæ ante bellum fuit poſſeſſio reſpicitur; nec obtinet prius, ſi populus ſui juris ſpontè ſe ſubjecerit. Poſterius in dubio præſumitur. Interdum verò circa publicas res ſunt inæquales conditiones; quod propterea fit, quia altera pars bello plus valuit. In ſpecie igitur 1. ſolet circa uſum fluminum de vectigali tranſigi, & ut liceat alicubi armare naves. 2. Cedi ſolet ab alterutro jus in provinciam, aut locum deſertum & incultum, *leg. Baud. d. Induc. l.* 1. *& Thuan. l.* 57. & abdicatio tituli: (quod ſi namque alia ratione Pax obtineri non poſſit, ferenda eſt hæc imaginaria contumelia; quidam enim multis ſe ornant titulis, multisque ditionum nominibus ſibi applaudunt, adeo, ut totum orbem Hiſtrioniam exercere pulchrè non-nemo dixerit: exempla ſunt odioſa!) 3. Mutatio Legum Fundamentalium, retenta tamen libertate. 4. Armamentorum traditio, & munitionum dejectio. 5. Urbis, vel arcis in ſequeſtrum reſignatio, & multatio agro-

 rum,

rum, aliaque multa, *de quib. Albericus Gentilis l. 3. de J. B. c. 4. add. Cujac. ad l. 2. d. ſervit. & Thuan. l. 22.*

De rebus privatorum etiam tranſigere poſſunt Principes, *v. Grot. l. 3. c. 20.* & tam de rebus incorporabilibus, quam corporalibus: qua de re & pluribus aliis, ipſi Hiſtorici cum fuſius agant, non eſt noſtri propoſiti, ut diutius his immoremur; ſed res illæ Bello acquiſitæ, ceu Pacificationis objectum, Articulis ſivè LL. incluſæ, ut vel permutentur, vel reſtituantur ex Capite Amneſtiæ & Gravaminum, vel retineantur, ut ſuis locis tr.

PAx ſit Chriſtiana, univerſalis, perpetua, veraq́; & ſincera amicitia inter Sacram Cæſaream Majeſtatem, Domum Auſtriacam, Omnesq́; Ejus Fœderatos & Adhærentes, & ſingulorum Hæredes & Succeſſores, inprimis Regem Catholicum, Electores, Principes, ac Status Imperii ex una; & Sacram Regiam Majeſtatem, Regnumq́; Sueciæ, omnesq́; Ejus Fœderatos & Adhærentes, & ſingulorum Hæredes & Succeſſores, inprimis Regem Chriſtianiſſimum, ac reſpectivè Electores, Principes, Statusq́; Imperii, ex altera parte. Eaque ita ſincerè, ſerioq́; ſervetur & colatur, ut utraq́; Pars alterius utilitatem, honorem ac commodum promoveat, omniq́; ex parte & univerſi Romani Imperii cum Regno Sueciæ, & viciſſim Regni Sueciæ cum Romano Imperio fida vicinitas, & ſecura ſtudiorum Pa-

cis

cis atque amicitiæ cultura revireſcant ac reflo- reſcant.

* * *

Quia Articulus 1. & 2. I. P. Weſtphalici Cæſareo-Gallici, nec non Artic. 1. I. P. Noviomagici Cæſareo-Gallici, itemque artic. 4. præliminares Cæſareo-Suecici fere eadem verba, nedum de conformitate rerum, continent, ideo prædictos articulos huic & ſequenti verbotenus ſubjicere noluimus.

LEX. I. ARMISTII
inter
S. CÆS. MAJ. ET IMPERIUM
ab una; atque
S. REG. MAJ. CHRISTIANISS.
ab alterâ Partibus.

S. *Cæſ. Maj. & Imperium conſentiunt in Armiſtitium 20. annorum, à die Ratihabitionis computandorum, idque amplectuntur iis ipſis Indiciarum Conditionibus; ex parte S. CHRISTIANISSIMÆ MAJ. per ejusdem Plenipotentiarium, apud Imperii Comitia exiſtentem, hoc in loco antehac oblatis, eo modo, quo in ſubſeqq. artic. plenius declarantur.*

Ejusdem fere Tenoris eſt LEX SECUNDA & TERTIA Armiſtiti cum Articulis Inſtr. P. Succ. & Gall. &c.

SYNOPSIS ARTIC. ET LEG. CUM AUCTARIO.

1. *Pax ſit Chriſtiana, & quare?*
2. *Lex Turcica ea, quæ ſuo idiomate ſcripta non ſunt, haud obſervare, exemplo Venetorum.*
3. *Pace nihil optabilius, & cur?*
4. *Quî de causâ ad arma non ſit deproperandum? ibiq; exhortatio ad Conſiliarios PP. & & Conſilium P. Gregorii.*
5. *Pax ſit univerſalis, & omnes obliget, indeque rationes affirmativæ pro Legatione Circ. Imperii ad Loca Tractatuum.*
6. *Pax ſit perpetua, & quot modis in Jure perpetuum ſumatur?*
7. *Vera & ſincera Amicitia quæ?*
8. *De Titulo S. CÆS. MAJESTATIS: de Encomio DOMVS AVSTRIACÆ, & SOCIIS in Pace ſemper comprehenſis.*
9. *Quid ſi Pacificantium Succeſſorum nulla hic mentio?*
10. *De HISPANIARVM REGE cur dicatur Catholicus? de HISPANIÆ Statu cœptæ Tractationis Weſtph. & rebus Hiſp.*
11. *Sereniſſimi DNN. ELECTORES qui?*
12. *PRINCIPES Germaniæ vel Imperii quinam?*
13. *De REGE & REGNO SVECIÆ.*
14. *De REGE GALLIÆ Chriſtianiſſimo.*

15. Pax

15. *Pax ſincerè, ſerioq; ſervetur & colatur.*
16. *Vicinitas fida cum Romano Imperio omni ex parte revireſcat.*
17. *Induciæ an & quatenus ſalvâ naturâ ſuâ in longum tempus poſſint conveniri?*
18. *De termino induciarum à quo & ad quem, an & quatenus obligent à tempore conventionis vel ratificationis.*

1. PAX SIT CHRISTIANA, inter Chriſtianos, in Orbe Chriſtiano, More Chriſtiano, ob Amorem CHRISTI PACIS PRINCIPIS, literis licet Latinis mandata. RATIO: quia ab ipſo CHRISTO non ſolùm appellati ſunt mites beati, quoniam hæreditatem accipient terræ; ſed etiam beati PACIFICI, quoniam ii filii DEI vocabuntur, in Illa Eximia Concione Montana. Nihil itaque contineat, quod Chriſtum, S. Literas, vel Eccleſiæ Veræ Doctrinam deſtruat, evertat, aut abroget. Hæc enim prima cauſa & origo omnis boni in Republ. D. Gock. d. tr. & c. 19. n. 19. (a) Propoſitio Pacis à Parte Galliæ, Monaſterii Weſtphalorum An. 45. exhibita Latinè. (b) 2. RATIO ALTERA: quia ſecus atque apud barbaros illos Turcas ſeſe res habet, quorum legem eſſe perhibent, moremque, ut ea, quæ ſuo idiomate ſcripta non ſunt, obſervare non teneantur. Exemplo Venetorum, quibus cum olim Turca quædam confœderationis ca-

capita miſiſſet Latinis Verbis concepta, Dux eorum Andreas Grittus concives ſuos monuit, ne id admitterent; redigerentur ea capita in Turcicam linguam. (c) 3. RATIO ALIA: quamvis enim pace nihil ſit optabilius, in tantum, ut quidam exiſtiment, quod pax etiam iniqua bello juſtiſſimo ſit præferenda; (d) nihil tamen aut faciendum homini Chiſtiano injuſtè, aut patiendum turpiter, ut pace frui valeamus; RATIO RATIONIS, nam, ubi juſtitia non eſt fundamentum, nullum pacis poteſt eſſe ornamentum, proinde bellum glorioſum pace turpi eſt optabilius. (e) 4. RATIO ULTIMA: cùm homini verè Chriſtiano ad arma non ſit properandum, ſed omnia prius tentanda, pacisque conſervandæ media undique petenda ſint. (f) Nam temerè in acie verſari, & manum cum hoſte conſerere, immane quiddam & beluarum ſimile eſt. (g) Ne igitur ſint Conſiliarii Principum faciles ad ſuadendum Principi bellum, ne re ſiniſtrè cadente, & Principis indignationem, & Conſcientiæ vulnerationem ſentiant. Unde Conſiliarium, qui levi de cauſa Principi ſuſcipiendi belli auctor eſt, aut bile abundare, aut conſcientiâ carere tradunt. (h) Omnibus ergo in genere Conſilium illud commendatum eſto: prius gravitas malorum, quæ ſolent ex bellis oriri, ex una lance trutinæ appenſa,

cum

:um re, pro qua ſuſcipitur, in altera parte li-
ɔrata, perpendi & agitari debet, num ea ta-
is, quæ mereatur, tot ſe objicere periculis. (i)

ʃ. PAX ſit UNIVERSALIS, in & ex-
tra univerſum Romanum Imperium rata &
grata. Pax univerſalis omnes belligerantium
partes reddat concordes; per contemtum
enim excluſus hoſtis non acquieſcet, donec
petita conſequatur, & fœdera ex fœderibus
nectet, usque dum ei ſatisfactum fuerit: Aut,
ne cum una parte paciſcens, majores vires
contra non reconciliatum hoſtem reſumere
præſumatur. *Tholoſ. de Rep. lib.* 11. *c.* 13. *p.* 702.
ALIA RATIO: quia ſicut Pax Publica
omnes omnium ordinum Status Imperii ma-
jorum & minorum gentium, & cujuscunque
dignitatis perſonas, ſummas, medias, & in-
fimas æquè obligat, etſi potiſſimum contra
potentiores ſit promulgata; (k) ita etiam
hæc Pacificatio omnes obligat Imperii Status,
licet potiſſimum propter potentiores ſub ea-
dem comprehenſas, & nominetenus in hoc
articulo expreſſas ſit inita atque ſancita.
Hinc olim rationes affirmativæ pro Legatio-
ne Circulorum Imperii ad Loca Tractatuum
motæ & promanatæ fuerunt, quarum Pri-
ma, quandoquidem onera hucusque omnes
Status concernebant, & deinceps quoque
concernent, ideo maximè æquum eſt, in
Locis Tractatuum Pacis, utpote quæ ſunt
Clei-

Cleinodia Imperii pretioſiſſima, per Circularem ablegationem comparere. II. Eſt de ſubſtantia cauſarum communium, quod plures, ut ſingulos tangit, ab omnibus approbari. (l) III. Requirunt quoque Jura Gentium in omnibus oneribus & actionibus omnium, quorum intereſt, præſentiam & conſenſum: abſentium ſpeciale exigitur mandatum. (m) IV. Obſervantia univerſalis requirit, ut, ſi Electores, & Principes, Communium gravaminum cauſa ConventumProvincialem celebrant, illos Status Provinciales eò convocent; Ergo multò magis hoc fieri debet in Imperio, poſtquam Status, Imperii Status indigitantur, alioquin deterioris conditionis forent, atque Electorum & Principum Status. V. Illud ſenſui communi è diametro contrariatur, quod enim omnes tangit, ab omnibus debet approbari. (n) VI. Idipſum ſervitutem intolerabilem ſecum ferret. VII. Et Privilegiis juribus & reputationibus Electorum & Statuum derogaret; cum tamen per Capitulationem Principum & Statuum Imperii dignitates confirmentur. (o) VIII. Principatus, Urbes & Provinciæ in dubium vocarent, num ſub propria, vel brevi aliena poteſtate viverent. IX. Neque Pace univerſali gauderent; Pax autem eſt conventio publica, & Juris Gentium, ex quo etiam deſcendunt bella: Ergo & ejusdem juris

ris erit pactio pacis, cum eadem ſit ratio contrariorum. (p) X. Nota eſſet ſummæ ingratitudinis erga Electores & Status Imperii, qui hactenus onera publica devotè ſuſtinuere; quoniam igitur communibus ſumptibus Statuum hucusque bellum geſtum, iniquum foret, iis inconſultis vel excluſis illud vel proſequi, aut adverſam pacem invitis Statibus & Ordinibus pangere, iisdemque obtrudere. Cum itaque XI. Status jure ſuffragii privarentur, ſequeretur, S. Cæſ. Majeſtati & Dnn. Electoribus ſolum bellum propriis ſumptibus gerendum eſſe, idque vi & vigore Capitulationis. (q) XII. In Concluſione Pacis Pragenſis t. t. Majeſtas Imperatoria cum Elective Saxoniæ idem in memoriam revocarunt, indeque expreſsè conventum erat, pacta illa particularia Romano Imperio, Ejusque Statibus perpetuò nec ullum præjudicium parere, vel loco præjudicii aut exempli allegari debere. (r) XIII. Si igitur ſunt Status Imperii, ut ſunt, fortaſſis nullus invenietur, qui illos pro Membris Imperii non agnoſcet, vel ſuffragia eorundem in tam arduis cauſis præripiet, aliàs nulli eſſent Status, niſi nominetenus, titulum præ ſe ferrent, ſine dignitate, & deſuper dependentibus requiſitis, ſine omni effectu, tanquam ſtatuę, nil niſi ad tributa exſolvenda aptæ. Cum tamen XIV. Collegium Principum ſingulare habuerint,

&

& adhucdum habeant, concluſa Comitia propriis nominibus ſubſcribant, ſubſignent & corroborent, uti in ſpecie videre eſt in Pace Religionis de Anno 1555. (s) XV. Salus & Dignitas Imperii non conſiſtit in oneroſis incommodis, ſed inprimis in Obſervantia Receſſuum Imperii, quibus Imperium ſartum tectum conſervatur; priore verò modo ruinam minatur. XVI. Exinde quoque diſmembratio evaderet, quæ verò nec per obliquum vel indirectum toleranda veniet, ne caput vel corpus mutilentur. XVII. Sicque Coronæ exteræ, vigore Literarum exaratarum, S. Imperatoriam Majeſtatem & Dnn. Electores pro univerſo Romano Imperio haud agnoſcent. XVIII. Jura Belli & Pacis in Comitiis Statibus æqualiter, ſine omni prærogativa ſunt propria, & invicem participant. XIX. Ad hæc omnia Comitia denuntiantur, & propoſitiones in iisdem eò collimant, quatenus S. Romanum Imperium Nationis Germanicæ in perpetua pace & tranquillitate conſervari & gubernari poſſit, quod Imperialem decet ſolertiam, ſecundum dictum Imper. Friderici de prohib. feud. alien. XX. Omnes Receſſus & Conſtitutiones Imperii usque ad annum 1641. communiter aſſerunt, belli pacisque negotia cum omnium Statuum conſenſu & ſuffragio eſſe tractanda, conſulenda, & remotis Statibus nihil concludendum, ſed ita continua ſe-

rie

rie provehendum, hinc Receſſuum inſcriptio: Rom. Imp. Majeſtatis & omnium Statuum, non verò Cæſar. Maj. & Dnn. Electorum Receſſus: Clauſulam inſimul iſthanc inſertam legimus, quod Imp. Majeſtas cum Electoribus, Principibus & Statibus conjunctim, & non ſeparatim cum Electoribus ſolùm pacta fuerit. Quæ tamen clauſula Maj. Imper. non evertit; nam ſpectatur id, quod principalius eſt, & quoniam S. Cæſ. Maj. principales, potioresque in hac Legislatione partes obtinet, ideo eam *huic ſoli* adſcribimus. (t) XXI. Proin Receſſus Imperii tanquam Contractus reciprocus inter Status, qui ex Jure Gentium originem ſumunt, adeoque ſine conſenſu hujus vel illius partis non ſubſiſtunt; conſenſus enim eſt plurium voluntas, ad quos res pertinet ſimul juncta. XXII. Iccirco Status circa jus indicendi bellum vel pacem fundatam præ ſe ferunt intentionem: Cæſaris & Electorum ſuffragio bellum indicitur, (u) vel, ut vult Capitulatio *Caroli V.* omnium ordinum conſenſu. (vv) XXIII. Qua ratione fundamento illo Capitulationis utantur fruantur, quod vinculo juramenti Cæſarei corroboratur ſub hoc tenore, Statûs ſalvis Præeminentiis, Dignitatibus, Juribus & Privilegiis, ſine cujusque commodo, vel impedimento defendendos & conſervandos, tidemque tempore Regiminis Cæſarei, nul-

lum bellum vel diſcordiarum ſemina in & extra Imperium ſerenda & ſuſcipienda citra præcedentem conſenſum, conſilium & approbationem ſingulorum Statuum; (x) Legem autem Fundamentalem ſive Capitulationem tollere, nihil aliud eſt, quàm ſtatum & ſalutem Imperii evertere. (z) XXIV. Nova inſuper repullularet diffidentia, ſicubi Status excluderentur, & nolentes volentes pacem comprobare cogerentur. XXV. Quare conjunctis animis & conſiliis juri ſuffragii unicè inhærenduum, neque eodem ullo modo privandum. XXVI. Quinimò, cum Dnn. Electores ſolùm tanquam Conſiliarii Imperatoris, citra jus ſuffragii, ad repellendos ſtatus, admitterentur, connivendum, verùm Statibus, ſi non alia, & in debita forma, attamen eodem jure, modo & qualitate, his generalibus Pacis Tractatibus intereſſe haud eſt vetitum vel prohibitum, &c. &c.

6. *Pax ſit perpetua*, ſecundùm interpretamentum perpetuitatis juridicæ, quô perpetuum tribus modis accipitur: vel, quod nullum habet finem, ſic exceptiones peremtoriæ, quæ ſemper agentibus obſtant, dicuntur perpetuæ. Vel dicitur perpetuum, quod quidem habet finem, quem tamen ignoramus: ſic matrimonii finem cum ignoremus, matrimonium perpetuum: ſicque ſocii in perpetuum ſocietatem contrahere dicuntur.

Vel

Vel dicitur perpetuum, quod quidem finem habet, habet tamen finem longiorem, ſic actiones civiles reſpectu prætoriarum dicuntur perpetuæ. Et hanc Pacem intentione quidem perpetuam, ſed, (ut, proh dolor! ſunt res humanæ minus perpetuæ exitu) eventu (vel ex accidenti:) temporariam eſſe, nuperi belli motûs teſtabantur; (No.1.) licet lites & controverſiæ, quibus Illuſtris Germaniæ populus in diverſas diſtrahebatur partes, Pace Religioſa Auguſtana & longiſſima hac conventione Weſtphalica An. 48. adeo prudenter, temperanter & modeſtè compoſitæ ſint, ut omnes rerum Germanicarum periti aliter judicare nequeant, quàm nihil omnino supereſſe, ex quo Virium univerſæ Germaniæ Conjunctio impediri poſſit. (No.2.) Sic Aurea Bulla ita quoque ſancita eſt, ut Lex æterna & perpetuò duratura eſſet, *ſec. A.B. tit. 1. pr. tit. 7. in f. tit. 8. §. adjicientes, tit. 9. pr.* Hinc *Impp.* jurejurando *ſeſe* ad ejus obſervantiam adſtringunt. Quæ tamen immutabilitas civiliter intelligenda, rebus nimirum eodem modo ſe habentibus. Hinc ob neceſſitatem ſalutis publica penitus abrogari poteſt. Dein hæc perpetuitas obligationis de ſubſtantia actus, non de circumſtantiis, quæ liberè conſenſu ordinum variari poſſunt, intelligenda eſt. *D. Fr. in M. I. P. voc. Aurea Bullæ. p. 51. 52.* Romani pacem ineuntes hac uſi ſunt formu-

 lâ:

lâ : Pax ſit , dum cœlum & terra durat. Quamvis autem hoc nomen Pacis, qua uſus, magis ſuperſit, ita, ut cuique mortalium, hodie ætatem ſuam æternitatis termino, liceat definire, cujus indicium pax æterna iſta Pragenſis An. 35. facta perhibet, quæ citius vix facta, quàm interierit; perdurat tamen induciarum atque pacis diſcrimen: quemadmodum olim dicebatur pax negata, induciæ datæ ſunt. (No.3.) Neque tamen heîc poterit quis in contrarium objicere, pacem hanc eſſe neceſſitate expreſſam, utpote, cum ab utraque parte ſub clypeo ſit confecta, inſuperque Juris Gentium ſit, ſervare, quæ vi bellica promiſeris; cum fere ſemper altera pars coacta ad transactionem deſcendat, & rarò æquis atque integris viribus ad Pacem perveniatur. (No.4.) Error ergo eſt minimè ferendus, ut nullum ſtabile fœdus, nulla fida ſocietas, inter Principes contrahi poſſit, ſi victores victis legem dederunt. Quis eſt enim, qui neſciat, pacis conditiones fere ſemper invictis dari, & à victis vi ac metu accipiunt, quod dici ſolet, minima de malis? Pax autem hæc erit perpetua, ſi Caput & Membra Imperii concorditer invicem agant, ne harmonia iſta, quâ ſinguli ſuaviter inter ſe conſpirare debent, aut intenſione, aut depenſione unius, alteriusve nimia corrumpatur, ſed excluſa omnium ſu-

ſpicio-

ſpicionum intemperie æquabilis ſit melodia, ac omnium vocum conſonantia. Ut Pax Weſtphalica &c. ſit perpetua, oportet porro, ut ſit armata. (No.5.) In Hafnienſis armamentarii Pinacotheca Regia ſequentia aureis literis ſunt depicta; tempore pacis de bello cogitaſſe, neminem prudentem unquam pœnituit. (No.6.) Nemo enim celerius opprimitur, quàm qui nihil timet, & frequentiſſimum initium calamitatis eſt ſecuritas. (N.7.) Nec unquam Imperator ita paci credit, ut non ſe præparet bello, quod, etſi non geritur, indictum eſt. (No.8.) Quibus argumentis oſtendi videatur, licitè Pacem Religionis etiam perpetuam poſſe ſanciri? *Dn. D.Dorſch. antiir. Theol. ſect.* 2. *pag.* 6. Quid ſtatuendum ſit, cùm utraque ſententia nititur probabilibus argumentis? An, utrâque ſententiâ probabilibus argumentis nixâ, non liceat eam etiam ſequi, quæ nititur minus probabilibus? *p.* 7. An pacem conſtituere perpetuam circa diſcrepantem Religionem ſit indirectè cooperari improbatæ religioni? *Id. ſect.* 4. *quæſt.* 1. *pag.* 13. Annon ſatis conditionata ſit P. R. per injunctum perpetuum exercitium conciliandi pugnantias in religione? *d.loc.p.* 14. An perpetuitas P.R. juribus libertis in conſtituenda religione promiſſa præjudicet divinæ perpetuitati veræ religioni à DEO promiſſæ? *Ibid. quæſt.* 3. *p.* 32. An Proteſtantium doctrina

ſit ad rumpendam Pacem Religionis inclinans? *Id. quæſt.* 7. *dub.* 3. An ſenſus Proteſtantium rupturam pacis pactæ timere jubeat? *Ib. dub.* 4. Hîc P. Relig. perpetuæ in Polonia & Lithuania formulam adpingere adlubeſcit, ſic autem ex eodem *ſect.* 5. *fundam. X. p.* 249. Verba Generalis Statuum Poloniæ in Comitiis Warſavienſibus An. 1573. initæ, inſtitutæque confœderationis habent: Nos Senatores Regni ſeu Coronæ, Spirituales & Seculares Equeſtris Status, Ordinesque reliqui unius & indiviſæ Reip. Maj. & Min. Poloniæ, ex M. Ducatu Lithuaviæ, Kioviæ, Voliniæ, Podlaſiæ, nec non terrarum Ruſſiæ, Pruſſiæ, Pomeraniæ, Samogitiæ, Livoniæ, nec non Civ. Reip. &c. cum in Rep. noſtra non parvum, ſed magnum diſſidium in cauſa Religionis Chriſtianæ eſſet, qua occaſione inter diſſidentes ſeditiones damnoſæ emergere poſſent, uti in aliis externis Regnis nunc videre licuit, hoc modo obviandum duximus, 1. pollicemur nobismet ipſis, inter nos invicem & ſucceſſoribus noſtris *in perpetuum* ſub vinculo juramenti, fide, honore & conſcientiæ noſtris, quod nos, qui ſumus diſſidentes in religione, pacem inter nos conſervabimus, & ex hac cauſa religionis & mutatione Eccleſiæ ſanguinem nunquam profundemus. 2. Neque ut alius alium affligat, confiſcatione bonorum, carceribus, exilio vexet, conſentiemus & admit-

mittemus. 3. Neque ullum Magiſtratum ſive Superioritatem ad talem progreſſum ullo modo adjuvare debebimus. 4. Imò, ſi quis ea ex cauſa hujusmodi progreſſu uti & ſanguinem perfundere vellet, opponere nos omnes debebimus, etiamſi ſub prætextu alicujus decreti, ſine proceſſu aliquo juridico, id facere conaretur. 5. Sic tamen quod per hanc noſtram confœderationem Superioritati ſive jurisdictioni Domini in ſubditos tam Dominorum Spiritualium, quàm Secularium nihil derogatum eſſe voluimus, neque obedientiam ſubditorum erga Dominos infringimus: quin imò ſi alicubi talis licentia ſub prætextu religionis eſſet, tunc uti ſemper licuit, licebit, & nunc unicuique Domino in ſubditum ob non præſtitam obedientiam pro merito animadvertere, tam in Secularibus, quàm in Spiritualibus. 6. Et ut omnia beneficia Juris Patronatus Regii, Prælaturarum Eccleſiaſticarum, ut Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & alia omnia beneficia, conferantur non aliis, quàm Romanæ Eccleſiæ Clericis, indigenis Polonis juxta Statuta Regni, &c.

7. *Veraque & ſincera Amicitia*, à qua quàm longiſſimè abſit ſimulatio, verba honoris, æquivoca & dubiæ interpretationis. *Ratio:* quia arctiſſima eſt inter confœderatos & adhærentes amicitia, ubi alter alteri omnia,

 pro-

propriamque credit ſalutem, quæ verè & propriè eſt amicitia, proinde in infortunio non ſunt derelinquendi. (No.9.) In ſumma eò enitendum, ut ſincera, firma, non captioſa pax coëat: ubi ſequeſtranda tamen nimia & intempeſtiva moroſitas, ſi impedimento ſit, quò minus res maximè ſalutares ad optatum exitum perducantur. Nihil enim tam acutè & circumſpectè dici poteſt, quod perjurio anſam non præbeat, ſi quis ſcripturam, quam promiſſi fidem pejoris æſtimet; ſi vocabula artis magis reſpiciantur, quàm fidei vincula. Probè conſiderandum, an cum Cretenſi agas? (No.10.) An ſemper adverſarius de ſe prædicare queat, quod olim Friſiorum Legati: nullos mortalium fide aut armis ante Germanos eſſe.

8. *Inter S. Cæſ. Maj.* Cui Titulus quoque Chriſtianiſſimi optimo jure debetur, utpote quem Primum meruit Pipinus, ab Urbano II. Pontifice. (No.11.) Hinc etiam audit Eccleſiæ Defenſor & Advocatus. (No.12.) *Ratio*, quia *Cæſari* incumbit, providere, ut non ſolùm pacificè, ſed etiam piè ſubditi vivant. (No.13.)

Domum Auſtriacam, Cujus Regna ſunt velluti Murus Salutis communis, immunitati Turcicæ oppoſitus ex mente Car. V. Imper. (No.14.) in qua Gente Auſtriaca Imperium Germanorum tam altè radices egiſſe, ut Ejus evel-

evellendi vix ulla ſpes appareat, ſcribit Bodinus. (No.15.) Pacificantium *fœderatos & adhærentes. Ratio:* quia ſocii ſemper in Pace ſunt comprehenſi.

9. Pacificantium *ſingulorum hæredes & ſucceſſores, &c.* Sed, quid ſi hæredum & ſucceſſorum nulla hîc mentio fieret, num nihilominus in Pacis conventionibus obligatoriè comprehenderentur? Ita ſanè: non enim transactum de bello dici poteſt, ſi belli acerbitas à Succeſſoribus adhuc ſit expectanda, & plerumque tam hæredibus noſtris, quàm nobismetipſis cavemus. (No.16.) Pax item, ſi natura perpetua eſt, ſequitur, ſucceſſores quoque eorum, qui pacti ſunt, Pacis Conventionibus obligari. (No.15.) Et, qui injurias remittit, in perpetuum eas remiſiſſe intelligitur. (No.18.)

10. *Inprimis Regem Catholicum, &c. Ratio* hujus Tituli, quod nim. ſtudeat fidem & Eccleſiam Catholicam defendere ac propagare: quem Titulum ipſemet Pontifex Johan. VIII. tribuit Alphonſo. (No.19.) Dein, quod cum Rege hoc Potentiſſimo utiliter fœdus contrahi poſſit, tr. Warem. ab Erenb. (No.20.) Et noto notiores erant res Hiſpaniæ, & quatenus Hiſpania ratione Burgundiæ ad Rom. Imperium pertineat; ideo præcavendum fuit, ne tota Hiſpanica cauſa hîc immiſceatur. Cæterum de Hiſpaniæ Statu tempore cœptæ

 Tra-

Tractationis Weſtphal. Itemque de rebus Hiſpaniæ, an Paci Germaniæ connectendæ? & Cæſareanorum eam in rem Replica, Duplica, Statuumq; ea de re ſententia remiſſ. (No.21.) Similiter de Controverſiis, inter Hiſpaniam, Galliamque; Item de Hiſpanis ab Imperatore ſeparatis tr. art. 11. §. 2. in I. P. Cæſ. Gall.

11. *Electores*; qui ſunt Baſes Imperii ſolidæ, & columnæ immobiles habentur: Regibus æquiparantur, imò in actibus Curiam Imperialem ſpectantibus anteferuntur; hinc Illis Majeſtas tribuitur; & præferuntur cæteris Imperii Principibus. (No.22.)

12. *Principes*; qui vocantur Divi, & Divini, Sanctiſſimi, Optimi, Piiſſimi & Sereniſſimi: omni laude & admiratione digni. (No.23.)

13. Et *S Reg. Maj. Regnumque Sueciæ*: Hindelius quidam edidit epiſtolas, in quibus inſomnia *Guſtavi Adolphi*, quæ ſomniaverit ante bellum ſuſceptum pro Religione Chriſtiana commemorat quædam; ſed propterea irriſus eſt à Magnis & Gravibus Viris. &c.

De Succórum Societate atque Fœdere cum Evangelicis Germaniæ Proceribus: Succorum Legatorum adventu Oſnabrugæ: Literis invitatoriis ad Pacis Tractatus, & ad Imperii Deputatos ordinarios: Eorundemque Propoſitio Pacis, inque ejus defenſionem ſermones, à Proteſtantibus pronis auribus accepti. (No.24.)

14.

14. *Inprimis Regem Chriſtianiſſimum:* quem Titulum Reges Galliarum jure hæreditario ſibi vendicant, cujus gratiâ Ludovicus Pius adeo devotum ſe præſtitit, ut 40. dies ante obitum ſuum, nullo alio cibo, quàm S. Cœnæ veſci voluerit. (No.25.) Cujus *Cauſam* aſſignant duplicem, cùm quod Rex Francorum ſacro oleo in Coronatione fuerit unctus: (No.26.) tùm, quod ſemper fortiter contradixerint Potentiæ vel extravaganti & extra limites ambulanti poteſtati Papali, etiam ſtatim tempore Gregorii VII. qui ante Hildebrandus dictus erat. Petrus de Marca, Vir doctiſſ. hoc vidit, & Regiorum cauſam meliorem eſſe, hinc varios etiam colores quæſivit, quô Pontificis potentiam aliquo modo defenderet. Egregium eſt illud Conſtantini M. qui dixit: Vos quidem eſtis Epiſcopi Eccleſiæ, à Deo inſtituti, ſed ego ſum Epiſcopus Epiſcoporum: ut doceret, quousque deberet progredi poteſtas Eccleſiæ & Epiſcoporum, inprimis circa ſecularia. (No.27.) Editus eſt liber in Gallia de Præcedentia inter Reges in tota Chriſtianitate. Curioſus eſt Scriptor, ſed favens partibus. Theodorus Gothofredus cœperat ſcribere Tractatum, Ceremoniale Francicum; Dionyſ. Gothofred. filius continuavit hoc ipſum opus, ſed tertiam partem, non auſus, ſed prohibitus etiam eſt perficere, ſc. de præcedentia. Hodie autem nullus Rex ulli

ulli Regi alteri præcedentiam concedit. (No.28.) Præterea hic maximè notandum, quod Rex Galliæ Potentiſſimus t.t. adhuc in pupillari ætate conſtiterit; &, quid, ſi ex Pacis hac conventione læſus fuiſſet, num reſtituendus foret? (No.29.)

15. *Sincerè, ſerioque ſervetur & colatur: Ratio;* ideo enim geritur bellum, ut Pax & Juſtitia quæſita conſervetur. (No.30.)

16. *Omnique ex parte cum Rom. Imperio vicinitas refloreſcat, &c. Ratio:* bella ſiquidem vicina periculoſiſſima ſunt. (No.31.) Et tum utiliter bella movemus, verentes, ne ipſo bello petamur. (No.32.) Principi inſuper, utpote cui cura populi commiſſa eſt, incumbit, ſuo potius, quàm alieno timere arbitrio, & ſe adverſus injurias præparare, quàm in diſcrimine coarctari. (No.34.) Indeque juſtus metus, juſta belli cauſa cenſetur. (N.34.) Quare oportet Princip. impendentibus malis obviam ire, & antevertere, nec expectare aut cunctari, ut accepta injuria vindicetur cum periculo, ſi à præſentia creſcentis plantæ radix præſcindi, & adverſarii malè cogitantis conatus opprimi poteſt. (No.35.)

17. *Circa Leg. 1. Armiſtitii* quæritur: An induciæ poſſint in longum tempus conveniri, puta 10. aut 20. annorum? &c. Negandum hoc videri poterat auctoritate Pauli JCti in l. poſtliminium. §. 1. ff. de captiv. & poſt-

poſtlim. reverſ. quo loco ait: Inducias eſſe, cum in præſens & breve tempus convenitur. Aſt verò exempla non deſunt conceſſarum per longa tempora induciarum, qualia ex Livio, Dionyſ. Halicarnaſſeo, ac Diodoro Siculo referunt Grotius, & Puffendorffius. (No. 36.) Sanè Grotius vellicat deſcriptio- Paulinam ex hac re; & omninò ita eſt, ſi de Jure Gentium loquimur, inducias non neceſſariò coarctari brevis temporis intervallo, idque hodienum docent exempla lõngioris temporis induciarum. Putem tamen hac in re, ſi tempus 100. annorum vel majus comprehenſum ſit ſub induciarum nomine, quòd tunc induciæ in pacis naturam concedant, ſicut, quando Romulus Vejentibus conceſſit 100. annorum inducias; (No. 37.) eſt enim abſurdum & generi humano pernicioſum, antiquas integri unius vel plurium ſeculorum belli cauſas refricare, quod quidem in Sacris objicit Jephta Ammonitarum Regi. (No. 38. Idem ſentio, etſi minus tempus 100. annis induciis adjiciatur, quod tantum tamen ſit, ut metam vitæ belligerantium, juxta communem hominum modum, probabiliter excedat; nec enim tunc vero ſimile eſt, paciſcentes de induciis voluiſſe cauſas belli ſibi tempore velut intercludere, & relinquere poſteris: hinc & Turcarum induciis cum Chriſtianis gentibus ad longiſſima tempora con-

conventis ea vis eſſe ſolet, ut Turcæ non niſi ex novis cauſis vel ſaltem prætextibus bellum denuò moveant, quaſi jus prioris belli hujusmodi longævis admodum induciis interciderit. (No.39. Porro notandum, quod includatur terminus induciarum à quo ſub induciis, ut rectè contra Grotium defendit Puffendorff. (No.40.) Et ſi induciæ tales ſint, quæ per ſe ex auctoritate Ducum valere poſſunt, non dubito, valere inducias à tempore conventionis, quia ſubſequens ratificatio Regis vel populi ad bene eſſe tantum pertinet; idem ſi Duci permiſſum ſit liberum pacis arbitrium, ut poſſit quascunque illimitatas etiam & longas inducias inire: ſin tales fuerint, quæ intuitu qualitatis ſuæ & mandati Ducalis à ratihabitione pendeant, aut expreſſum eſt inducias à tempore conventionis intelligi debere, & tunc ab eo termino ceſſare debent hoſtilitates, idque non tantùm ſi à ratificante expreſſio illa facta ſit, ſed etiam ſi placuerit expreſsè inter convenientes; & eſt *Ratio*, quia ratificatio generalis trahitur ad omnia induciarum capitula, ergò etiam ad capitulum termini à quo expreſſi, ut perinde ſit ratificantem Regem aut populum exprimere, conceptis verbis; quod induciæ ſpe ratihabitionis conventæ ſtatim obligent à die conventionis, vel antea hoc ipſum in tenore induciarum expreſſum ratificando approbare;

bare; aut verò planè nihil hac de re expreſſum, & tunc de Jure Gentium videntur induciæ demum à tempore ratificationis valere, ut actus bellici intermedii inter tempus conventionis & ratificationis reſcindi non debeant, nec capta interim reſtitui, quod enim aliàs dicitur, ratihabitiones retrotrahi ad tempus rei geſtæ, inventum eſt Juris Civilis, (No. 41.) non Juris Gentium; ſuſtineri tamen poſſet ratificationis retrotractio ex tacita voluntate partium, ſi forſan utrinque obſervare conſueviſſent Jus Civile, atque etiam ex eo in publicis actibus deſumere interpretationem declarativam, ut in dubio etiam tunc viderentur ad Jus Civile ratione termini à quo induciarum reſpexiſſe; ſed hæc non aliter dicenda ſunt, niſi manifeſtè de illis conſtet. Terminus ad quem induciarum eſt ille dies, menſis, &c. ad quem usque conventione placuit inducias durare, ergo regulariter neceſſe eſt, ut exprimatur terminus ad quem, non verò terminus à quo, quia hic tacitam habet interpretationem à tempore conventionis, non autem ille ſimili nititur conjectura voluntatis. (No. 42.)

(a) Matth. 5. verſ. 5. & 9. (b) Bembus lib. 4. hiſt. Venet. c. 60. Vid. quoque tr. in Annotat. ad quædam loca I. P. Cæſareo-Gall. & quidem ad §. 1. p. 629. cum 2. ſeqq. (c) Scipio Amirat. diſſert. Politic. lib. 4. diſcurſ. 7. p. 229. (d) Carpzov. de L. Reg. cap. 4. ſect. 1. n. 11. & 12. Gail. 1. de P. P. c. 4. n. 43.

n.43. (e) Reinking. de R.S. & E. lib.2. claſs.3. c.1.n.23.4.& 5.in princ. Schönb.6.Pol.38.circ.fin. (f) quod exemplificat Carpz.d.tr. c.4. ſect.1.n.6. cum aliq.ſeqq. (g) Reink. d. tr. lib. 2. cl.3. c.2. n.2. (h) Idem d. loc.cap.3.n.10, (i) P.Gregor.lib.1.de Rep. cap.1.n.9. (k) Geil.1. de Paç. P.cap.1.n.9. (l) Reink.d.tr.lib.1.cl.3.c.5.n.5.& 7. (m) Beſold. d. Pace, Paciſque Jure c.4.n.2. ubi in fin. ex Vulpell.addit.quod morte mandantis ejuſmodi mandata evaneſcant. (n) c.quod omnes. de R. J. in 6. (o) Carpz. d. tr. c.3. ſect.13. n.1. (p) l.5. ff.d. pact. Mart. Landens. d fœder.quæſt. 33. add. l.5. ff. de J.& J. Beſold. d.tr.d.Pac.Jur. c.1. n.4. (q) Bodin. d.Rep. lib. 5. c. 6. p. 915. (r) Capitulat. Ferd.III. §.7. in fin. (s) Carpz.de L. Reg. c.3. ſect.3. n.11.12. (t) Schönb.5. Polit.11. (u) Idem 5. Pol. 12. (w) Sleid. lib. 1. pag. 27. Carpz. d. tr. c. 4. ſect. 1.nm. 13. (x) vid. Capitul. Ferd. III. §. 3. & §. 11. (y) Carpz. d.tr. c.1. ſect.16.n.2. cum aliq.ſeqq.& inprimis n.16. (z) Id.& ibid.n.13.cum aliq.ſeqq. (No.1.) Ph. Andr. Burgold.diſc.18. part.1.in N.R.I. (No.2.) Forſtner. ad Tacit. p. 245. (No.3.) Vid. Continuus miles eorum auctorum, quos allegat Goldaſt. in Act.Publ.part.15.p.505.cum ſeqq. (No.4. Zeiler. in Itin. German. c.18. n. 5. (No.5.) Vell. Paterc. lib.2. c.118. (No.6.) Senec. d vit. beat. c.26. (No.7.) Carpz.cit.tr.c.6. n.7.& ſect.1.d. c.n.17. (No.8. ex Tacito 13. Annal.94. Rhetius in diſp. Juris P. de Statuis Rolandinis, Jure Statuum &c. cap.5. n.48. & 49. p. 480. cum ſeq. (No.9.) Carpz. d.tr. c.2.ſect.1. n.19 (No.10.) Idem d. loc. num. 23. (No. 11.) Henning. Arnis. de Jurib. Majeſtat major. cap. 6. nu.11. (No.12.) Carpz.d.tr. c.11. ſect.2.n.20. (No.13.)

Idem

Idem d. loc. num. 17. (No. 14) Id. d. loc. n. 20. (No. 15.) l. 9. in fin. ff. d. Procur. Alber. Gentil. d. jur. bell. lib. 3. cap. 22. p. 677. (No. 16.) Gudelin. d. Pac. c. ult. (No. 17.) per tx. in §. ult. ubi Gl. J. de injur. Corſet. d. privil. pac. n. 13. Beſold. d. Pace Paciſque jur. cap. 4. §. 4. per tot. p. 192. cum ſeq. (No. 18.) Choppin. d. Sacr. Polit. forenſ. lib. 1. tit. 7. n. 18 & lib. 3. d. doman. Gall. tit. 30. n. 3. (No. 19.) in tr. d. fœder. lib. 1. cap. 2. n. 140. (No. 20.) Hiſt. Pac. Weſtph. lib. 1. n. 22. p. 68. & lib. 3. n. 10. p. 245. & lib. 2. n. 63. p. 170. & d. l. 3. n. 54. p. 327. & n. 31. p. 295. (No. 21.) Arum. de Comit. cap. 2. n. 28. A. B. c. 6. pr. Limn. lib. 3. cap. 2. num. 4. Bruning. d. var. univ. ſpec. concl. 10. add. Capitulat Ferd III. art. 4. verb. vorgehen. p. 685. Capitul Ferd. IV. art. 4. Capitul. Leopold. I. art. 5. verb. und den Fürſten in Perſon. R. J. de An. 1546. § 10. & d. An. 1576. §. 111. (N. 22) Carpz. d. tr. c. 1. ſect. 2. n. 16. cum 4. ſeqq. & cap. 3. ſect. 11. n. 7. (No. 23.) leg Hiſt. P. Weſtph. lib. 1. p. 63. & lib. 2. p. 77. 89. 103. & 107. (No. 24.) Carpz. d. tr. cap. 2. ſect. 1. n. 16. cum ſeq. (No. 25.) Nic. Bellus in theſ. Polit. l. 2. diſ. 12. (No. 26.) Boecl. ad Grot. de J. B. & Pac. lib. 2. cap. 22. §. 14. (No. 27.) Id. in lib. 2. cap. 5. §. 21. (No. 28.) Fuſiſſ. Dn. D. Textor in Synopſ. Jur. Gent. c. 20. n. 13. (No. 29) R. I. d. An. 1542. § Nachdem aber, in fin. ibi. in langwührige gute Ruhe und Sicherheit bringen helffen. Gail. 1. de P. P. c. 4. n. 19. cum aliq. ſeqq. (No. 30.) Id. Gail. 2. obſ. Pr. 67. nu. 19. (No. 31.) Richard. Dieter d. ſumma ſummi Imperii poteſt. concluſ. 101. (No. 32.) Bald. in l. 1. n. 42. C. Unde Vi. Marta d. jurisdict. lib. 1 cap. 14. n. 23. (No. 33.) Reink. d. tr lib 2. cl. 3. c. 2. n. 24. (No. 34) Id. ex Niceph. & Alb. Gentil. ibid. n. 25. (No. 35)

lib. 3. de J.B.& P. cap. 21. & lib. 8. de J.N. & G. c. 7. §. 4. (No. 36.) Rivius lib. 1. Hiſtor. (No. 37.) Jud. 11. verſ. 26. & 27. (No 38.) Dn. D. Textor d. tr. cap. 19. num. 30. (No. 39.) d. lib. c. 7. §. 8. (No. 40.) Dn. D. Textor d. c. num. 23. 24. 25. 26. (No. 41.) Id. d. loc. n. 27.

De Puncto Amneſtiæ Generalis.

ARTICULUS II.

Sit utrinque perpetua oblivio & amneſtia omnium eorum, quæ ab initio horum motuum, quocunque loco, modove, ab una vel altera parte, ultrò, citroque hoſtiliter facta ſunt, ita, ut nec eorum, nec ullius alterius rei cauſa vel prætextu alter alteri poſthac quicquam hoſtilitatis aut inimicitiæ, moleſtiæ, vel impedimenti, quoad perſonas, ſtatum, bona vel ſecuritatem per ſe, vel alios, clam aut palam, directè vel indirectè, ſpecie juris aut via facti, in Imperio, aut uſpiam extra illud (non obſtantibus ullis prioribus pactis in contrarium facientibus,) inferat, vel inferri faciat, aut patiatur, ſed omnes & ſingulæ hinc inde, tam ante bellum, quàm in bello, verbis, ſcriptis, aut factis illatæ injuriæ, violentiæ, hoſtilitates, damna, expenſæ, absque omni perſonarum, rerumve reſpectu ita penitus abolitæ ſint, ut quicquid eo nomine alter adverſus alterum prætendere poſſet, perpetua ſit oblivione ſepultum.

SYN-

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Amneſtia quid? & hujus Ratio: & quomodo diſpeſcatur?*
2. *Offenſa unius omnium reputanda.*
3. *Illatæ injuriæ & damna remittenda ad imitationem* deß Paſſauiſch. Vertrags / ꝛc. *ſed, quid de damnis ſubditorum?*
4. *Additiuncula text.*
5. *De remediis quinque conſervandæ Pacis univerſalis.*

1. P*Erpetua oblivio & Amneſtia univerſalis:* Conventiones Pacis præcipuè ad tria revocantur capita, nimirum depoſitionem inimicitiarum, reſtitutionem captorum, ac ſatisfactionem; illud ad animum, hæc ad poſſeſſionem rerum referuntur: de priore *Lex Amneſtiæ* fieri conſuevit, quæ Lex dicitur, ſicut pacta conventa in uſu juris leges vocari ſolent, eſtque irarum, datorum ultrò citroque damnorum, & illatarum injuriarum publico decreto ſancita (publicè conventa) oblivio. (a) Hujus *Ratio*, quia omnes debet complecti Amneſtia; ſecus non ἀμνηστία, ſed imago gratiæ, ſpes pacis, ſimulacrum reconciliationis, & quidvis potius erit (b) Qualem Amneſtiam cupiant Proteſtantes? vid. D. Dorſch. in antiir. Th. ſect. 1. §. 4. p. 5. Diſpeſcitur in *univerſalem*,

 ſive

ſive *generalem*, & *particularem* ac certo modo reſtrictam; regulariter autem ſolet eſſe univerſalis ſine exceptione, limitatione & conditione, qualis heîc hæc in Imperium eſt inducta, continens perpetuam oblivionem omnium eorum, quæ ab initio motuum Germanicorum quocunque modo, locoque, ab una vel altera parte ultrò, citroque hoſtiliter facta ſunt, ne videlicet poſthac paciſcentium alter alterius hoſtes præſentes aut futuros nullo unquam prætextu contra alterum, ſivè auxilio ſivè ope, clam aut apertè juvet. Alterum *Pactum* eſt *Reſtitutionis*, quo perſonas & res in bello captas in priſtinum ſtatum reponi convenit. Quod excipit Pactum *Satisfactionis* & *Compenſationis*, quô impenſas belli tempore in milites & præſidia factas, ac damna data, dato aliquo aut facto, parti injuriis illatis provocatæ & ſociis ejus reſarciri debere placuit, de quo infr. Artic. 10. 15. & 16. Hæcque tria pacta omni fere paci adjiciuntur, nonnunquam etiam pactum inclusionis amicorum, ſociorum & fœderatorum, (quo his ab utraque pacificantium parte copia offertur factâ pace, ſi in conditiones ejus, quantum eorum intereſt, conſenſerint, fruendi,) ac pactum *fæderis* adjicitur. (c) Magnam cum Pace affinitatem habent *Induciæ*, ſæpius ad illam viam quaſi ſternentes, propriè tamen ab ea differunt. (d)

2. *Nec*

2. *Nec poſthac quicquam hoſtilitatis quoad perſonas, &c.* *Ratio*, quia pace inter plures factâ, ſecutâ poſtea offensâ in perſona unius, eo reſpectu omnium facta reputatur. (e)

3. *Illatæ injuriæ, damna, &c.* non tantùm injuriæ, verùm etiam damna illata hinc inde remittenda ſunt, ad imitationem Transactionis Paſſavienſis. (f) At, quid de damnis ſubditorum dicendum? remiſſivè. (g)

4. *Hoſtilitates, &c.* fortaſſ. add. quoque Confiſcationes depoſitorum, demolitiones Templorum, Cœnobiorum, aliarumve Sacrarum Ædium.

5. *Perpetua ſit oblivione ſepultum.* Heîc ſubnectenda remedia conſervandæ Pacis univerſalis, quorum Primum frequens malorum & calamitatum, quibus, bello profligato, per 30. annorum ſpacium defuncti ſumus, recordatio (h) earundemque cum ex adverſo poſitis *Pacis* bonis & commodis facta collatio. (i) Secundum, ut ex utraque parte omni odio, contentione, pertinacia ſeu vincendi ardore, aliisque (ex quibus nihil aliud, quàm æmulatio, factiones, &c. oriri ſolent,) depoſitis, nos, tanquam Chriſtiani Baptismi Sacramento in unum conjuncti, diverſis nonnullis circa Religionem ſententiis & opinionibus nullatenus obſtantibus, in Publici Boni conſervationem, Imperiique tranquillitatem conſentiamus, ad eumq; finem unicum

 ob-

obtinendum, de communi ſententiâ, omnia conſilia, rationes, ſtudiaque unanimiter conferamus. (k) Politici dicunt, quod homines non ſeſe invicem vitare debeant, qui eundem Deum ex eadem lege colunt, etiamſi forte ſententiis quibusdam & ritibus diſſideant, modò in vero unius ſempiterni Dei cultu mens acquieſcat. (l) Tertium, Omnium & ſingulorum articulorum, qui inter Transactionis Conſortes, publica conventione procurati ſunt, ex præſcripta verborum formula, ſincera, ſeria & omnimoda obſervatio, executioque. (m) Quartum, Et quia Concordia, ſine Juſtitia, nullo pacto eſſe poteſt, neceſſe eſt, ut ante omnia juſtitia, non tantum in priſtinum Statum, ſed & meliorem dignitatis, integritatis & æqualitatis Statum revocetur & corroboretur. (n) Quintum, Conſiſtit in publicarum Imperii collectarum ſive indictionum, convenienti remiſſione ac mitigatione, præcipuè verò in earundem æquabili & analogica inſtitutione & diſtributione, pro cujusque Status præſenti reliquarum facultatum modulo, &c. &c. (o)

(a) Bernegger. in Orat. d. Amneſtia. (b) Bœcler. d. Amneſt. cap. 2. §. 41. (c) Dn. D. Schvveder. Introd. in Jus Publ. part. ſpec. ſect. 1. cap. 27. num. 3. (d) evolv. Strauch. diſſert. d. Induc. (e) Vulpe-lejus quæſt 57. Beſold. d. Pac. cap. ult. §. ult. (f) R. A. d. An. 1552. § dargegen haben die Käyſ. Maj. 37. pag. (mihi) 22. in pr. (g) Vid. Geil. 2. obſ.

Pr.

Pr 57. n.2.& 6. & Idem 2. de P.P.c.19. n.25.& in tr. d. Arreſt. Imper. cap.14. n.7. & 8. Mynſing. Centur.4. obſerv.9. (h) Laſſen. epiſt.19. §. was ſonſten. (i) D. Oelhaf. in Templo Pac. orat. 2. p.69. (k) Idem d.orat.2 p.89. cum ſeq. & or.3. p.110. (l) Dn.G.V.H. in Comitiol. part.3. diſſ.2. n.16. p.122. (m) D.Oelhaf. d. orat.3. p.112. conf. die Grundfeſte deß H.R.R. fol. 119. & 292. (n) Idem D.Oelh. orat.3. p.130. (o) Idem orat. 4. p.151. ubi quoque de Reformatione Matriculæ: & orat. 5. p.189. maximè defendit æquabilem collectationis modum, ſec. comunem denarium &c. Conf. p.197. cum mult. ſeqq.

De Puncto Reſtitutionis Generalis.

ARTICULUS III.

§. 1. *JUxta hoc univerſalis & illimitatæ Amneſtiæ fundamentum univerſi & ſinguli S. Rom. Imperii Electores, Principes, Status, (comprehenſâ immediatâ Imperii Nobilitate,) Eorumque Vaſalli, Cives & Incolæ, quibus occaſione Bohemiæ, Germaniæve motuum vel fœderum hinc inde contractorum, ab una vel altera parte aliquid præjudicii aut damni quocunque modo vel prætextu illatum eſt, tam quoad ditiones & bona feudalia, ſubfeudalia & allodialia, quàm quoad dignitates, immunitates, jura & privilegia, reſtituti ſunto plenariè in eum utrinque Statum, in ſacris & profanis, quo ante deſtitutionem gaviſi ſunt, aut jure gaudere*

potuerunt, non obſtantibus, ſed annullatis quibuscunque interim in contrarium factis mutationibus.

§. 2. *Quemadmodum verò tales reſtitutiones omnes & ſingulæ intelligendæ ſunt, ſalvis juribus quibuscunque, tam directi, quàm utilis dominii, in vel circa bona reſtituenda, ſive ſecularia, ſive Eccleſiaſtica, ſive reſtituenti, ſive reſtituendo, ſive cuivis tertio competentibus, ſalvis item litis pendentiis deſuper in Aula Cæſarea, ſive in Camera Imperiali, vel aliis Imperii immediatis, aut mediatis Dicaſteriis vertentibus: Ita hæc clauſula ſalvatoria generalis, vel aliæ ſubſequentes ſpeciales, ipſam reſtitutionem nullatenus impediant, ſed competentia jura, actiones, exceptiones, & litis pendentiæ poſt factam demum reſtitutionem, coram competenti Judice examinentur, diſcutiantur & expediantur, multò minus hæc reſervatio ipſi Amneſtiæ univerſali & illimitatæ* (der allgemeinen unbeſchränckten Außſöhnung/) *quicquam præjudicii afferat, aut etiam ad præſcriptiones, confiſcationes & ejus generis alienationes extendatur, vel articulis aliter conventis, interque hos compoſitioni Gravaminum aliquid deroget. Nam quantum juris in bonis Eccleſiaſticis hucusque controverſis ejusmodi reſtituti vel reſtituendi ſunt habituri, patebit infra, articulo de Gravaminum Eccleſiaſticorum compoſitione. Confer. Art. III. Inſtr. Gall.* §. 1. *th.2.*

SYN-

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Per univerſalem & illimitatam Amneſtiam univerſi & ſinguli Status in eum Statum in Sacris & Profanis, in quo ante exortos An. 1618. Imperii motûs proſperrimè floruêre, plenariè reſtituti ſunt.*
2. *Ratio hujus generalis: &*
3. *Rationes ſpeciales.*
4. *Reſtitutio quomodo intelligenda?*
5. *De Circulo Burgundico varia.*

1. CIrca Tractatuum Pacis initia Amneſtia valde reſtringebatur, tandem tamen univerſalis & illimitata placuit, cum absque ea Pax ſecura obtineri non poſſet. Juxtaque hoc *univerſalis & illimitatæ Amneſtiæ fundamentum univerſi & ſinguli S. Romani Imperii Status* plenariè reſtituti ſunto, &c. Unde Generaliſſimus Ille militiæ Suecicæ optimè in Literis ad Dn. Electorem Moguntinum ſcripſit, quod punctus amneſtiæ & gravaminum ſit origo belli & fundamentum pacis. (a)

2. *Ratio generalis:* quia externum & inteſtinum bellum eo nexu inter ſe cohærent, ut neutrum pro ritè compoſito haberi poſſit, niſi utriusque cauſæ tollantur; externæ verò cauſæ ab internis ita fluant,

ut iſtæ tolli nequeant, niſi his ſublatis, ideo neceſſum eſt, ut ante omnia à Sereniſſimo Imperatore Romano per univerſalem & illimitatam Amneſtiam, univerſi & ſinguli Status, tam mediatè, quàm immediatè ſubjecti, inprimis, qui cum Regibus & Regnis Sueciæ, Galliæve, quacunque neceſſitate juncti fuerant, aut etiamnum ſunt, Electores, Principes, Comites, Barones, Civitates, Liberaque Imperii Nobilitas, tam quoad ditiones & bona, quàm quoad Dignitates, Libertates & Jura, reſtituantur plenariè in eum Statum, in Sacris & Profanis, in quo ante exortos An. 18. Imperii motus proſperrimè floruêre: non obſtantibus, ſed annullatis quibuscunq; interim per proſcriptiones, confiſcationes, res judicatas, generales aut particulares transactiones, aliove quocunque modo factis in contrarium mutationibus.

3. *Rationes ſpeciales:* I. nam iſthæc Amneſtia generalis & illimitata eſt de ſubſtantia Pacis, quâ non datâ, Pax nunquam eſſe poterit, adeò, ut Paci iſta Lex ineſſe intelligatur, quamvis nominatim non ſit dicta. (b) II. *Ratio ſpec.* quâ Cæſareæ Preæminentiæ nihil omnino detractum, nam hæc ipſa in An. 18. in ſummo flore & vigore Auctoritatis Cæſareæ extitit, neque ullius t. t. vel diminutionis, vel turbationis unquam conqueſta fuit. III. *Rat. ſpec.* Nec intentioni propriæ Imperatoriæ

Ma-

Majeſtatis refragatur, ſed ejusdem aſſiduæ & clementiſſimæ fiduciæ per omnia & in omnibus conformis; utpote, quæ ſemper ad Amneſtiam generalem erat proclivis. Idque IV. res haud eſt carens exemplo, nam idem planè olim Maj. Imper. *Caroli V.* Glorioſiſſ. Mem. in Transactione Paſſavienſi de Anno 1552. §. belangend diejenige / ꝛc. cum aliq. ſeqq. (ut alia exempla p. t. ſilentio involvam) ad perpetuam Gloriam præſtitere. V. Indeque certo certius eſt, ſiquidem reſtitutio hæc univerſalis non gratioſiſſimè fuiſſet conceſſa, coronas exteras, utpote, quæ hunc punctum loco conditionis ſine qua non propoſuerunt, propriam earundem ſecuritatem hac ipſa perveſtigaturum, à Tractatibus Pacis generalibus citius abrupturum, & progreſſus belli cum panoletria totius Romani Imperii & ad incitas redactorum Statuum continuaturum eſſe. Quó facto, VI. non ſolùm totalis diſſolutio, diſſipatio & ruina totius Imperii, eſt etiam inundatio & ſubmerſio Cæſarearum Provinciarum Hæreditariarum & Regnorum indubitatò ſubſequentur. Quô ipſo quoque VII. hoſti orbis Chriſtiani capitali hereditario & infenſiſſimo omnis quaſi feneſtra apetietur, ut per calamitatem belli funeſtiſſimi tandem afflictiſſimi Chriſtiani in ſervitutem perpetuam redigantur, & cum irreparabili damno ac jactura S. Rom. Imperii

rii ejusdemque poſteritatis miſerrimè ac crudeliſſimè ſubjugentur. *Quibus* attractis, neque in tempore præfiguratis modis proviſis, vel quibuscunque mediis averſis calamitatibus, VIII. Juſtiſſimo Dei juſtiſſimi Judicio ejuſcemodi Potentes immiſericordes in hac & altera vita potenter punientur. Hac haud indulta quoque Imperatoria Majeſtate Amneſtia irreconciliati itidem non niſi ad deſperationem, & læſi reconciliati ad extrema quæque permovebantur. Sicque denique IX. præſentibus nullis contrariis inſultibus taliter afflicti partibus adverſis ſe jungent, adeoque dominatui peregrino denuo ſemet ſubjicient. Quo confluxu, X. hoſtis integras recuperabit vires, & contra potentia & præeminentia Cæſarea minuetur, periclitabitur, omniaque in pejus vero verius ruent.

4. Et *tales reſtitutiones omnes & ſingulæ*, quæ ſc. ex d. capite Amneſtiæ, non verò, quæ ex puncto gravaminum reſultant, intelligendæ ſunt, ſalvis juribus quibuscunque; (c) quæ tamen Clauſula Salvatoria generalis, (quarum Virium?) (d) vel aliæ ſubſequentes ſpeciales ipſam reſtitutionem nullatenus impediant: hoc §. nr.

5. Huc refertur etiam Circulus Burgundicus, quod ſit, maneatque Imperii membrum. (d) Cum verò Circulus Burgundicus ſuperioribus annis involveretur bello Gallo-Batavo, & vi

hu-

hujus §. auxilium ab Imperio Romano contra arma Gallorum inſtantiſſimè in Comitiis Ratisbonenſibus peteretur, acerrimè inter Hiſpaniæ & Galliæ Legatos ſuper ſenſu hujus §. diſceptatum, tandem tamen à Cæſ. Maj. & Imperii Statibus unanimiter concluſum fuit, deſideratum auxilium Circulo Burgundico denegari non poſſe. Scripta verò ab utraque parte prodita in Comitiis, juncto Imperiali *Decreto*, quod produxit Latinè D. Fritſch. (e)

Et hi ſunt fructus, quando bona Imperii ad Exteros tranſeunt, nec certis cautelis anterior conditio, & ſubjectio Imperii conſervatur. Nec mirum videri debet, quod noſtro tempore Reges Hiſpaniæ Nomen Principis Imperii ultro ſumant, uti patet ex illa Hiſpanici Legati proteſtatione contra Inſtrumentum Pac. circa cauſam reſtitutionis Palatinæ: Imò ipſi Inſtrum. P. Cæſareo-Gallicæ expreſsè inſertum legimus, (re ſc. adhuc integra, inque eodem Statu ſive priſtino perſiſtente,) Circulum Burgundicum habendum eſſe pro Statu Imperii. Nam hæc omnia certè non fiunt ex hac cauſa, quod Hiſpani ament ſubjectionem ſuarum ditionum reſpectu Imperii, ſed potius pro conditione temporum, quia hodie Hiſpania Potentia, comparatione Veteris, eſt longè minor, & ex diverſis partibus inſignes clades accepit. Itaque

vo-

voluerunt Hiſpani Belgicis Provinciis , quæ Hiſpanicum Imperium adhuc recognoſcunt, hac via conſulere , illasque defenſionis Imperii , qualiscunque ea ſit, participes reddere; id quod conſecuti ſunt per Inſtr. Pacis Cæſareo- Gallicæ hoc §. Et ut eo ſincerior. Nec quis objiciat, quod in Circulari aſſiſtentia , parum liceat ponere præſidii; nam contra, ſpeciale illud hîc eſt, quòd Reges Hiſpaniæ Auſtriacæ Domui Ferdinandeæ Lineæ , penes quam hucusque ſubſtitit Imperiale faſtigium , ſint maxima neceſſitudine conjuncti. Ergo, ſi nihil al. citatus hic §. commodi afferret, tamen caſu quo ſaltem effectum Imperatorii auxilii haberet , cum ſc. Imperator tanto juſtius Hiſpanicis iſtis Belgii Provinciis & per ſe ſuccurrere videretur , & finitimos etiam Circulos ad hoc impellere poſſet, idque ratione officii eo magis, quò certius Burgundicus Circulus hodienum inter Ordines Imperii refertur, unde hoc idem per tacitam conſequentiam quodammodo colligitur ex d. hoc §. dum videmus ſpecialiter excepta eſſe bella tempore Inſtr.Pac. in Circulo Burgundico tunc geſta, quibus ſe Imperator non debuit immiſcere. Quaſi in contrarium regula obtineat de bellis Burgundiæ alioquin quandocunque obvenientibus. (f)

(a) Theatr Europ.Tom.6.p.973. confer hîc quoque Phil. Andr. Burgold. d. tr. diſc.18. usque ad diſc.

diſc. 24. excluſè, ubi de ſingulis Statibus Imperii Rom. ſub hoc Articulo comprehenſis ſigillatim prolixè agit. (b) Beſold. de Pace, Paciſque jure cap. 3. §. 36. (c) confer. infr artic. 17. §. contra hanc: in fin. vid. Pingizer. QQ. Illuſtr. Saxon. 38. n. 25. & 63. (d) Artic. 11. §. 2. in I. P. Cæſar. Gall. (e) ad §. 3. Art. 1. in I. P. Cæſ. Gall. in Adnot. I. P. p. 632. usque ad p. 672. incluſivè. (f) Fuſius Dn. D. Textor in Tr. Jur. P. d. vera & varia ratione Status Germaniæ modernæ cap. 19. p. 627. cum aliq. ſeqq.

De Reſtitutione in ſpecie, *ſive* De Puncto Gravaminum Politicorum, & primò de Cauſa Palatina; &c.

Articulus IV.

§. 1. *ET quamvis ex hac præcedenti regula generali facilè dijudicari poſſit, qui & quatenus reſtituendi ſint, tamen ad inſtantiam aliquorum de quibusdam gravioris momenti cauſis, prout ſequitur ſpecialiter, mentionem fieri placuit, ita tamen ut, qui expreſsè non nominati vel expuncti ſunt, propterea pro omiſſis vel excluſis non habeantur.* Conf. de Amicit. ſpeciali Artic. IV. Inſtr. G. §. 4.

Ad hujus Artic. Quarti §. Primum referendus Articulus Noviomag. 24. 25. & 28.

Art. XXIV.

Reſtituantur omnes utriusque partis Vaſalli & Subditi, Eccleſiaſtici & Seculares, Honoribus,

Di-

Dignitatibus & Beneficiis, quibus ante bellum exortum gaudebant, uti & in univerſa bona, mobilia & immobilia, reditus irredimibiles & qui redimi poſſunt, occaſione belli confiſcata & occupata, unà cum juribus, actionibus & ſucceſſionibus, quæ ipſis durante etiam bello evenerint; ita tamen ut nihil ratione fructuum & redituum poſt confiſcationem & occupationem perceptorum ex bonis, mobilibus, reditibus, & beneficiis ad diem usque ratihabitæ pacis peti poſſit: ſimiliter neque debita, effecta, merces, & mobilia ante memoratum diem fiſco addicta, adeò, ut neque Creditores privatorum debitorum, nec depoſitarii talium Effectorum & Mercium, eorumque hæredes, aut cauſam ab iis habentes, ea perſequi, aut reſtitutionem ſive ſatisfactionem prætendere unquam queant; quæ reſtitutiones juxta prædictam formam etiam ad eos extendentur, qui partes contrarias ſecuti fuerint: hæcque ita executioni mandentur, non obſtantibus illis donationibus, confiſcationibus, commiſſis, ſententiis interlocutoriis & definitivis, & ex contumacia partibus abſentibus & non auditis, latis; quæ ſententiæ & res judicatæ nullæ erunt, & perinde habebuntur, ac ſi judicatæ aut pronunciatæ non eſſent, plena libertate & integra manente dictis partibus, in Patriam redeundi, ex qua antehac exceſſerunt, utque vel ipſi dictis bonis, mobilibus, cenſibus & reditibus frui, aut alibi, ubicunque ipſis viſum fuerit,

fuerit, domicilium figere poſſint, prout elegerint, omni violentia penitus excluſâ; ſi verò alibi morari voluerint, ipſis fas ſit per procuratores non ſuſpectos bona & reditus adminiſtrare, iisq; frui, exceptis tamen beneficiis reſidentiam requirentibus, quæ perſonaliter adminiſtrare, & obire debebunt.

Art. XXV.

Ea, de quibus inter S. Cæſ. Maj. & Imperium, & Regem, Regnumq; Sueciæ, tam per ſe, quàm pro Duce Gottorpienſi hodie convenit, hoc Tractatu comprehenſa intelligantur, ita, ut tam præſens, quàm prædictus Tractatus Cæſareo-Suecicus unus idemq; cenſeatur, & ejusdem virtutis ac valoris ſit, ac ſi huic Inſtrumento de verbo ad verbum inſertus eſſet.

Art. XXVIII.

Cum ab antiquo Controverſia ſit de Caſtro & Ducatu Bullionenſi, inter Epiſcopum & Principem Leodienſem, & Duces ejus nominis, conventum eſt, ut Duce Bullonienſi, in ea, in qua nunc eſt, poſſeſſione manente, controverſia illa amicabili via, vel per arbitros à partibus intra trimeſtre à ratihabita Pace nominandos terminetur, viâ facti penitus excluſâ.

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Continuatio per tres rationes.*
2. *Summa articul. tertii & quarti.*

3. *De*

3. *De Duce Holſat. Gotterpienſi.*
4. *Cauſa Palatina.*
5. *Rationes pro & contra Palat. proſcriptionem.*
6. *Cura Evangelicorum, & Sereniſſ.* Principis Neoburg. *Induſtria in hac cauſa.*
7. Electoratus Bavaricus, *cum* Octavo Electoratu Palatino *conſtitutus, ſed non ſimpliciter; & quare? Confirmata Pacta Gentilitia inter Domum Neoburgicam: Victalitia & Appennagia Palat. & Exercitium A. C. in Palatinatu Infer. liberum, &c. &c.*
8. *Controverſia Kitzingenſis, & circa illam de jure reluendi pignoris præſcriptione.*
9. *Reſtitutio Domus* Würtenb. *&* Badenſis: *& Studium Evangelicorum pro utraque, cum fundamentis utriusque partis, juncto Baronatu Gerolseck.*
10. *Reſtitutio reliquorum Ordinum, qui præterito bello rebus ſuis fuerunt deſtituti.*

1. QUamvis ex præcedenti regula generali facilè judicandum, qui & quatenus reſtituendi, tamen de quibusdam gravioris momenti cauſis, ſpecialiter mentio facienda, ita tamen ut qui expreſsè non nominati, propterea pro excluſis non habeantur. *Ratio* illius: quia generi per ſpeciem in Jure ſemper derogatur, & ſpecies poſt genus abſolutè poſita habet reſtrictum genus prædicationis, ſive genus præcedat, ſive ſequatur. *Ratio Rationis*, quia natura generis

neris eſt, quando anteponitur vel interponitur inter ſpecies, limitari per ſpecies; & natura ſpecierum interpoſitarum eſt, declarare & determinare genus, maximè, ſi genus & ſpecies ſuper eodem & non diverſo jure cadant, ſique ſtatim poſt genus adponatur ſpecies ipſi generi, tum etiam expoſitivè & determinativè ponitur. (a) *Ratio* iſtius: quia in iis cauſis probationes luce meridiana clariores requiruntur, & cauſæ magnæ, magnos requirunt judices. (b) Quæ autem cauſa dicatur gravis, magna, modica, parva, levis, minima? Dd. variant. (c) *Ratio* hujus; quia incluſio unius eſt excluſio alterius, quod non procedit, quando in omiſſo eadem, vel major ſit ratio: facit id, quod etiam notatur: exceptio firmat regulam, in non exceptis; licet alia quoque ſit Theorica: non expreſſum habetur pro omiſſo. (d)

2. Præterea in primo articulo, quoad punctum amneſtiæ, omnia in eum ſtatum reſtituta ſunt, in quo res ſitæ fuerunt ante hosce motus bellicos, cum reſervatione tamen jurium reſtituentis & reſtituendi; (e) In hoc verò articulo continetur punctus reſtitutionis ex cap. amneſtiæ, in eoque omnes reſtituti, qui Pace Pragenſi de An. 1635. fuerunt excluſi. Ergo Reſtituendi duplicis ſunt generis, vel ex capite amneſtiæ, vel ex capite gravaminum: de illis hoc articulo agitur. Cæterum ſuper

Liſta, ſive deſignatione certa Reſtituendorum, diu multumque inter Catholicos, & A. C. addictos Status, diſceptatum fuit, tandem Norimbergæ certa deſignatio placuit; ſubſequuta autem eſt alia An. 54. quam propoſuit, ejusque copiam fecit Dn. D. Fritſchius. (f)

Cum verò quorundam reſtitutiones ob varias difficultates moram paterentur, viſum fuit, punctum illum reſtituendorum deputatis Imperii Statibus committere. In Conventu poſtea Deputatorum Imperii, qui ab An. 55. cœpit, & ad Annum usque 58. duravit, de quibusdam cauſis reſtitutionis, ut Hagenovienſi, Hildesheim. Wezlarienſi, Kauſtbeyrn, aliisque actum quidem fuit, ſed pleræque indeciſæ in hunc usque diem manſere. Cauſæ, ob quas punctus reſtituendorum in Conventu illo expeditus non fuit, variæ adferuntur. Concluſum Imperii de An. 65. circa modum tractandi punctum Reſtitutionis, ejusque Tenorem propoſuit Id. Dn. D. Fritſch. (g) De Ducis Holſat. Gottorp. propoſition. itemque de ejusdem Legatis, & Reſtitutione plenius in Tr. cui Inſcriptio: (h)

§. 2. *Ante omnia verò Cauſam Palatinam Conventus Oſnabrugenſis & Monaſterienſis eò deduxit, ut ea de re jam diu mota lis dirempta ſit modo ſequenti.* Confer. Art. 4. I. Gall. §. 4.

Primum autem *hujus Articuli Caput* à principio usque ad verſ. Controverſia, quæ vertitur,

titur, &c. agit de Cauſa Palatina, quæ reſtitutio *Dn. Electoris Palatini* propter varia ejusdem proſcriptionis Judicia difficulter obtineri potuit.

4. *Rationes* in utramque partem: Ex parte Cæſar. rem non amplius fuiſſe integram, & inſuper notorium, Friderico proſcriptionem loco pœnæ R. impoſitam, adeoque omnibus ditionibus & dignitatibus privatum, conſequenter in proſcriptione haud opus fuiſſe legitimo proceſſu. (i) Verùm exoptandum eſſet à ſummo Regum Rege, quod Proceſſus ille cum Electore Palatino, quia contra Imperatorem *Ferd. II.* p. m. ut Imperatorem, qui qualis quantusque tamen tempore delatæ Coronæ Bohemicæ nondum extitit, & non ut Archiducem Auſtriæ, (k) cum receptione Coronæ Bohemicæ & apprehenſione armorum, deliquiſſe videbatur, ſecundum Imperii Sanctiones & Capitulationes Art. 30. (l) fuiſſet inſtitutus, delinquens antea citatus, ſufficienter auditus, (m) & cum conſenſu Electorum, & non contra eorundem voluntatem proſcriptus, (n) vel ad minimum ob ſingulares Literas Interceſſionales, (o) & Friderici humillimam ſubmiſſionem, via Gratiæ contra Ipſum, & infantes, liberos, jam tum natos & naſcituros haud præcluſa, neque ditione cum Dignitatibus eundem, tanquam jure non à Parente vel ultimo Poſſeſſore, ſed

à Majoribus & LL. Fundamentalibus quæſito exuti, & contra verba A. B. illud ipſum ad alienas manus translatum, (p) ſed potius ſartum tectum præſtitum, & ad minimum in Liberos aut Agnatos Innoxios, exemplo Marchionis Alberti Brandenburg. qui etiam à Carolo V. proſcriptionis fulmine percuſſus, nihilominus tamen Liberos ſuos & Uxorem ad Ditiones admiſiſſe, juraque eosdem omni etiam feudali & naturali jure competentia iterum conſecutos, ilicet Parens tam enormiter deliquiſſe ſcribatur. (q) Cladis hujus hæreditas haud transmiſſa fuiſſet, poſtea multum Sanguinis Chriſtiani, occaſione hujus infeliciſſimi proceſſus effuſi, haud effundi, ſed potius in pace & tranquillitate vita invicem produci potuiſſet; quandoquidem verò proceſſus proſcriptionis illegitimo modo inſtitutus, reus haud citatus & auditus, eique inſimul Electores contradixerunt, & liberi præterea bonis & juribus avitis privati, cum tamen in Dignitate Electorali omnino admittendus ſit primogenitus. (r) Sequitur ergo Proceſſum hunc Proſcriptionis planè eſſe nullum & invalidum, & non aliter conſiderandum, & reputandum, ac ſi nunquam decretus vel inſtitutus fuiſſet: (s) atque ita, quantumvis alioquin Cauſa hæc Palatina ad Tractatus peculiares ſit remiſſa; (t) nihiloſecius eadem in Loco Tr. juxta Beneplacitum S. Cæſ.

Maj.

Maj. proprium, (u) ventilanda & abſolvenda, Inſontesque Liberi in priſtinum Statum, locum, jura & dignitatem reſtituendi ſunt: (vv) Forma ſiquidem actus ad amuſſim non ſervata, actus ipſe vitioſus eſt, & corruit. (x)

6. Et ſicut Evangelicorum cura in cauſa hac componenda haud incelebris; ſic æque commendanda venit Princ. Neoburg. Induſtria in aſſerenda Communis Domus Dignitate: utrinque rationes indagantur in Hiſtoria Weſtphalica. (y)

§. 3. *Et primò quidem, quod attinet Domum Bavaricam, Dignitas Electoralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus Regaliis, Officiis, Præcedentiis, Inſigniis & Juribus quibuscunque ad hanc dignitatem ſpectantibus*, (occaſione horum verborum graviſſima controverſia inter Dnn. Elector. Bavar. & Palatin. 1657. mota fuit, an etiam Dignitas Vicariatus Imperii ſub illis juribus, quæ cum Electorali Dignitate ad Bavar. transiêre, comprehendantur? Scripta in utramque partem publicè extant, res autem nondum deciſa, cujus tamen compoſitionem ſalus Imperii maximè exigit. *Fritſch. 5. d. loc.*) *nullo prorſus excepto, ut & Palatinatus ſuperior totus, unà cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentiis, regaliis ac juribus, ſicut hactenus; ita & impoſterum maneant penes Do-*

 minum

minum Maximilianum, *Comitem Palatinum Rheni*, *Bavariæ Ducem*, *ejusque Liberos*, *totamque Lineam Guilhelmianam*, *quamdiu maſculi ex ea ſuperſtites fuerint*. Confer. Art. IV. Inſtr. Gall. §. 5.

§. 4. *Viciſſim Dominus Elector Bavariæ pro Se*, *Hæredibus ac Succeſſoribus ſuis totaliter renunciet debito tredecim millionum*, *omniq; prætenſioni in Auſtriam Superiorem*, *& ſtatim à publicata pace omnia Inſtrumenta deſuper obtenta Cæſareæ Majeſtati ad caſſandum & annullandum extradat*. Confer. d. Art. §. 6.

§. 5. *Quod ad Domum Palatinam attinet*, *Imperator cum Imperio*, *publicæ tranquillitatis causâ*, *conſentit*, *ut*, *vigore præſentis Conventionis*, *inſtitutus ſit Electoratus Octavus*, *quo Dominus Carolus Ludovicus*, *Comes Palatinus Rheni*, *Ejusque Hæredes & Agnati*, *totius Lineæ Rudolphinæ*, *juxta Ordinem ſuccedendi in Aurea Bulla expreſſum*, *deinceps fruantur*. *Nihil tamen juris*, *præter ſimultaneam Inveſtituram*, *Ipſi Domino Carolo Ludovico*, *aut Ejus Succeſſor bus ad ea*, *quæ cum Dignitate Electorali Domino Electori Bavariæ*, *Totius Lineæ Guilhelmianæ attributa ſunt*, *competat*. Conf. d. Art. IV. §. 7. & 11.

§. 6. *Deinde*, *ut inferior Palatinatus totus cum omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis & Secularibus bonis*, *Juribus & appertinentiis*, *quibus ante motus Bohemicos Electores*, *Principesque Pa-*

Palatini gaviſi ſunt, omnibusque documentis, regeſtis, rationariis, & cæteris actis huc ſpectantibus eidem plenariè reſtituantur: caſſatis iis, quæ in contrarium acta ſunt; idque Auctoritate Cæſarea effectum iri: (concluſa pace acerrimè in Conventu Exemtionis Norimb. diſceptatum fuit, teſtantibus Actis Comitialibus de vi & effectu horum verborum:) *ut neq; Rex Catholicus, neq; ullus alius, qui exinde aliquid tenet, ſe huic reſtitutioni ullo modo opponat.* Confer. §. 8. d. loc.

§. 7. *Cum autem certæ quædam Præfecturæ Stradæ Montanæ antiquitùs ad Electorem Moguntinenſem pertinentes, anno demum milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio, pro certa pecuniæ ſumma Palatinis cum Pacto perpetuæ reluitionis impignoratæ fuerint: ideo conventum eſt, ut hæ præfecturæ penes modernum Dominum Electorem Moguntinenſem, ejusq; in Archi-Epiſcopatu Moguntinenſi Succeſſores permaneant, dummodo pretium pignorationis ſponte oblatum, infra terminum executioni concluſæ pacis præfixum, paratâ pecuniâ exſolvat, cæterisque, ad quæ juxta tenorem literarum oppignorationis tenetur, ſatisfaciat.* Conf. d. art. IV. §. 9.

§. 8. *Electori quoque Trevirenſi, tanquam Epiſcopo Spirenſi, Epiſcopo item Wormatienſi jura, quæ prætendunt in bona quædam Eccleſiaſtica, intra Palatinatus inferioris territorium ſita, coram competenti Judice proſequi liberum eſto, niſi de his inter utrumq; Principem amicè conveniatur.* d. Art. IV. §. 10.

§. 9. *Quod ſi verò contigerit, Lineam Guilhelmianam Maſculinam prorſus deficere, ſuperſtite Palatina, non modò Palatinatus Superior; ſed etiam Dignitas Electoralis, quæ penes Bavariæ Duces fuit, ad Eosdem Superſtites Palatinos, interim ſimultanea inveſtitura gaviſuros, redeat, Octavo tunc Electoratu* (quæ de inſtitutione novi Electoratus hinc inde diſputata fuerint? vid. in Elect. Jur. publ. part. 1. cap. de octavo Electoratu:) *prorſus expungendo: Ita tamen Palatinatus Superior hoc caſu ad Palatinos ſuperſtites redeat, ut hæredibus allodialibus Electoris Bavariæ, actiones & beneficia, quæ ipſis ibidem de jure competant, reſervata maneant.*

§. 10. *Pacta quoq; Gentilitia inter Domum Electoralem Heidelbergenſem & Neoburgicam, à prioribus Impp. ſuper Electorali Succeſſione, confirmata, ut & totius Lineæ Rudolphinæ Jura, quatenus huic diſpoſitioni contraria non ſunt, ſalva, rataque maneant.* Conf. Præd. Art. IV. §. 12.

§. 11. *Ad hæc ſi quæ feuda Juliacenſia aperta eſſe, competenti via juris evictum fuerit, ea Palatinis evacuentur.* d. Artic. §. 13.

§. 12. *Præterea, ut dictus Dominus Carolus Ludovicus aliquatenus liberetur onere proſpiciendi Fratribus de appennagio, Cæſ. Maj. ordinabit, ut dictis ſuis Fratribus quadringenta Imperialium thalerorum millia intra quadriennium ab ini-*

initio anni venturi milleſimi ſexcenteſimi quadrageſimi noni numerandum expendantur, ſingulisque annis centena millia ſolvantur, una cum annuo cenſu quinque de centum computatis. d. Artic. §. 14.

§. 13. *Deinde Tota Domus Palatina cum omnibus & ſingulis, qui ei quocunque modo addicti ſunt, aut fuerunt, præcipuè verò miniſtri, qui ei in hoc Conventu, aut aliâs operam ſuam navarunt, ut & omnes Palatinatus exules, fruantur Amneſtiâ Generali ſupra deſcriptá, pari cum cæteris in ea comprehenſis jure, & hac transactione ſingulariter in puncto Gravaminum pleniſſimè.* d. Artic. IV. §. 15.

§. 14. *Viciſſim Dominus Carolus Ludovicus cum Fratribus Cæſ. Majeſtati obedientiam & fidelitatem, ſicut cæteri Electores, Principesque Imperii præſtet, ac inſuper Palatinatui Superiori pro ſe & Hæredibus ſuis, tum ipſe, tum ejus Fratres, donec ex Linea Guilhelmiana Hæredes Legitimi & Maſculi ſuperfuerint, renuncient.* Conf. d. Art. §. 16.

§. 15. *Cum autem de ejusdem Principis Viduæ Matri, Sororibusque præſtando Victalitio, & dote conſtituenda mentio injiceretur, pro benevolo S. Cæſ. Majeſtatis in Domum Palatinam affectu, promiſſum eſt, dictæ Viduæ Matri pro victalitio ſemel pro ſemper viginti thalerorum Imperialium millia, ſingulis autem ſororibus dicti Domini Caroli Ludovici, quando nuptum elocatæ fuerint,*

fuerint, dena Thalerorum Imperialium millia, Nomine ſuæ Majeſtatis exſolutum iri. De reliquo verò ipſis idem Princeps Carolus Ludovicus ſatisfacere teneatur. d. Art. §. 17.

§. 16. *Comites in Lainingen & Daxburg, ſæpe dictus Dominus Carolus Ludovicus, Ejusque Succeſſores in Palatinatu Inferiori nulla in re turbet, ſed jure ſuo à multis retrò ſeculis obtento, & à Cæſaribus confirmato, quiete ac pacifice uti frui permittat.* Conf. d. Art. §. 19.

§. 17. *Liberam Imperii Nobilitatem per Franconiam, Sueviam & Tractum Rheni, cum diſtrictibus appertinentibus in ſuo Statu immediato inviolate relinquat.*

§. 18. *Feuda etiam ab Imperatore in Baronem Gerardum de Waldenburg, dictum Schenckherrn, Nicolaum Georgium Reigerſperger, Cancellarium Moguntinum, & Henricum Bromſer, Baronem de Rudesheim: it. ab Electore Bavariæ in Baronem Joan. Adolphum Wolff, dictum Metternich collata, rata maneant. Teneantur tamen ejusmodi Vaſalli Domino Carolo Ludovico, velut Domino directo, Ejusque Succeſſoribus juramentum fidelitatis præſtare, atque ab eodem feudorum ſuorum renovationem petere.* d. Art. IV. §. 20.

§. 19. *Auguſtanæ Confeſſionis Conſortibus, qui in poſſeſſione Templorum fuerant, interque eos Civibus & Incolis Oppenheimenſibus, ſervetur Status Eccleſiaſticus Anni milleſimi ſexcenteſimi vi-*

geſimi

geſimi quarti, (Civitas Oppenheim in Statu Religionis miras mutationes paſſa eſt, ut patet ex Memoriali in Conventu Pacis Oſnabr. oblato, quod exhibet Id. Fritſch. ad h. artic. p. 478. cum ſeq.) *cæteriſque id deſideraturis, A. C. exercitium, tam publicè in Templis ad ſtatas horas, quàm privatim in ædibus propriis, aut alienis ei rei deſtinatis per ſuos aut vicinos Verbi Divini Miniſtros peragere liberum eſto.* Conf. d. Art. §. 21.

§. 20. *Princeps Ludovicus Philippus Comes Palatinus Rheni recuperet omnes ditiones, dignitates & jura in ſacris & profanis, quæ ipſi à Majoribus ex ſucceſſione & diviſione ante tumultus bellicos obvenerunt.*

§. 21. *Princeps Fridericus Comes Palatinus Rheni, quartam partem vectigalis Vilzbacenſis, Cænobium quoque Hornbach cum pertinentiis, & quicquid juris parens ejus antehac ibidem habuit ac poſſedit, recipiat & reſpectivè retineat.*

§. 22. *Princeps Leopoldus Ludovicus Comes Palatinus Rheni, reſtituatur penitus in Comitatum Veldentz ad Moſellam, tam in Eccleſiaſticis, quam in Politicis, contra omnia hactenus attentata, in eum, quo anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto ipſius Parens fuit, Statum.* Conf. d. Art. IV. §. 22.

7. Tandem res ita transacta, ut hîc refertur, poſtquam ſc. Ferd. II. Imp. Electoratum trans-

tranſtuliſſet, ad Maximilianum Bavariæ Ducem, Jura Palatina Electoralia eadem transierunt cum toto Palatinatu Superiore Pactione Pacis Oſnabrug. licet aliâs nemo cum damno alterius debeat fieri locupletior; (z) neque facile aliquid mutandum ex eo, quod diu æquum viſum: (No.1.) Hoc tamen Germanicæ tranquillitati datum fuit, ut Octavus fieret Elector & Architheſaurarius Imperii Princeps Palatinus, cum reſtitutione totius Palatinatus Inferioris, & omnibus ac ſingulis, qui toti Domui Pal. quocunque modo addicti ſunt aut fuerunt; adeoque ſalutis publicæ reſpectu Prætor etiam jus reddere dicitur, quamvis iniquè decernat: (No.2.) non tamen ſimpliciter & abſolutè Electoratus Octavus eſt conſtitutus, ſed cum limitatione clauſulæ, quoad defectum Guilhelmianæ Lineæ Maſculinæ, ſuperaddito quoque alio onere Electori Bavariæ renunciandi omni prætenſioni in Auſtriam Superiorem; & contra aliis etiam noviter collatis beneficiis Matri & Sororibus, ratione Victalitii Palatini, itemque Fratribus reſpectu Appennagii Palatini, juncta Confirmatione Pactorum Gentilitiorum cum Neoburgica Domo ſuper Electorali Succeſſione, cum Exercitio Confeſſionis Auguſtanæ in Palatinatu inferiori libero. Et quod ſumma pecuniæ pro Strada Montana ab Archiepiſcopo Moguntino reluenda, & reliqui

iti-

itidem Principes Palatini , qui non ſunt ex Electorali Linea, reſtituendi.

Hæc aliâs etiam ad hunc locum de Cauſa Palatina habet Nobiliſſimus Puffendorffius: (No.3.) Circa caput de Amneſtia ipſi Cæſarei Cauſam Palatinam ante omnia decidendam judicabant, qua non compoſita reliquis negotiis impenſus labor inutilis foret. Eo fine Suecis conceptam formulam exhibebant, repetitis fere prius à ſe propoſitis, quibus & alias conditiones ſat duras addiderunt, oblato quoque octavo inter Electores loco ac Inferiore Palatinatu , citra exceptiones. Tot tantisque Palatini adverſariis ſoli Sueci, quantum dabatur, reſiſtebant. Ac Cæſareis quidem reponebatur : quicquid de Friderici delicto foret, ſanè juſto majores Ipſum, ſobolemque pœnas diuturno exilio & tot calamitatibus luiſſe.

Et alibi: In Palatina Cauſa ut Sueci Bavaro faverent, Galli acriter inſiſtebant. Dubitaſſe aliquandiu Eum Principem , quid facto ſibi opus ſit ? Hoſtes ut iſtum in Suecum denuo irritarent , ſedulò laboraſſe , velut Suecis nihil amici adverſus ipſum agitantibus , ac quæ jam conventa eſſent , etſi iſti non ſatisfacientia , everſuris. Unde non mediocriter laborandum ſibi fuiſſe , ut Bavaricorum Legatorum ſpes aleretur. Igitur quamprimum gratum Bavaro in hoc negotio conſilium caperent,

perent, quo adverſæ parti omnis ſpes præſcindatur, iſtam in partes ſuas retrahendi, ſimul ipſe infeſtis conſiliis divertatur. Sueci inde quintum inter Electores Seculares locum probabant. Quodſi Bavarica Linea extingueretur, iidem cum Cæſareis conſpirabant, eo caſu octavum Electoratum expiraturum; & ſi Neoburgicus peteret, ut idem tum in proximos agnatos Lineæ Rudolphinæ derivaretur, Superiorem Palatinatum Cæſarei æterno & irrevocabili jure in Bavarum transferri volebant. Sueci contra jus reluendi Palatino reſervatum ibant, mox eam clauſulam addere cupiebant, donec Bavaro & Hæredibus aliter ſatisfactum fuerit, ne Palatinæ Domui ſpem iſtam provinciam recipiendi penitus adimerent; quam tamen cum neque Galli probarent, nec Cæſarei, & Bavarici tolerarent, pòſt omiſere. Nec de uſu Sacrorum Evangeliorum in ſuperiore Provincia iidem concedebant, etſi praxis anni viceſimi quarti in aprico eſſet. Sueci quoque de alternatione munerum hæreditariorum Electoratui junctorum movebant; quod itidem ab iſtis rejectum. Demum in caſum extinctorum hæredum feudalium Lineæ Wilhelmianæ Cæſarei Hæredibus Bavari allodialibus meliorationum refuſionem reſervabant. Circa reſtitutionem Palatinatus inferioris Cæſarei excipiebant, feuda à Cæſare, aut Bavaro conceſſa,

ceſſa, Ritus Romanos hactenus introductos, cœnobia nonnulla, & cumprimis viam Montanam Moguntino reſtituendam. Quæ & Gallis probabantur, niſi, quod nova illa feuda revocari cuperent. Sueci contra eam Provinciam Palatinis, ſicut ante bellum poſſeſſa fuerat, reſtituendam contendebant. Congreſſu habito Cæſarei oſtendebant, particula feuda eſſe à Cæſare in quosdam Conſiliarios Moguntinos collata, quorum Poſſeſſores Sueci Palatino commendare quidem, nondum tamen de iis Inſtrumento Pacis inſerere volebant. Romanis Sacris Sueci retinebantur, quod iis, quæ ſuper Amneſtia & Gravaminibus conventa ſint, Palatinum gaudere non minus, quam alios par ſit. Etſi, ut Cæſarei referebant, Galli jactarent, iſtud nî fiat, vix ſe loca in Palatinatu inſeſſa dimiſſuros. Circa reliqua bona Eccleſiaſtica ſuper Gravaminibus conventio ſequenda erat. De via Montana Cæſar. Jus Moguntini & Gallorum conſenſum oſtentabant, addito, plus rationis eſſe, Reginæ, quàm Gallis, quare Moguntino in re manifeſti juris faveat; quod ipſi inter Ordines Imperii adſcitæ, ejus Electoris velut Senatus Præſidis ſtudio ſæpius opus ſit futurum. Sueci cùm perſpicerent, jus reluendi Moguntino non planè adimi poſſe, id tantùm poſtulabant, ut, cum Palatinus bello iſtius poſſeſſione ejectus ſit, in eam

nunc reponeretur; ac Moguntino poſt integrum ſit, prætenſionem ſuam via juris proſequi. Quodſi iſte terrarum tractus nullo modo Palatino ſervari poſſet, ſaltem ſortem ipſi ſalvam manere cupiebant: iidem quoq; monebant, ut de Pactis Gentilitiis inter Domum Electoralem Palatinam & Neoburgicam de omnibus juribus Lineæ Rudolphinæ, quatenus huic conventioni non adverſantur, deque feudis Juliacenſibus diſertè exprimeretur. Quia autem hoc modo Palatinatûs non parum accedebatur, Sueci Electorem onere alendi matrem, fratres atque ſorores levandum cenſebant. A quo Cæſarei haud valde alienos ſe oſtendebant, ut licet hinc ea res non planè tranſigeretur, de grata tamen conventione ſpes eſſet. Addebant Sueci, ut Civibus Oppenheimenſibus ſacrorum uſus, qui anno viceſimo quarto fuerit, ſalvus permaneat, tum ut alii, qui uſum Auguſtanorum Sacrorum poſtularent, publicè aut privatim per proprios, aut in vicina habitantes Miniſtros eodem liberè gauderent. Id quod Palatini Inſtrumento Pacis excluſum ad peculiarem cum Suecis conventionem rejectum cupiebant. Cæſarei contrà & Galli citra tergiverſationem id probabant, quod ſuis Sacris id fraudi non foret. Et prædictus *Dn. Auctor* iterum: Circa Reſtitutionem Electoris Palatini Neoburgicus poſtulabat, ſibi & aliis innocen-

nocentibus à Palatina Familia jus ſuum reſervandum eſſe; contra Clauſulam de Feudis Juliacenſibus vel omittendam, vel mutandam, quam Cæſarei repellebant, obtendentes, quia Bavarus nolit, ſe nihil heîc poſſe. Aſt Sueci reponebant; non conſiderandum, quid Bavarus velit, ſed quid juſtum & æquum ſit. Ita prior Clauſula certo modo, altera ad petitum Neoburgici mutata Inſtrumento Pacis inſerta eſt. Et rurſus idem: Æquivalentiæ, velut appendicem ſuæ ſatisfactionis Sueci ſtatim quoque ſubſcribi cupiebant. Ad hoc etſi paratos ſe oſtendebant Cæſarei, obſiſtebant tamen Bavarici, tractis in partes Catholicis, quod Sueci Palatinum negotium ſua ſubſcriptione certas ob rationes firmare dubitarent. Quanquam enim inter ipſos & Gallos quondam ſuper eodem convenerat: poſt tamen ejusmodi reſpectus intervenerant, ut ſat cauſæ eſſet, quare à prius placitis diſcederetur. Haut eo ſecius Sueci, intercedente Neoburgico, & aliis, paratos ſe declarabant ea lege, ſi Bavarus circa componenda negotia adhuc indeciſa utilem operam navaret; cujus ſpecimina perſpicere Sueci volebant prius, quàm ad eam ſubſcriptionem accederent. Id quod cum Bavaricis diſpliceret, Æquivalentium ſubſcriptionem impediebant. Enimvero Brandeburgici, & Luneburgici, quorum intererat, ſuper æquivalen-

 tibus

tibus ſibi caveri, diffidentia adverſum Catholicos ſoliciti apud Bavaricos inſtabant, ut tantiſper ſatis haberent, per Ordines, eorumque Directores transactionem ſuper Palatina cauſa firmari. Ita obſtaculo iſthoc remoto, ſubſcriptio tam ſuper cauſa Palatina, quàm æquivalentibus à Reigersbergio Moguntino, & Thumbshirnio Altenburgio peracta eſt.

8. Succedit Secundum hujus Articuli Caput de controverſia ratione Kitzingen:

§. 23. *Controverſia, quæ vertitur inter Epiſcopos reſpective Bambergenſem & Herbipolenſem ac Marchiones Brandenburgicos, Culmbachi & Onolzbachi, de Caſtro, Oppido, Præfectura & Monaſterio Kitzingen in Franconia ad Mœnum, aut amicabili compoſitione, aut ſummario juris proceſſu terminetur intra biennium, ſub pœna perdendæ prætenſionis imponenda tergiverſanti: interim dictis Dominis Marchionibus reſtituatur nihilominus fortalitium Viltzburg in eum Statum, qui tempore traditionis deſcriptus fuit ex conventione & promiſſo.* Confer. d. Artic. 4. Inſtr. Cæſareo-Gall. §. 23. & in §. 24. *Dn. Magdeburgenſi Adminiſtratori Chriſtiano Wilhelmo, March. Brandeb. conceditur cœnobium & Præfectura Zina & Loburg loco alimentorum.*

Prædictæ urbis verò Kitzing. ad Mœnum in Epiſcopatu Herbipolitano ſitæ, integra Præfectura, poſtquam ad 300. fere annos in Mar-

chionum Brandenburgenſium poteſtate jure pignoris fuiſſet, Epiſcopo Würzburgenſi jure reluitionis ceſſit, (cui aliàs nunquam præſcribitur, ſi ſc. pignus reluendum, quia debito non ſoluto, nondum nata eſt actio, ſed juri reluendi ceu ſtatuto de retrovendendo præſcribitur 30. annis, &c.) (aa) nihilominus tamen illi etiam poſt reluitionem in illam prætendunt; ſed, an controverſia iſthæc intra illud temporis ſpatium fuerit finita, jure meritiſſimo dubitatur. (bb)

9. Præcedens Caput excipiunt Tertium & Quartum de Reſtitutione Domûs Würtembergicæ & Badenſis.

§. 24. *Domus Würtembergica maneat quietè in recuperata poſſeſſione Dynaſtiarum Weinsberg, Neuſtadt & Meckmühle. Reſtituatur etiam in omnia & ſingula Secularia atque Eccleſiaſtica bona & jura, ante hos motus ubicunque poſſeſſa, interque illa ſpecialiter in Dynaſtias Blaubeuren, Achalm & Stauffen, cum pertinentiis, & ſub prætextu pertinentium ad eas occupatis bonis, cumprimis Civitate & territorio Göppingenſi atque pago Pflumeren, reditibus Univerſitatis Tubingenſi piè fundatis. Recipiat etiam Dynaſtias Heidenheim & Oberkirch, itemq; Civitates Balingen, Tutlingen, Ebingen & Roſenfeld, nec non arcem & pagum Neidlingen cum pertinentiis, tum Hohentvveil, Hohenaſperg, Hohenaurach, Hohentübingen, Albeck,*

Hornberg, Schiltach cum Civitate Schorndorff. Reſtitutio etiam fiat in EccleſiasCollegiatas Stuttgard, Tübingen, Herrnberg, Göppingen, Bachnang, nec non in Abbatias, Præpoſituras atque Monaſteria Bebenhauſen, Maulbron, Anhauſen, Lorch, Adelberg, Denckendorff, Hirſchau, Blaubeuren, Herprechtingen, Murhard, Albersback, Königsbrun, Herrenalb, Divi Georgii, Reichenbach, Pfullingen & Lichtenſtein ſive Mariencron, & ſimilia, cum omnibus documentis ablatis, *ſalvis tamen & reſervatis Domus Auſtriacæ, nec non Würtenbergicæ in ſupradictas Dynaſtias Blaubeuren, Achalm & Stauffen prætenſis juribus, actionibus, exceptionibus & remediis atque beneficiis juris quibuscunque.* Conf. d. Artic. 4. Inſtr. Gall. §. 25.

§. 25. *Principes quoque Würtenbergici Lineæ Mompelgardenſis reſtituantur in omnes ſuas ditiones in Alſatia vel ubicunq; ſitas, & nominatim* in duo feuda Burgundica Clerval & Paſſavant, (Rex Galliæ, concluſa Germaniæ Pace, prætendit in Comitatum Mompelgardenſem, ut patet ex querela Ducis Würtembergici, ad Ordines Imperii in Comitiis Ratisbon. delatâ per Memoriale. Fr. d. Adn. ad I. P. p. 676. cum 2. ſeqq.) *& ab utraque parte redintegrentur in eum ſtatum, jura, prærogativas, ac in ſpecie ad eam immedietatem erga Romanum Imperium, qua ante initium horum bellorum gaviſi ſunt, & qua cæteri Imperii*

Prin-

Principes ac Status gaudent vel gaudere debent. Conf. d. Art. 4. §. 26.

§. 26. *De Cauſa Badenſi hoc modo conventum eſt : Fridericus Marchio Badenſis & Hochbergenſis, Ejusque Filii, & Hæredes, cum omnibus, qui iisdem quocunque modo inſervierunt, aut adhucdum inſerviunt, cujuscunque nominis aut conditionis ſint, gaudeant & fruantur ſupra articulo 2. & 3. deſcripta Amneſtiâ cum omnibus ſuis clauſulis & beneficiis*, ejusque vigore reſtituantur pleniſſimè in eum Statum in ſacris & profanis, *in quo ante exortos Bohemiæ motus fuit Dominus Georgius Fridericus Marchio Badenſis & Hochbergenſis, quoad Marchionatum inferiorem Badenſem, qui vulgò ſub appellatione* Baden=Durlach *venit, itemque quoad Marchionatum* Höchbergenſem, *tum etiam quoad ditiones Röttelen, Badenvveiler, & Sauſſenberg, non obſtantibus, ſed annullatis quibuscunq; interim in contrarium factis mutationibus. Deinde* reſtituantur Marchioni Friderico Præfecturæ Stain & Renchingen absque onere æris alieni, *interea temporis à Marchione Guilhelmo contracti, ratione fructuum, intereſſe aut ſumptuum, per transactionem Ettlingæ Anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo vigeſimo nono initam, dicto Guilielmo Marchioni Badenſi ceſſæ, cum omnibus juribus, documentis literariis, aliisque pertinentiis, ita, ut tota illa actio ſumptuum ac fructuum perceptorum & percipiendorum, cum omni*

damno & intereſſe à tempore primæ occupationis numerando, ſublata & penitus extincta ſit. Annua quoque Penſitatio ex Marchionatu inferiori, Marchionatui Superiori pendi ſolita, virtute præſentium penitus ſublata, annullata & annihilata ſit, nec eo nomine quicquam vel de præterito, vel de futuro inpoſterum unquam prætendatur vel exigatur. Alternetur etiam inpoſterum inter utramque Lineam Badenſem, inferioris ſc. & ſuperioris Marchionatus Badenſis, Præcedentia & Seſſio in Comitiis, & Circuli Suevici, aliisque univerſalibus vel particularibus Imperii aut quibuscunque Conventibus, pro nunc tamen eâdem præcedentia penes Marchionem Fridericum, dum ſuperſtes erit, permanente. Conf. d. Artic. 4. §. 27.

§. 27. *De Baronatu* Hohen-Gerolseck *conventum eſt, ut, ſi Domina Principiſſa Badenſis prætenſa ſua jura in dicto Baronatu documentis authenticis ſufficienter probaverit, reſtitutio ſtatim poſt latam deſuper ſententiam fiat cum omni cauſa, omnique jure, vigore documentorum competenti.* Cognitio autem hæc finiatur à die publicatæ pacis infra biennium. *Nullæ denique actiones, transactiones, vel exceptiones, generales vel ſpeciales clauſulæ in hoc Inſtrumento Pacis comprehenſæ, (quibus omnibus per expreſſum & in perpetuum vigore hujus derogatum ſit,) ab una vel altera parte ullo unquam tempore, contra hanc ſpecialem conventionem*

nem, allegentur vel admittantur. Conf. d. Art. 4. §. 28.

Quænam pro utraque Domo Würtemb. & Badenſi Evangelicis fuerint eodem tempore ſtudia, variorum varia eſt relatio hiſtorico-politica? (cc) Rationes verò Cæſar. contra Bigam hanc Famil. quod confiſcatio utriusque ditionum t. t. juxta tenorem LL. Fundamentalium adhibita, eaque de cauſa idem proceſſus reaſſumendus ſit: notorium enim eſt, adverſus Imperatoriam Majeſtatem Duces illos bellum ac arma conjunxiſſe, & ſe ad partem Suecorum ac Gallorum adjunxiſſe: ſed, qui ab Imperio deficiunt, Imperii hoſtes efficiuntur; (dd) nec pro membris Imperii, at pro mortuis habentur. (ee) Jam verò in ſcriptis publicis fundamentum extat univerſo Imperio manifeſtatum, (ff) eos, qui ſequuntur vel fovent partes alîus fœderati ſive ſocii contra Imperium Romanum, ex eodem eliminandos, omniaque eorundem bona & ditiones Fiſco ſubjiciendas eſſe: (gg) bella ſiquidem ſine præſcitu Imperatoris moveri non debent, imò talis in crimen læſæ Majeſtatis incidit, (hh) & Majeſtati Cæſ. in mero arbitrio eſt poſitum, iisdem Fiſco relictis Principatibus liberrimè uti & moderari, quæ vacatio fit ob finitam generationem, & etiam ob culpam. (ii) Quamquam aliâs etiam bellum juſtus acquirendi titulus, nam, quæ ex hoſtibus ca-

piuntur, noſtra fiunt; (kk) itaque Imperatoriæ Majeſtati omnino erat liberum, partem Principatus vel Ducatus huic vel illi benemerito in recognitionem feudi deferre, aut in ſolutum dare; Imperator enim rem ad ſe perventam liberè infeudare poteſt: (ll) igitur neque unus vel alter reſtitutionem plenariam petet aut impetrabit, multo minus Princeps vel Dux VVürtenb. quippe quod cum Majeſtate Imper. dudum juratò atque in perpetuum transegit, quæque transactio tantarum virium, ut ab agendo & excipiendo removeat, (mm) cum ſit litis finitæ, & ſententiæ æquiparetur, ſitque actus liberatorius, qui juramento æquipollet, (nn) à cujus præſtatione recedere durum, (oo) nemoque inſuper ad jus ſemel renunciatum admittatur, (pp) neque in transactionibus habeat locum beneficium leg. 2. Cod. de R. Vend. idque eò magis, quoniam Pr. & Duc. W. Imperii ſunt Vaſalli, (rr) qui contra Dominum miltare, ſine privatione feudi, non poſſunt, neque Liberis his in caſibus bona debentur. (ss) Quodque concernit Monaſteria Würt. hoc loco etiam Exceptio rei judicatæ opponitur, neque contra eandem auditur; (tt) hæc enim notorium inducit. (uu)

Rationes autem pro utroque Duce vel Principe VViirt. & Badenſi, neutiquam criminis læſæ Maj. vel feloniæ reos eſſe arguunt,

inde-

indeque univerſo Ducatu & Marchionatu aut ex parte propter transactionem etiam illam particularem haud privabit vel Fiſco vendicabit. Nam licet t. t. utraque Majeſtas Cæſ. in articulis Capitulat. ſanctiſſimè fuerit adſtipulata, (vv vv) Auream Bullam, Pacem Religioſam, & Profanam Publicam, itemque Comitia Auguſtæ Vindelicorum celebrata An. 1555. ſarta tecta ſervaturam, defenſuram, & contra eadem neminem gravaturam, neque ab aliis gravari, aut Electorum, Principum & Statuum Dignitates, Jura, Immunitates, Privilegia, Jurisdict. haud infirmaturam vel deminuturam, multò minus in & extra Imperium propter illud ipſum ullum bellum per feciales indicturam, illaturam, & conflaturam, neque viâ facti conflicturam, haudque aliis faciendum commiſſuram, ſed paci conſulturam, conſervaturam, à vi omni prohibituram eſſe, &c. Experientia tamen luctuoſa, proh dolor! comprobavit, Status non tantùm Evangelicos bello Bohemico in ſuis Provinciis ac Regionibus tranſitu etiam militari vario peregrinorum fœderatorum militum, innumeris fere metatis, & immenſis Imperii collectis & tributis maximoperè oneratos & ad incitas redactos, (xx) iisdemq; contra in An. 20. Ulmæ initam transactionem usque ad annum 29. indeſinenter progreſſos, (yy) ſed Halcyoniis S. Rom. Imperii

rii anxiè deſideratis, eôpſe anno Edictum de reſtituendis Bonis Eccleſiaſticis hinc inde affixum, toti orbi divulgatum, inque Curiis & Suggeſtibus publicatum fuiſſe, quod jam nunc tempus everſionis, excidii & vaſtationis appropinquaret, quô Evangelicis extrema quæque ferenda; de ſumma rerum decernendum, & ad ultimum usque ſpiritum decertandum eſſe; quemadmodum etiam via executionis in Statuum inferiorum bona Eccleſiaſtica ſub prætextu juſtitiæ, neque exauditis ullis exceptionibus fori declinatoriis, omnibus viribus periclitata, iidemq; contra prędictas Sanctiones & LL. Fundamentales poſſeſſionibus ſuis notoriè ſpoliati, adeoq; preſſi, & oppreſſi fuêre, ut multis millibus Chriſtianorum animabus vita ſupplicium, mors verò ſolatium extiterit, parsque adverſa unicè in animum induxerit, quomodo religionem armis propagent, (zz) Evangelicorum autem funditus extirpent, cum tamen utraque ſalva Cæſ. fide jurata unà invicem ſubſiſtere poſſint & debeant. (No.1.)

Quum itaque Evangelici Gloriam DEI, ſalvificum Evangelium, Salutem Imperii & Reip. vacillare, omnesquę modo memoratas LL. & conſtitutiones amplius haud obſervari, ſeque tandem ad internecionem cædi deprehenderent, ea propter ab initio, & cum eò per ita dictam S. Ligam ſatis, ſuperq;

com-

compellerentur, fœdere vel potius ita vocata unione Hallenſi, excepta tamen Imper. Majeſtate, conjungebantur, hancque religionem fœderis illibatam conſervare, proque aris, & focis, proque lege & grege in hanc ſe pacificationem interponere annitebantur, uti etiam hoc comprobatum fœdus viri πολιτικ. haud improbare potuerunt. (No. 2.) Et quamvis iſthæc Unio in An. 20. per transactionem Ulm. diſſoluta, convulſa, caſſata, paxque compoſita & inita fuerit, nullos amplius Status priori modo exagitaturos & moleſtaturos eſſe; nihilo ſecius tamen brevi pòſt bellum contra Evangelicos redintegratum, ſibique longè atrocius ſuccedens, propter ſuperius Edictum repetitum, inexpiabile apparuit: quandoquidem autem Dei cauſa agebatur, ideoque Evangelici Electores, Principes & Status in An. 30. Lipſiæ congreſſi, novum fœdus ex ſupra poſitis cauſis juſtiſſimis denuo inierunt, aſt deſtituti auxiliis neceſſariis, negligere hoc conſortium & ſocietatem, & diſſolvere à Dn. Comite Egone à Fürſtenberg nolentes volentes coacti, indeque onera publica contra datam fidem, tamdiu reiterata, donec per divinam vocationem Regia Majeſtas Sueciæ, etiam ad illatæ injuriæ propriam vindictam in An. 31. in Solatium Evangelicorum afflictiſſ. ad portas qui Imperii eſſet, Divina favente Gratia, poteſtatem pugnæ faceret,

ceret, victos in fidem ſive deditionem paſſim acciperet, ſuæque poteſtatis claves portarum, cuſtodiamque murorum faceret, manus cum hoſte tamdiu Lipſiæ conſereret, donec maculas haud leves in hoc prælio ſuſciperet; ſicque Evangelici denique ex piiſſimo Zelo cum Regia Maj. fœdus pepigere ex Jure Divino, Civili & Publico haud improbatum! (No.3.) Quando enim Princeps in maximis neceſſitatibus conſtitutus, omnique auxilio deſtitutus, tunc bene arma ad defendendum, imò etiam ad offendendum ſumere poteſt; (No.4.) neque ſubditi Domino ſuo fidem ſervare tenentur, quando nec ipſe ſervavit. (No.5.) Quis igitur, rebus ſic ſtantibus, aſſerere auſit, Duc. VVürt. vel Badenſ. vel alterum eorundem criminis læſæ Majeſtatis reum, & bonorum, ditionumque ſuarum amplius incapacem eſſe? Hæc enim aſſerentibus ex Jure ſpecialiter & ſingulariter, evidentiſſimis, ſolidiſſimis & luce meridiana clarioribus argumentis demonſtrare incumbit: (No.6.) ἀσυλλογιστία enim eſt iſthæc: hic vel ille Status eſt in armis contra Imperatorem, E. Cr. læſæ Maj. commiſit: nam major eſt limitanda, & illatio per inverſionem eruenda: quicunque Status Imperii cum permiſſione divini & humani juris & Conſtitutionibus inſimul Imperii arma fert contra Imperatorem, in Cr. læſæ Maj. non incidit: Ambo hi

præ-

prælaudati Principes & Duces cum aſſenſu Juris Div. Civ. & Publici arma contra Imperat. tulerunt. E. Major probatur exinde, quod quis Lege permittente facit, illud nullam meretur pœnam, nec in dolo verſari is dici poteſt, qui jure ſuo utitur. (No.7.) Minor probatur Auctoritate Coleri, d. loc. th.78. E. Quin potius à contrario argumentari licebit, quia Imperatoria Maj. LL. Fundamentales eo ipſo transgreſſa, quod Status Imperii utilitatem & pacem publ. poſthaberet, cum tamen hoc facere eandem deceat. (No. 8.) Quod autem Majeſtas realis & perſonalis læſa videatur, quarum Ultima ex Prima dependet, (No.9.) læſio iſthæc Parti Cæſar. imputanda erit; LL. namque Fundamentalibus, (quæ nihil aliud ſunt, quàm Majeſtas realis, Carpzov. dd. loc.) Imperator contravenire certum eſt: (No. 10.) Sed illæ ſemper firmæ & immotæ permanere debent, (No.11.) Quare jure merito verum etiam hoc loc. evadit illud brocardicum: damnum quod quis ſua culpa ſentit, non ſentire videtur. Et, quia ſæpe dicti Dnn. Duces nullum Cr. læſæ Maj. commiſerunt, neque etiam pro Imperii hoſtibus reputandi ſunt: (No.12.) multo minus illis ditiones vel in totum vel ex parte à Fiſco auferri poterant; ubi enim nullum delictum, ibi quoque nulla poteſt locum habere pœna. (No.13.)

Præ-

Præterea, quoniam illis quoque ex antiquiſſimo libertatis beneficio, milites in propriam, & aliorum ſalutem conſcribere conceſſum; (No. 14.) Idcirco Cæſ. Majeſtatem non offenderunt, neque exinde Ditionum ſuarum jacturam fecerunt, vel contra earundem adminiſtratio legitimè ſuſcepta fuit; non entis enim nullæ ſunt qualitates vel accidentia.

Poſito tamen, in præjudicium veritatis verò minimè conceſſo, hoc in caſu fuiſſe hallucinatum, attamen utrique Capitulat. Cæſ. (No. 15.) conforme eſt, ejuſcemodi bona Fiſco conſecrata non ſoli Cæſari, ſed & Imperio in commiſſum cecidiſſe, nequè alienari potuiſſe, ſed tantùm bono Imperii publico mancipanda eſſe. Porro, quod attinet acquiſita belli vel in bello, ſubintellig. cum grano ſalis, vel in juſto ſuſcepto bello ſec. jura communia, indeque ex libero arbitrio eadem moderanda. (No.16.) Sec. utramque Capitulat. autem (No. 17.) hujusmodi acquiſita ab Imperatore Imperio vendicanda & aſſignanda, eoque cum vel ſine Imperii auxiliis: inſuper etiam è ſupra edoctis liquet, Imperatoriam Maj. contra Status bellum gerere, eosdemque bello domari, non eſſe integrum, unde juſtitia cauſæ vel belli facilimè, quidque de acquiſitis in tali bello ſit judicandum, elucebit, ſpesque Status fovet pulcerrima, quia Cæſ.

Cæſ. Maj. omnes irreconciliatos Status, amneſtia generali (quâ tamen ſecundum jus & *æquum, veluti* haud hallucinantes, non indigerent, ſed ipſo jure tuti & in ſalvo eſſe deberent,) mactare intendit, (No. 18.) propter reconciliationem hanc ipſis omnia amiſſa jura & ditiones reſtitutum iri. (No. 19.) Quod de cætero Transactio inita Ducem Württ. à ſuis derelictis officiis excludat, nihil officit vel impedit, cum Primum & Tertium Transactionis requiſitum, nempe res dubia, & bona fides, in eadem notoriè deficiant, quippe quod univerſus Ducatus ad Duc. Würt. pertineat, quare Imperator majorem vel unicam ejusdem partem Duci Würt. auferre, vel eandem alienare, vel aliâs aliis in ſolutum dare, vel cum eo tranſigere, propter ſuperius allatas cauſas ſonticas poterit: Dein Dux VV. quantum illud oblatum in caſu neceſſitatis & ob extremam ſuſtentationis penuriam acceptare quaſi coactus fuit, E. transactio illa nullius momenti. (No. 20.) Adhæc Dux VV. ſpe ſemper erigebatur firma, Statum hunc tempore pacificationis mutari, ut Lunæ faciem: &, quia Dnn. Legatos Suecicos ex motu proprio ſibi habet benevolos, propter novam illam ſupervenientem cauſam nemo ipſi vitio vertet, ſi rebus ſic ſtantibus transactioni, atque etiam ſententiis latis contraveniat; hoc enim de Jure Princeps facere poteſt. (No. 21.)

Ilicet etiam Dux WVürt. & Bad. Vaſalli ſint Imperii, verumtamen 1. prætenſa felonia neque teſtibus locupletibus eſt demonſtrata; (No.22.) neque 2. Domino Feudi in bello injuſto officia præſtare obſtricti ſunt; (No.23.) imò 3. Vaſallus non tenetur ſervare juramentum fidelitatis, ſi à Domino Feudi lædatur, ſed, ſi Vaſallum hoſtiliter offendat, tunc ad privationem dominii agere poteſt. (No.24.)

Quod poſtremò reſtitutioni Monaſteriorum Exceptio rei judicatæ objicienda veniat, huc omnino non quadrat, notô enim notius eſt, modum ordinarium juris, qui à citatione incipere debet, non obſervatum, & reos putatitios citatos, (No.25.) ipſisque juſtitiam haud fucatam adminiſtratam, (No. 26.) ſed ſine decente cauſæ cognitione proceſſum, (No.27.) & poſtea contra Pacem Religioſam (No.28.) commiſſiones decretas, imò etiam propria Auctoritate per Edictum An. 29. publicatum, & alia Mandata paritoria, cum tamen in cauſis nec formaliter proceſſum, neque ſubmiſſum, at potius forum competens per exceptiones de Jure communi & Conſtitutionibus Imperii introductas declinatum, compluribusque Statibus varia Cœnobia, Eccleſiæ, Monaſteria & reditus ablata, ſufflaminata, cauſasque locô rei judicatæ deciſas, atque ita executionem viâ facti ſuſce-

ſuſceptam fuiſſe, cum tamen judicatum ab eo dici non poſſit, qui jus dicendi poteſtatem non habet; (No.29.) & ita procedere, eſt jus alterius aufferre; (No.30.) Proinde hæc nullitas jurisdictionis ſemper opponi poterit, eoque, ut & quando ordine juris non ſervato proceſſum fuerit, impedit executionem, (No.31.) hæcque exceptio omnium maxima eſt, & poteſt opponi, quando ſtatuto omnis exceptio & ipſa nullitatis querela ſublata eſſet; (No.32.) ejus querela enim longè favorabilior, quàm appellatio, ideoque difficilius excluditur. (No.33.) Neminem inſuper *non* latet, Evangelicos quovis tempore contra Romano-Catholicos in cauſis Religionis, & inde dependentibus jure meritiſſimo conqueſtos, eosque pro haud ſuſpectis Judicibus hoc caſu nunquam agnitos fuiſſe. (No.34.) Neć cauſæ in Puncto Religionis ad Aulam Cæſaris, ſed ad Cameram ſpectant. (No.35.) Et inſimul neminem quoque fugit, t. t. quô hujusmodi Commiſſiones, Mandata, Decreta, Edicta & Executiones publicatæ, bellis fuiſſe invicem vexatum & implicatum, ſed hoſtis non poteſt eſſe Judex: (No.36.) Si igitur eodem tempore fines Mandati Cæſarei excedebantur, & Capitulationi, Paci Religioſæ, Conſtitutionibus Imperii, Juribusque communibus omnia geſta contrariabantur, contravenieus non niſi pro privato reputandus,

 (No.

(No.37.) cunctaque ab eodem promiſſa, & pacta, & conventa nullius valoris & ponderis habenda, (No.38.) indeque jure meritiſſimo ſpoliatus à Judice incompetente ante omnia reſtituendus erit, &c. (No.39.)

Heîc commodè adponenda ſunt, quæ in ſæpe laudato opere Rer. Suecic. D. Pufendorffius de VVürtembergici reſtitutione: VVürtembergicus Dux, ut plena reſtitutione potiretur, Sueci inſtabant, quippe cui ob Heilbrunñenſe fœdus ditione ejecto, præ reliquis, jam per amneſtiam conſulendum erat. Quod & Cæſarei demum annuebant; etſi Catholici Prælati opima bona à Cæſare ſibi tradita ægerrimè amitterent. Reſervabant tamen ſibi Cæſarei via Juris vindicandæ Blaubeuræ, Athlæ & Staufæ, in quas Auſtriaca Domus jus prætendebat. Tum ut VVürtembergicus Heidenhemum Dynaſtiam quinquies centenis millibus florenorum, pro qua ſumma eadem Bavaro oppignorata erat, redimeret; reluendi jure annis viginti circumſcripto. Sed, cum Sueci non huic ſolum poſtulato, ſed & toti prætenſioni contradicerent, demum ut Dux ducenta millia velut ex liberalitate ſolvenda in ſe reciperet, volebant. Quæ Oxenſtierna planè adſpernabatur, iniquiſſimum eſſe, VVürtembergicum Cæſaris debita luere. Mirari ſe potius Ducis æquanimitatem, quod non & fructus perceptos ac percipiendos repetat.

petat. Sanè ſi idem hoc petat, nulli ſe operæ parciturum, ut illis potiatur. Quod etiam Cæſareis, cumprimis Volmaro parum arrideret, eam tamen rem in medio relinquebant, ut ſpes eſſet ſuper Heidenh. gratis inſtituendo obtentum iri. (No.40.)

Idem de Cauſa Badenſi d. loc. (No. 41.) Circa Badenſem Cauſam acrius diſceptabatur. Nam licet Eduardi poſteri omnem actionem ſuper fructibus, impenſisque, & eo, quod intereſt, per Cæſaream ſententiam ſibi adjudicatis, remitterent, duabus quoque præfecturis eo nomine ſibi traditis ceſſuri; abnuebat tamen Durlacenſis, ne titulum quidem, nedum dimidium Marchionatum illis largiturus. Cujus partes Sueci, quantum poſſent, propugnabant, demonſtrantes: Sententiam Cæſaream, cui Eduardinorum jus nitebatur, eo tempore latam, quo Marchio Georgius Fridericus Gratiâ Cæſaris exciderat, Eoque par eſſe rem reſtitui in eum ſtatum, qui ante bellum fuerat, via juris utrique parti relicta. Sed Cæſarei rem divino ac humano juri repugnantem docebant, Marchionem VVilhelmum ditione ſua ac titulo, queîs hactenus gaviſus ſit, exui, cum non Cæſar ſolùm, exterique Reges ac Principes, ſed & ipſe Georgius Fridericus iſtum Marchionem agnoverit, in cujus rei fidem autographæ Georgii Friderici literæ producebantur, queîs

debito hunc titulo, ac patrueles nuncuparat. Quæ Friderico adempta citra controverſiam ad ipſum pertinuerint, plenè redditum iri. Sententiæ Cæſareæ ut derogetur, à ſe ferri non poſſe; niſi quod fructus perceptos, impenſasque, & duas præfecturas, uti dictum, remitterent, ut tamen VVilhelmo Marchioni certos reditus annuos ex avita hæreditate, & illarum loco arcem Ritbergam prope Etlingam, cum omnibus pertinentibus, ſimul Domui Auſtriacæ Jura in Rœtelam, Badenvv. & Sauſenbergam reſervarent.

Idem D. Pufend. quoque alibi (No. 42.) de VVürtembergici reſtitutione hæc habet: Circa VVürtembergici reſtitutionem, præter Heidenheimum Dynaſtiam, nihil reſtabat, quàm Cæſarei excipere cupiebant, aut ſaltem, ut Dux Bavaro ſortem quingentorum millium florenorum, pro qua illa huic à Cæſare oppignorata fuerat, aut ſaltem ejus partem exſolvere teneretur. Sed conſpirantibus Suecis, Gallisque eadem Duci absque onere reſtituta.

Is ipſe iterum de Cauſa Badenſi (No. 43.) Circa cauſam Badenſem Fridericus Marchio, qui ſub id tempus ipſe Monaſterium acceſſerat, per Legatos ſuos ejusmodi transactionis formulam proponebat, ut Cæſar vi communis amneſtiæ ipſum in ſuperiorem & inferiorem Marchionatum Badenſem & Hochbergen-

genſem, tum in ditiones Rœtelam, Baden-vvcileram & Sauſenberg, abolitis à Domo Auſtriaca motis proceſſibus, tum in Dynaſtiam Stauf. in Brisgoia, & Achengerolzeccam reponeret, abrogata ſententia ſuper Marchionatu ſuperiore lata, ac prætenſione probandum erat, iſtum haud legitimè natum. Eam in rem cum probatio deficeret, nec tamen iſtum in plenam portionem admittere vellet, plerisque ordinum res iniqua videbatur: nec Cæſareis à formula ſua diſcedere, aut plura offerre placebat.

Rurſus id. D.Puffend. (No.44.) de VVürtembergici reſtitutione, jam antea cuncta transacta erant, ſed nunc Catholici poſtulabant, ut Monachi, qui in nominatis cœnobiis adeſſent, aut eo deſtinati forent, pro ſe & ſucceſſoribus eorundem poſſeſſionem retinerent. Circa Oberkircham quoque Argentoratenſes, & circa alia quædam bona Eccleſiaſtica Spirenſi Præſulatui ſua jura reſervabant. Contra Sueci regerebant, iſthoc caput ad unguem excuſſum, ac multis poſt congreſſibus probatum. Si hæc poſtulare prætendant, facilè perſpici poſſe, ipſos diverticula quærere negotio extrahendo; cum ſatis norint, per diſerta Reginæ Mandata Ducem à ſe non poſſe deſtitui. Igitur ſperare ſe, Cæſareos magis juſtitiam cauſæ, & ſua promiſſa, quàm paucorum Monachorum

preces reſpecturos. Adverſus quæ Cæſarei parum quod reponerent, habebant, niſi, quod adderent; Melius facturum Ducem Cœnobiis in ſuo Statu relictis: nam ejusmodi bonis in profanos uſus verſis favorem Numinis vix ſperandum. Id quod Sueci in arbitrio Ducis relinquebant. De cætero Cæſarei ſuper Trevirenſis pervicacia querebantur, qui jactaret, Oberkirchæ locum, ubi Cœnobium extructum ſit, Spiram vocari, ac Maulbrunnenſe cœnobium domum in Urbe Spira habere: unde colligebant, utrumque ad Spirenſem præſulatum pertinere. Demonſtratum ipſi eſſe, Spirenſis Præſulatus jura, ſi valida ſint, per communem clauſulam ſalvatoriam tertio articulo adjectam ſervari; ſed quæ ab iſto rejecta ſint; Fiduciam ab eodem in Gallis reponi, qui ſua formula ipſi Jura ſua in Ducatu Würtembergico reſervarint. Unde Cæſarei, cum negarent, Trevirenſem ut cederet perſuaderi poſſe, proponebant: ut Würtembergicus oppoſita clauſula ſalvatoria ſibi conſuleret. Sueci contra, rem tamdiu excuſſam, & toties probatam ingerebant; nec Cæſareos promiſſa ſua inſuper habituros; de Cæſareorum tamen temperamento, ad VVürtembergicos Legatos ſe relaturos.

Loco Epiphonematis Cap. Quarti notandum, ex Baronatu Hohen-Gerolseck Friderici Marchionis Badenſis, (cui nupta Anna

Ma-

Maria, Jacobi, Dn. à Gerolseck Filia, Vidua Friderici Comitis à Solms,) Filio Friderico II. adjudicatam eſſe Lohram, quam etiam ſibi vindicavit, & Domina Mater hanc prætenſionem Domui huic intulit: (No.45.) cum appendice generali, quod nullæ actiones, transactiones, &c. in hoc Inſtrumento Pacis comprehenſæ, ullo unquam tempore contra hanc ſpecialem conventionem allegari vel admitti debeat. Ratio ſubſiſtit in hac juris regula, quod pacta poſteriora derogent hoc caſu prioribus; ratio rationis, quia vera eſt ſolummodo, in contractibus, pactis, &c. invicem pugnantibus, quique ſimul ſubſiſtere nequeunt, ſecus verò in contractibus, pactis, &c. quæ ſe mutuo compatiuntur. (No.46.)

10. Sequitur hujus Articuli Caput Quintum de reſtitutione reliquorum Ordinum, qui præterito bello rebus ſuis fuerunt deſtituti, inter quos occurrit primò *Dux de Croy:*

§. 28. *Gaudeat effectu generalis Amneſtiæ, neq; protectio Regis Chriſtianiſſimi ſit ei fraudi, dignitatis, privilegiorum, honorum, bonorum, aut ullo alio reſpectu: quiete quoq; poſſideat eam Dominii Vinſtingen partem, quam Majores ſui poſſederunt, prout nunc à Domina Matre ſua dotalitii nomine poſſidetur. Juribus Imperii quoad dictum Dominium Vinſtingen, in eo ſtatu, quo fuerunt ante hos motus, ſalvis permanentibus.* Confer. d. Art. 4. §. 29.

Idem Dux de Croy ad Circulum Rhenanum Inferiorem pertinet, & ratione Arnberg habuit in Comitiis votum, & quoad partem, quam in Dominio Vinſtingen habet, Imperium recognoſcere debet. (No. 47.)

Secundò, tangitur hîc controverſia *Naſſau-Siegen contra Siegen.*

§. 29. Cum res hæc per Commiſſionem Cæſaream Anno 1643. *ad amicabilem compoſitionem ſit remiſſa, reaſſumatur ejusmodi Commiſſio, & totalis vel amicabili Compoſitione, vel juridica Sententia, coram competenti judice decidatur; Comite Joanne Mauritio de Naſſau, ejusque Fratribus, absq; ulla turbatione pro ſuis quotis duntaxat in apprehenſa poſſeſſione manentibus.*

Hujus controverſiæ verò cardo & exitus legatur apud Sprengerum. (No. 48.)

Tertio, continetur reſtitutio in ſubſeq. §. *Comitum Naſſau Saræpontanorum.*

§. 30. Reſtituantur omnes eorum Comitatus, Dynaſtiæ, territoria, homines & bona Eccleſiaſtica & Secularia, feudalia & allodialia, nominatim verò Comitatus Saræpontanus & Sarvverdanus integri cum omni cauſa, ut & fortalitium Homburg, cum tormentis bellicis, mobilibusque ibi repertis; ſalvis utrinque reſpectivè tam ratione An. 1629. 7. *Jul. per Sententiam adjudicatorum in reviſorio, quam aliis etiam de illatis damnis, competentibus juribus, actionibus, exceptionibus & beneficiis juris, juxta LL. Imperii deter-*

terminandis, niſi partes potius ament amica transactione rem componi. Salvo etiam jure, quod Comitibus de Lainingen-Daxburg in dicto Comitatu Sarvverdano competere poteſt.

In hac reſtitutione autem præcognoſcenda controverſia inter Lotharingum & Naſſovios de Comitatu Saar-VVerden, quâ gliſcente intervenerunt etiam Comites de Lainingen: vix dici poteſt, quantis difficultatibus, de quibus Acta Comitiorum Ratisb. ubique loquuntur, hæc reſtitutionis cauſa ultra 20. annos implicita fuerit, cumprimis ob reſiſtentiam partim Caroli, Ducis Lotharingiæ, (dudum defuncti,) qui pro Satisfactione magnam pecuniæ vim apud Imperium poſtulavit; (partim verò, quia hæc diſpoſitio Pacificationis non minimum intereſſe Imperii reſpectu ſecuritatis finium verſus Galliam ſit ſitum:) Tandem An. 70. in Comitiis adhuc durantibus ita conventum eſt, uti D. Friſch. prolixè admodum exequitur. (No. 49.) Cum verò pecuniæ ſumma conventa, vel ob novos motus bellicos, vel alias ob cauſas Lotharingo nondum perſoluta ſit, & F. Homburg jure ſequeſtri in manibus Electoris Trevirenſis adhucdum manſerit, Comes Naſſovicus hactenus inſtantiſſimè plenariam reſtitutionem petiit, ſed nondum impetrare potuit: Quod Fortalitium cum jure ſequeſtri ſuperioribus annis Electori Moguntino ab Impera-

peratore & Imperio traderetur; occupatâ per Regem Galliæ Lotharingiâ, hoc ipſum fortalitium Homb. nuperrimè, ejecto milite Electorali, à Rege Galliæ captum eſt. (No.50.)

Inter reſtituendos Quartò, Comes Hanovio-Lichtebergenſis Joh. Reinhardus:

§. 31. *Domus Hanoica reſtituatur in Præfecturas Bobenhauſen, Biſchoffsheim am Steeg & Wilſtatt.*

Quintò, Joh. Albertus Solmenſis in partem Civitatis Solms An. 46. ab Haſſo-Darmſtadinis occupatæ recipitur:

§. 32. & 33. *Johannes Albertus, Comes Solmenſis, in quadrantem Oppidi Butzbacenſis & quatuor pagos adjacentes reſtituatur. Itemq; reſtituatur Domus Solms, Hohenſolms in omnia bona & jura ſibi An.* 1637. *adempta, non obſtante transactione deſuper cum Dn. Georgio, Landgravio Haſſiæ, poſtea facta.*

Sextò; Comites de Iſenburg & Rhingravii, qui continentur ſub Circulo Rhenano Superiore:

§. 34. & 35. *Comites de Iſenburg gaudeant Amneſtia generali ſupr. artic.* 2. & 3. *deſcripta, ſalvis tamen juribus Dn. Georgio, Landgr. Haſſiæ, vel cuivis tertio contra eosdem, ut & contra Comites de Hohenſolms competentibus.*

Rheingravii in ſuas Præfecturas Troneck & Wildenburg, itemque Dynaſtiam Marchingen cum pertinentiis & cætera omnia jura à vicinis uſurpata, reſtituantur. Be-

Beneficium illius §.34. contra Landgravium Haſſiæ nuper allegarunt Comites de Iſenburg, ut ex product. Memorial. pateſcit. (No. 51.)

Septimò, Vidua Erneſti, Comitis in Sain & Witgenſtein Sen. Loyſa Juliana, Comitiſſa in Erbach:

§. 36. *Vidua Domini Erneſti Comitis Sainenſis, reſtituantur in eam poſſeſſionem, arcis, oppidi & præfecturæ Hachenburg, cum pertinentiis, ut & pagi Bendorff, in qua fuit ante deſtitutionem, ſalvo tamen jure cujusvis.*

Octavò, Comites Falckenſteinii, Lövvenhaupt & Waldek, qui referuntur ad Circulum Rhenanum ſuperiorem, & de quibus infr. quoque ad artic. 16. Idemque repetitur in Inſtr. Gallic. §. 34. p. 41.

§. 37. & 38. *Caſtrum & Comitatus Falckenſtein reſtituatur ei, cui de jure competit. Quicquid etiam juris Comitibus de Raſſeburg cognominatis Lövvenhaupt, in Præfecturam Bretzenheim, feudum Archiepiſcopatus Colonienſis, nec non Baronatum Reapoltzkirch, in diſtrictu Hundsruck ſita competit, id eis cum omnibus juribus & appertinentiis ſalvum ſit.*

Reſtituatur etiam Domus Waldeck in poſſeſſionem vel quaſi omnium jurium in Dynaſtia Didinghauſen & pagos Nordenau, Lichtenſcheid, Deſeld & Nidern Schlaidern, prout illis An. 1624. gaviſa eſt.

Nonò, Joachimus Erneſtus, Comes ex

Li-

Linea Oetingenſi & Domus Hohenloica.

§.39. & 40. *Joach. Erneſtus, Comes Oetingenſis in omnia Eccleſiaſtica & Secularia, quæ pater ipſius Lud. Eberhardus ante hos motus poſſidebat, reſtituatur.*

Item Domus Hohenloica in omnia ipſi ablata, præcipuè Dynaſtiam Weickersheim: itemque in Cœnobium Scheffersheim absque omni exceptione, inprimis retentionis, reſtituatur.

Decimò, Comites de Lövvenſtein & VVertheim pinguiſſimum totius Franconiæ poſſident Comitatum.

§. 41. & 42. *Fridericus Ludovicus Comes de Lövvenſtein & Wertheim in omnes ſuos Comitatus & Dynaſtias, quæ tempore hujus belli ſequeſtratæ, confiſcatæ, aliisq; ceſſæ fuerunt, in Politicis & Eccleſiaſticis reſtituatur.*

Ferdinandus Carolus, Comes de Lövvenſtein & Wertheim, in omne id, quod defunctis ejus agnatis Georgio Ludovico & Johanni Caſimiro ſequeſtratum, confiſcatum, aliisq; ceſſum eſt, in Politicis & Eccleſiaſticis reſtituatur, ſalvis tamen iis bonis & juribus, quæ Mariæ Chriſtinæ, filiæ dicti G. Lud. de Lövvenſt. ex hæreditate paterna & materna competunt, in quæ plenariè reſtituatur. Pariter etiam Vidua Joh. Caſimiri de Lövvenſt. in ſua bona dotalitia & hypothecata, reſervato jure, ſi quod in ſupra dicta competit Comiti Friderico Ludovico, vel amicabili

com-

compoſitione, vel legitimo proceſſu proſequendo.

Undecimò, Reſtituuntur hîc quoque Comites Erbacenſes & Brandenſteinii, Barones Kevvenhüllerii, qui bona in Stiria habent ſita, & Löffler. atque Dnn. à Rhelingen. (No.52.)

§. 43. 44. *& 45. Domus Erbacenſis inprimis Comitis G. Alberti hæredes in caſtrum Breubergicum, omniaq; ejus jura, ipſis cum Domino Lövvenſteinenſi communia, tum quoad præſidium, ejusdemque directionem, quam cætera civilia jura reſtituantur.*

Vidua & hæredes Comitis à Brandenſtein, reſtituantur in omnia ex cauſa belli adempta bona & jura.

Baro Paulus Kevenhüller cum Nepotibus ex fratre, Hæredes Cancellarii Löffleri, Marci Conradi à Rhelingen, liberi & hæredes; & Hieron: à Rhelingen, unà cum uxore, nec non Marcus Ant. à Rhelingen, quisque in omnia ſibi per confiſcationem adempta, plenariè reſtituti ſunto.

Et ratio præ - & ſubſeqq. in hoc artic. Ordinum reſtit. recurrit heic ſuperius tradita, quia amneſtia gaudent generali, & reſtitutione in genere atque in ſpecie.

Duodecimò, Agitur hoc loco de obligationibus, actionibusque vi metuque extortis, redemptis, ceſſisque, &c.

§. 46. 47. 48. 49. *Contractus, permutationes, trans-*

tranſactiones, obligationes & Inſtrumenta debiti, vi, metuve, ſeu ſtatibus, ſeu ſubditis illicitè extorta, prout in ſpecie queruntur Spira, Weiſſenburgum ad Rhenum, Lindavia, Reutlinga, Heilbrunna, aliique, ut & redemptæ, ceſſæque actiones abolitæ atque ita annullatæ ſunto, ut ullum judicium actionemve, eo nomine intentare minimè liceat. Confer. J. G. Artic. 4. §. 30.

Quodſi verò debitores Inſtrumenta Crediti (confiſcatorum & extortorum mobilium intuitu belli repetitio ſublata Art. 10. §. 16.) *vi metuve Creditoribus extorſerint, ea omnia reſtituantur, actionibus deſuper ſalvis.*

Debita ſive Emptionis, venditionis, annuorum redituum, ſive alio nomine vocentur, ſi ab una alterave belligerantium parte in odium Creditorum violenter extorta ſint, contra debitores veram violentiam & realem ſolutionem interceſſiſſe allegantes, & ſe ad probandum offerentes, nulli proceſſus executivi decernantur, niſi his exceptionibus prævia plenaria cauſæ cognitione deciſis, (quæ in ſe omnino juſtæ ac peremtoriæ, litis ingreſſum impedientes,) Conf. d. Artic. §. 31. *Proceſſu deſuper inſtituto à pacis publicatione infra biennium finiendo*

niendo ſub pœna perpetui ſilentii contumacibus debitoribus imponenda.

Proceſſus autem hactenus eo nomine contra ipſos decreti, unà cum transactionibus & promiſſionibus pro futura creditorum reſtitutione factis, tollantur & enerventur, ſalvis tamen iis pecuniarum ſummis, quæ flagrante bello pro aliis, ad avertenda majora eorum pericula & damna, bono animo & intentione erogatæ ſunto.

Sententiæ tempore belli de rebus merè ſecularibus pronunciatæ, niſi proceſſus vitium & defectus manifeſtè pateat, vel incontinenti demonſtrari poſſit, non quidem omnino ſint nullæ, ab effectu tamen rei judicatæ ſuſpendantur, donec acta judicialia, (ſi alterutra pars intra ſemeſtre ab inita Pace ſpatium petiverit reviſionem,) in Judicio competenti, modo ordinario vel extraordinario in Imperio uſitato revideantur, æquabili jure ponderentur, (tempore enim belli, ob metum potentiæ, vel alias ob cauſas, non fieri, fere præſumitur:) *atque ita dictæ ſententiæ vel confirmentur, vel emendentur, vel ſi nulliter latæ ſint, planè reſcindantur.* Conf. Reviſiones ſententiarum tempore belli contractarum in d. art. 4. §. 32.

Prout in ſpecie de his Spira, VVeiſſenburgum ad Rhenum, Lindavia, Reutlinga, Heilbrunna, aliæque conqueſtæ civitates reſtituantur. Ratio: quia, ſi quid vi, metusve

 cau-

cauſa factum ſit, per actionem, vel exceptionem metus reſcinditur, (No.53.) in qua exceptione eadem omnino, quæ in exceptione doli mali, obtinent. (No.54.) Ratio rationis, quia talis metus eſt omnino concuſſivus, impreſſivus, perfidiæ, cadensque in virum conſtantem, veluti, ſi quis metus cauſa quid vendidit, metu coactus à contractu receſſerit, indebitum ſolverit, aut caverit, poſſeſſionem alii tradiderit, in carcerem detruſo vel cuſtodito quid fuerit extortum, &c. &c. (No.55.) cujus eſt effectus, quod factum dici non poſſit, id, quod metu factum eſt: (No.56.) promittens aliquid metu, non teneatur promiſſa obſervare: (No.57.) & ubi ineſt metus, ibi non valeat actus, & de jure naturali; (No.58.) quæque metu, vique geſta ſint, nec attendi, neque rata haberi debeant: (No.59.) quodque metus reddat actum nullum, imò juramentum ſuper tali inſtrumento interpoſitum, non obliget: (No.59.) impediatque executionem actus meticulosè, violenterque facti: (No.60.) reſcindatque contractum & obligationem: (No.61.) quin imò contractus metu, vique celebratus, non cenſeatur approbatus, etiamſi contrahens poſtea recepiſſet vel ſolviſſet pecuniam in eo promiſſam: (No.62.) Formam exceptionis ſuper metu, & violentiam refert, præter alios, Colerus. (No.63.) Multis

tis in locis Officiales Bellici ejusmodi obligationes, cumprimis à Civitatibus & Comitibus Imperii vi, metuve extorſere, quæ poſt pace Germaniæ reſtitutâ prorſus caſſatæ fuerunt. Diſponitur hîc porro, quod ſententiæ tempore belli pronunciatæ, ante reviſionem actorum non debeant eſſe ratæ, quod accipiendum tantùm de iis ſententiis, quæ inter Status Imperii in Aula Imperatoris latæ, non verò de iis, quæ in cauſis privatorum publicatæ ſunt, aliàs nullus eſſet litium finis, (No.64.)

Decimo tertio traditur in ſubſeq. quadriga §§. de tempore repetendæ inveſtituræ; bonis amiſſis, itemque officialibus bellicis togatis & ſagatis, militibusque reſtituendis in ſtatum ante motus, & gaudentibus Amneſtia, &c.

§.50. *Si quæ etiam feuda regalia vel privata ab An.* 1618. *non fuerunt renovata, nec interim eorum nomine præſtita ſervitia, nemini id fraudi eſto*, (bellum namque pro juſto impedimento habetur, quò minus Vaſallus commodè à Domino feudi inveſtituram petere poteſt, ſec. D. Struv. (No.65.) ubi hunc tx. Pacificationis adducit,) *ſed tempus repetendæ inveſtituræ à die factæ pacis cedere incipiat.* Conf. Art. 4. J.G. §. 33.

§. 51. *Tandem omnes & ſinguli tam bellici officiales, militesque, quam Conſiliarii & Mini-*

ſtri togati, Civiles & Eccleſiaſtici, quocunque nomine aut conditione cenſentur, qui uni, alterive parti, earundemve fæderatis aut adhærentibus, togâ vel ſago militarunt, à ſummo ad infimum, ab infimo ad ſummum, absque ullo discrimine vel exceptione, cum uxoribus, liberis, hæredibus, ſucceſſoribus, ſervitoribus, quoad perſonas & bona, in eum vitæ, famæ, honoris, conſcientiæ, libertatis, jurium ac privilegiorum ſtatum, quo ante dictos motus gaviſi ſunt, aut jure gaudere potuerunt, utrinque reſtituti ſunto, nec eorum perſonis aut bonis ullum creator præjudicium, ullave actio vel accuſatio intentator, multo minus ulla pœna, damnumve quocunque prætextu irrogator. Et hæc quidem omnia quoad illos, qui Cæſareæ Majeſtatis & Domus Auſtriacæ Subditi & Vaſalli non ſunt, pleniſſimum effectum habeant. Conf. J. G. art. 4. § 34.

§. 52. *Qui verò Subditi & Vaſalli hæreditarii Imperatoris & Domus Auſtriacæ ſunt, eâdem gaudeant Amneſtiâ, quoad perſonas, vitam, famam & honores, habeantque ſecurum reditum in priſtinam patriam, ita tamen ut ſe teneantur accommodare LL. Patriis, Regnorum & Provinciarum.* d. artic. & §. ỽ. 1.

§. 53. *Quantum autem eorundem bona concernit, ſi ea, antequam in Coronæ Suecicæ, Galliæve partes tranſierunt,* (videntur his verbis Bohemi intelligi,) *confiſcatione, aut alio modo*

an iſ-

amiſſa fuêre, etſi Plenipotentiarii Suedici diu multumque inſtiterant, ut iis etiam illa reſtituerentur; tamen cum S. Cæſ. Maj. hac in re ab aliis nihil præſcribi, nec ob Cæſareanorum conſtantem contradictionem aliter tranſigi potuerit, Ordinibusque Imperii ea propter bellum continuari è re Imperii non fuerit viſum; porro quoque amiſſa ſunto, ac modernis poſſeſſoribus permanento. d. §. 34. ℣. 2.

§. 54. *Illa verò bona, quæ ipſis pòſt ob eam cauſam, quod pro Suecis aut Gallis contra Cæſarem, Domumque Auſtriacam arma ſumpſiſſent, erepta ſunt, iisdem, qualia nunc ſunt, absque refuſione tamen ſumptuum & fructuum perceptorum, aut damni dati, reſtituantur.*

Quemadmodum hîc non tantùm illis, qui feuda ſua intra annum & diem, juxta tenorem Juris Feudalis, tempore belli non ab Imperatore recognoverunt, ſed etiam militibus, tam togatis, quam ſagatis, qui uni vel alteri parti belligerantium in bello adhæſerunt, quique Cæſareæ Majeſtatis & Domus Auſtriacæ Subditi & Vaſalli non ſunt, generalis reſtitutio & amneſtia conceſſa; ita iidem Subditi & Vaſalli hæreditarii Imperatoris ac Domus Auſtriacæ quoad perſonas communem, quoad bona verò limitatam tantùm obtinuerunt reſtitutionem: quæ lex licet Evangelicis videatur admodum dura, tamen è re Imperii, vel ob publicam Imperii ſalutem,

quæ ſuprema Lex meritò eſſe debet, ita ſcripta eſt.

Decimoquarto. In ſeq. §. agitur de Luther. prætenſionibus in Bohemia, &c.

§. 55. *De cætero in Bohemia aliisque quibuscunque provinciis hæreditariis Imperatoris, A. C. addictis*, (cùm nuperrimè in Literis Plenipotentiarii Cæſarei, Noviomagum ad Tractatus Pacis miſſi, A. C. addicti Status, Acatholici dicti fuerint, Status illi in Comitiis Ratisb. de hoc inuſitato termino conqueſti ſunt, ut patet ex ipſorum propoſitione, cujus tenorem exhibet D. Fritſch. (No.65.) *Subditis vel Creditoribus, eorumve hæredibus, pro privatis ſuis prætenſionibus, ſi quas habent, & earum nomine actiones intenderint, aut proſecuti fuerint, Jus & Juſtitia æquè ac Catholicis citra reſpectum adminiſtretur.* Confer. d. Art. 4. J. G. §. 34. verſ. 4. (*Omnino enim juſtum, Jurique Divino conveniens, citra reſpectum Religionis ſubditis juſtitiam adminiſtrari.*)

Auguſtanæ Confeſſioni addictis in Bohemia, aliisque hæreditariis Imperatoris Provinciis æqua juris & juſtitiæ adminiſtratio ſit. (No.66.) ex quo verſu inprimis patet, Bohemiam hodie eſſe hæreditariam Auſtriacorum Provinciam, quò Cæſ. quidem Maj. dudum reſpexit; (No.67.) Si verò Status & Ordines deſuper interrogarentur, eaq; propter ſcripta publica jugiter trutinarentur, nihil aliud ex iisdem colligeretur, quàm Regnum omnino

hoc

hoc eſſe electivum; verba enim A. B. Caroli IV. ita ſe habent: (No. 68.) ſi vero aliquem ex hujusmodi Principatibus ipſorum, Imperio vacare contingeret, tunc Imperator ſive Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipſo providere debebit & poterit, tanquam de re ad ſe, & Imperium legitimè devoluta, ſalvis tamen ſemper Privilegiis, Juribus & conſuetudinibus Regni noſtri Bohemiæ ſuper Electione Regis, in caſu &c. &c. quibus ex hujusmodi ſanctione Imperiali, in nullo præjudicari volumus, &c. (No. 69.) Quoniam ergo hi hujus Regni Bohemiæ incolæ, aliis Statibus Imperii mediatis (Rex enim Bohemiæ ab Electoribus & Statibus Imperii pro Statu agnoſcitur Imperii in lata ſignificatione, quia nullum alium ſuperiorem, niſi Imperatorem agnoſcit, (No. 70.)) Sunt ſimiles, contraque Literas Majeſt. & alia jura in Eccleſiaſticis & Politicis gravati: (No. 71.) meritò igitur Coronæ Exteræ tam eorundem, quàm aliorum Statuum gravatorum partes ſectabantur, & plena reſtitutione frui expetebant, quoniam iidem etiam Germani, inque eorundem Eccleſiis Germanicæ habentur conciones, & cum Moravis Germaniæ annumerantur, ac pro primario & Nobili Imperii membro, proque Feudo etiam Imperii, quod adhucdum Imperio etiam ſubeſſe reputantur, (No. 72.) hinc Impp. Bohe-

niæ Reges tàm citarunt, quàm contra eos judicarunt, imò etiam impuberibus tutores dederunt. (No.73.) Cum itaque Coronæ Exteræ exiſtimarint, Earundem ſecuritatem in hujus Regni Bohemiæ tranquillitate conſiſtere, quare etiam Idem cum Imperio Romano ſua olim legitimè acquiſita libertate, immunitate & privilegiis gaudebit, & poſtliminiò reſtituetur. Verùm enimverò tùm hoc jus obtinuit Ferd. II. An. 20. Pace dein Pragenſi An. 35. Idem Imperator Bohemiam ſibi pleno jure aſſeruit, Eidemque, Hæredibus & Poſteris Sileſii Principes juramentum fidelitatis præſtiterunt, indeque Ferd. III. in Regni Bohemici Succeſſionem eſt inauguratus. (No.74.)

Decimoquintò. Excepta à ſupra memorata reſtitutione hîc recenſentur.

§. 56. *A dicta tamen univerſali reſtitutione excepta ſunto*, (Tractatus enim Pacis hoc puncto Reſtitutionis non erant ſufflaminandi,) *quæ reſtitui vel redhiberi nequeunt, mobilia & ſe moventia, fructus percepti, auctoritate belligerantium interverſa, itemque tam deſtructa, quàm publicæ ſecuritatis cauſa in alios uſus converſa ædificia, publica & privata, ſacra & profana, nec non depoſita publica vel privata hoſtilitatis intuitu confiſcata, legitimè vendita, ſponte donata.* Confer J. G. art. d. 4. §. 35.

Hic §. loquitur de iis tantùm, quæ reſtituenda ex capite amneſtiæ, non verò ex puncto gra-

gravaminum; & ex quo videre eſt, multas regulas juris privati in publicis Imperii negotiis ſæpenumero perdere ſuum officium.

Decimoſextò. In ʃʃ. hoc ult. tr. de Cauſa Succeſſionis Juliacenſ. (No.75.)

§. 57. *Quia verò etiam cauſa Juliacenſis Succeſſionis inter Intereſſatos, niſi præveniatur, magnas aliquando turbas in Imperio excitare poſſet, ideo conventum eſt, ut ea quoque Pace confectâ, ordinario proceſſu, coram Cæſ. Maj. vel amicabili compoſitione, vel alio legitimo modo ſine mora dirimatur*, Conf. d. art.4. §.36. (Hæc quidem ſuperioribus annis inter Electorem Brandenburgicum amicabiliter compoſita, ſed ſalvis juribus Ducalis Domûs Saxonicæ.)

Familiæ Juliacenſis origo hinc vulgo arceſſitur: Circa annum Chr.700. Theodoricus, ultimus Comes Caſtri Clivii & adjacentis regionis duxit Beatricem, Comitis Teiſterbandæ filiam & hæredem; quæ defuncto marito junxit ſibi Ælium Gracilem, Caroli Martelli fidum Socium, inque ejus familiam transtulit jura & titulos Comitis Cliviæ ac Teiſterbandæ. Hoc par conjugum ſtirps eſt Ducum Cliviæ, Montium & Juliaci, Comitum Marcæ. Quorum ultimo Johanne Wilhelme extincto An. Chr.1609. nulla virili ſtirpe, Sorores ſupererant, quarum Prima (Mariæ Eleonoræ nomen erat,) Alberto Friderico Brandenburg. Anna Philippo Ludovico Neo-

burg. Magdalena Joanni Bipontino, minima denique natu Sybilla Carolo Burgoviæ Marchioni (Ferdinandi Archiducis ex Philippina Welſeria Patricia Auguſtana filio, iſto tamen matrimonio ſuſcepto) denupſerunt. Hinc acerrima de tanta hæreditate contentio; quam totam illinc Georgius Sigismundus Elector Brandenburg. Mariæ Eleonoræ ex Anna nepos, inde Wolffgangus Guilielmus Neoburg. Annæ Juliacenſis filius ſibi vindicabant. Bipotino atque Burgovio ſuas quoque ſibi partes, & quo pluribus tricis res innecterentur, Carolo Gonzaga Niverſio Cliviam, tanquam è Cliviæ Ducum Domo, & Carolo Roberto Comite Maleporio, è Marcanorum Comitum gente, Marcæ Comitatum poſcentibus. Adverſabantur Saxones, qui ſucceſſionis jura in Juliacas atque Bergenſes terras à Friderico Imper. in Albertum Saxoniæ Ducem collata, ſui erga Cæſarem atque Imperium officiis eam gratiam meritum, Cliviæ verò Marcæ & Ravenſteinii hæreditatem ex pactorum dotalium tabb. inter Johannem Fridericum Saxoniæ Electorem, & Sibyllam Johannis Clivenſis filiam initorum ſibi debitam, memorantes, cauſam ſuam, velut reliquis potiorem, omnibus fere, ſi partes excipias, approbavere, ſive regnandi gratia jus violandum illæ putarent, modò cæteris in rebus pietatem colerent, ſive ſe optimo jure niti

ſibi

ſibi ipſis perſuadebant, inſito mortalibus affectu, & judicium quaſi natura extorquente, ut cauſæ æquitati putemus tribuere, quod ambitioni, aviditatique noſtræ interim indulgemus. Matthias Imper. mandando, ut Mulhemium deſtrueretur, litem inter VVolfgang. Neoburgicum & Brandeburgicum Septemvirum accendit An. 1612. qui bello inde exorto, tandem ditionem diviſerunt, Saxoniæ Ducibus jus in Principatum ſibi competens hodieque ſibi reſervantibus. Hoc §. hæc controverſia amicabili transactioni, aut Judici Ordinario relinquitur decidenda, quum verò hæc cauſa ita prægnans ſit, ut aliquando magnas turbas in Imperio excitare poſſet, ut ita, quum multorum Statuum intereſſe in hac cauſa verſetur, quod omnes aut certè plurimos tangit, ab omnibus, aut ex hiſce plurimis approbetur ac finiatur, ideo in majoribus cauſis, unde tumultus in Imperio timeri poſſent, utriusque Religionis Electorum & Principum Sententiæ & Vota (in Judicio Aulico) requirenda. Et cum hæc Juliacenſis cauſa hactenus indeciſa, miras ſæpe in Imperio turbas excitaverit, ex eaque plurima mala, veluti ex Equo Trojano, exorta, hinc hodie Dux Juliacenſis ob hanc controverſiam voto caret, nemoque horum controvertentium Principum ad vota in Comitiis evocatur, &c. quare optandum ſanè fuiſſet,

iſſet, ut lites de iſthac ſucceſſione inter intereſſentes, vel matrimonio vinculi, vel alia amicabili transactione, quæ etiam Juterboci obtineri poterat, in herbis quaſi fuiſſet extincta; (No. 76.) tum enim noſtra ætas Uniones & Ligas, Hiſpanienſes & contra Hiſpanienſes non vidiſſet, Bohemicæque turbæ forſan aut nunquam eveniſſent, aut ſi accidiſſent, facile unanimi Evangelicorum interpoſitione hujusmodi mala exorta ſopiri potuiſſent. Interim Elector Brandenburgicus & Comes Palatinus Neoburgenſis, Ducatuum Poſſeſſores, ante paucos annos inter ſe transegerunt, ſancteque invicem promiſerunt, mutuâ ope, contra quoscunque jus ſuum ſtrenuè tueri.

(a) Per allegata Balthaſ. d. oper. ſubd. c. 17. p. 438. cum ſeq. ubi plur. & qu. aliquid accipi poteſt ut genus, & etiam ut ſpecies. (b) Geil. 1. obſ. Pr. 29. n. 2. & 2. obſ. 94. n. 1. (c) Blanc. in repet. l. f. ff. d. quæſt. n. 126 Hipp. d. Marſil. in ſing. ſuo 109. Menoch. de A. I. Q caſ. 72. nu. 10 & caſ. 110. nu. 5. Jaſ. in l. Imperium n. 32. ff. de jurisd. Maſc. d. probat. vol. 1. qu. 9. n 40. cum 2. ſeq. Pegner. quæſt. crim. c. 24. nu. 24. Airer. in Proceſſ. lib. 1. c. 5. obſ. 2. n. 12. cum aliq. ſeq. (d) Per notata Reyg. in Theſ. Jur. de incluſ. uni9. p. 767. add. Menoch. conſ. 14. Vol. 1. n 5. 14. & 15. (e) Th. jur. Tom. 6. p. 652. (f) in Adnot. ad I. P. art. 4. p. 418. usque ad p. 426. incluſivè. (g) Capitul Imp. Ferd. II. art. 30. in f. Geil. 2 de P. P. c. 3, n. 16. cum aliq. ſeqq (h) in Adnot. ad I. P. p. 427. (i) v. Everh. Elect. Bav. p. 15. cum aliq. ſeq.

&

& p.63. (k) Id.p.20.add.Capitul.Ferd.II.§.26. & Capitul.Ferd.III.§.29. (l) Kurtze und eigentliche Beſchr. der Nimeg.Friedens-Handl.&c. p.60. & 459. (m) Camer.Ord.zu Worms. d. A.1521. wie auff die Acht zu procediren? add. Everh. p.19. 20.& 69. (n) Id.p.18.20.& 21. Carpz.de L.Reg. cap.9.ſect.n.9. (o) Everh.p 54. cum ſeq. (p) Aur.Bull. tit.7. & 25.add.Capitul. Ferd.II.art.20. & Capitul.Ferd.III.art.8.& 9. (q) Everh.p.52. 67. cum aliq.ſeq. (r) Idem p.6.7.cum ſeq.& p. ult. (s) Geil.2.obſ.153. n.2. (t) A.B.tit.20. in f.§.da aber auß Irrthum,Capitul.Ferd.II.art.38. & Capit Ferd.III.art.40.cum ſq. (u) R.I. d.A. 1641.§. Nachdem aber.circ.fin.p 8.& §. Und nachdem die Pfältz.Sach. p.16. (w) in Tr. prælim. exiſt. amic. & amic. p. 25. §.alia poſt atque alia. (x) Everh. p.63. in f.cum ſqq. aliq. Geil.de P.P. c.13.fere per tot. (y) Id.latè 2.obſ.19.n.15.cum aliq.ſeqq. (z) lib.3.n.86.& lib.4.n.15 ſub f.add. D.Pufend.Rer.Suec.lib.19.§.99. (No.1.) l.nam hoc natura. ff.d.cond.indeb. (No.2.) v. Goldaſt.lib.3.d.R.Boh.c.5. (No.3.) l.11.ff.de J.& J. (No.4.) d.tr.Rer.Suec. Pufend. §.124 n.1.2.& 3. It. p.179. (aa) Burg.R.I. diſc.28. pag.1. in f. (bb) Carpz.in I.P.F. part.2. conſt.1.def.8.& ſeq. conf.quoq; Geil.2.obſ.18.Mynſ.c.1.decad.4.reſp. 31.add.Grot.de J.B.& P. lib.2.c.4.n.15. Brunnem. ad l.9. ff. d.pignor.act. n.8. & Dd.ab eo allegatos. Idemq; in Conſil. 125. cum ſq.n 47. & conſil.128. n.31.conſil.130.n.34 & n.68.& ſqq. (cc) quos inter inprimis legi merentur D. Pufend. in d. commentar.d.R.S.lib.19.§.106.& 107. Itemque Hiſt.Pac. Weſtph.p.445.cum 2.ſqq.(dd) Reink. de R.S.& E.claſſ.3. cap.2.n.29. (ee) Geil.2.de

P.P.

P.P.c.1.n.26. (ff) R.J.de An.1495. (gg) Geil. 2.d.PP.c.13.n.15. cum ſq.& c.15.n.15. (hh) Id.d. tr.c.4.n.4. (ii) Aur.B.tit.7.§.da aber derſelben Fürſtenth.eines im Reich ledig würde.ubi Buxtorff.th.87.lit.f. Roſenthal.de Feud.lib.10.cap.38. n.32. (kk) l.5.§.ult.l.51.ff.de A.R.D. (ll) Roſenth. d.Feud.concl.5. c.12.n.2.& 3.& concl.10.c. 38.n.31. Vult. d.feud. lib.1. c.5.n 15. Schrad.c.1. part.4.n.7.& alii citati à Buxtorff.d.th.87.lit.f.ubi exemplificat.Geil.2.de P.P.c.15. num.15. (mm) Carpz.de L.Reg.c.10.ſect.8.n.6. (nn) Geil.2. obſ.70. n.9.10.& 11. (oo) Id.1.obſ.Cam.24. n.1. (pp) l.14.§.9.ff.de ædil.ed.l.1.§.6.ff.de ſucceſſ. edict.l.ult.C.d.pact. (qq) Geil.2.obſ.70. n.6. (rr) Reink.d.tr.l.1.cl.4.c.8.n.2.& c.12.n.& c.13.n.9. (ss) Geil.1.obſ.88.n.5.& 2.de PP.c.13. n.15.cum ſq. (tt) Id.1.ob.113.n.1.& 2.& 2.de PP. c.13.n.15.cum ſq. (uu) Id.1.obſ.16.n.7. (vv vv) Capp.art.2.& 3.it.art.38.& 40.It.art.9.& 10.& art. 25.& 29. (xx) contra artic. 6. & 7. it. 10. & 13. (yy) Caraff. d.Germ.Sacr.reſtaur.p.(m.)100.§. inſtitutus poſtea fuit. (zz) Contra fundam. Carpz.in L.Reg.c.4.ſect.6.c.4.n.4. (No.1.) Id. d.tr.c.2.ſect.10.nu.9.& ſect.6.c.4.nu.4. Confer. Limnæ.in not.ad Jus Publ. Dan.Ott.p.49.th.76. Capitul.Impp.artic.1.utrobiq;. (No.2.) v.Carpz. d.tr.c.4.ſect.6.per tot.ubi quoq;exemplif.&Reinking.d.tr.lib.2.cl.3.c.2.nu.4.5.6.7.& 8. (No.3.) Coler.in diſp.de Jur.Imp.Germ.8.78.p.278. cum ſq.Add. Dan.Ott.d.Jur.Publ.cap.11.p.272.(N.4.) Reink.d.tr.l.2.cl.3.c.1.n.18.19.20.(No.5.)Carpz. d.tr.c.14. ſect.5. n.16. Confer.Geil.1.de PP.c.4. n.45.& c.9.n.3.inf. (No.6.) vid.Everh.Elect. Bav.n.11.p.16. (No.7.) l.4.C.ad L.Jul.d.adult.

Geil.

Geil.2. obſ.69. nu.11. & obſ.101. nu.7. (No.8.) Geil.1. de PP.c.1.in pr.n.1.& 2. (No 9.) Carpz. d.tr.c.1.ſect.14.18. & c.13.ſect.1. nu.13. (No. 10.) Id.d.c.13.ſect.1.n.13.in f. (No.11.) Id.c.1.ſect.14. n.18. (No.12.) arg.dictorum à Geil. 2. de PP. c. 1.n.22. (No.13.) Geil 2.obſ.110.n.10. (N.14.) Reink. d.tr.l.2.cl.3.c.1. n.18. (No.15.) Capitul. art. 28 & 32. (No.16.) Carpz d. tr.c.7.ſect.11. n.20. (No.17.) Capit.tit.31.& 36. (No.18.) R. I.de An.1641.§.Nachdem aber.verſ.Am Andern. p.7. (No.19.) Geil.2.de PP.c.1.n.26.& c.19 fere per tot. (No.20.) Geil.2.obſ.70. n.12. (No. 21.) Id.1.de PP.c.4.nu.45. (No.22.) Idem 2. obſ.157.n.2. (No.23.) Id.1.de PP.c.4.n.10.11.12. arg.Capit.Ferd.II.art.31.& Ferd.III art.35. (No. 24.) Geil.2. de PP.c.15.nu.10.11. & 12. (No.25.) Capit.Ferd.II.art.24.25.& Ferd.III.art.29. (No. 26.) juxta artic.42. Capit. Ferd.III. (No.27.) contra art.44.præd. Capit. (No.28.) de An. 1555. §. Wir beſ. und geb. &c. (No.29.) Geil.1. obſ 42.n.10. (No.30.) Idem 2.obſ.76.n.5. in f. (No.31.) Id d.l.n.10. & 1.obſ.113.n.2.3. (N.32.) Reink.d.tr.l.2.cl.2.c.17.n.17. Maranth.d.ord.judic.th.4.diſp.16 n.7.p.179. (No.33.) Id.Reink. l.1.cl.4.cap.6.n.6. (No.34.) Reichvvein in ſuo formular. Cammerger.ſuppl.in not.p.249 informat Donavvert. pag.1.poſt princ. add. Caſp.Leipold. in diſp. d. concurrent.jurisd. qu.19. p.443. (No.35.) Geil.1.obſ.1.num.3.cum obſ.ſeq.per tot. (No.36.) Reink.d.tr.l 2.cl.3. c.2.n.14. cum aliq. ſeqq. (No.37.) Dan.Ott.d.Jur.P.c.11. p. 272. (No.38) Sec.Aur.B. tit.20.§. da aber aus Irrth. adde Capitul.Ferd.II. art.30, & art.40. cum ſeq. Ferd.III. (No.39.) Geil.2.obſ.76.n.12. cum ſq.

& 2.obſ.75.n.2. (No.40.) D. Puſendorff.d.tr. R.Suec.lib.19.§.106. (No.41.) Id.d.loc.§.107. (No.42.) Id. d.loc.§.125. (No.43.) Id.d.loc. &§. (No.44.) Id.d.loc.§.192. (No.45.) Spener.in Syll.Genealog.p.207. (No.46.) Per tradita Carpzov.in I.P.F.p.2. conſt.33.def.17.per tot. (No.47.) Burg.d.tr.p.1.diſc.31.p.100. (No.48.) d.tr. d.prætenſ. Illuſtr. (No.49.) d.tr.ad 3.art. p.430.cum aliq.ſeqq.In dem eingerichten Receſs in der Gräfl. Naſſ. Reſtitutionſach. (No. 50.) Id.Fr.d.Annot.ad Jus P.hoc §. p.679. (N.51.) ad h.art. p. 439.cum ſq. Ans Reich contra HeſſenDarmſt. in puncto Executionis juxta Tenor. Inſtr. P. (No. 52.) Id. fuſius d.tr.p.1. d.31.per tot. (No.53.) l.1.ff.quod met.cauſ.l.3.in pr.l. 9.§.ſed quod Prætor ait.ibi:ſive omne vellet.ff.d.t. & l.3.ibi.poſtq.placuit.C.d.his,quæ vi &c. conf.R. I.d.An.54 §.166. (No.54.) l.6.ff d.offic.Præſ. l.f. C.d.his quæ vi &c. l.21.§.ſi metu.ff.d.t.l.ult.§. fœnerator.& §.ſi quis quod.eod.d.l.9.§.id.act.eo. l.7.C.d.t.l.pen.ff.eod. vid.quoque Zanger. d.except.part.3.c.11.n.38. (No.54.) l.metum.§.volenti. ff.quod met. cauſ. (No.56.) l. metus.§. Prætor.eod. (No.57.) Innoc.in c.quod ſicut. in Gl.magna n.11.d.Elect.Cœpol. conſil.40.in f. Marſ.conſ.8.n.16. (No.58.) d.l.1.quod met.c. Boër.deciſ.100.n.1. Socin.jun.conſil.77.n.91. lib.1. (No.59.) l.interpoſitas. Ubi Scribentes, & præcipuè Bl. nu.5.C.d.transact. Gl.in l.n.§.quæ onerandæ in Verb.metu ſolo. ff.quar.rer.act.&c. & in c.2.d.eo, qui dux.in matrim.&c. ubi Abb.num.5. Gramm.conſ 91.n.4.& alii complur. (No.60.) l.5.& 6.ff.d.t.Socin.Jun.d.conſ.n.44.vol.1. (No. 61.) Dec.in c.fin.ubi Abb.& alii d.appell.Id.Dec.

in

in l.in omnibus.ubi Cagnol.de R.I. (No.62) Br·Bl. & cæteri omnes in l.2.C.de his quæ vi &c. Viv. deciſ.105. n.5 ubi teſtatur de comm.opin. (No. 63.) ad c.1, n.38.ext.d.Except. (No.55.) l. fin. ff. pro ſuo. (No.56.) conf. hîc quoque Inſtr. Gallic.artic.4 §.34. (No.64.) vid. R.I.d.An. 41.§. von ſolcher Amneſtia aber &c. p.8 conf.E-verh. Elect.Bav. p.14.circ.fin.cum ſeq. (No.65.) 2.Feud.52.§.f. Verbo: juſta cauſa impediente Stru. in Synt.J.F. c.10. aph.9. (No.66) Fritſch in Adnot.ad h.§. p.680. (No.67.) tit.7.circ.fin. (No.68.) Sec.Dreſſer.in Millenar.6.p.2.ubi de Bohem.in 35 Duc. (No. 69.) v.Everh.Elect. Bav. p.18.circ.f. Carpz.ad L.Reg.cap.5. ſect.11.nu. 24.26.31. (No.71.) Id.c.5.ſect.10.nu.11.& ſect. 11.n.13,22.23.& c.13.ſect.5.n.23.Dan.Ott.de J.Pub. c.10.p.176. & Id.Carpz.d.ſect.11. nu.16.17.& 18.it. c.3. ſect.13.nu.17.& c.5. ſect.5. nu.26. (No.71.) Buxtorff.ad A.Bull.tit.8.th.88.& in fin.add quoque Dan.Ott.d.tr.c.10.p.177. (No.72.) Epit. rer.Germ.p.53. Limn.l.3.de J.P.c.8.n.30.& ſeqq. (No.73.) de qua admodum prolixè Burg.p.1.diſc. 32.per tot. add. Hiſt.Pac.Weſtph. lib.1. n.9. D. Hofmann. in Lexic. univ.&c. ſub Lit. Juliacenſis Ducatus & Juliacum tom.1. p.869. (No.74.) conf.R.I.d.An.54. §.25.& Inſtr.Pac. art.5. §.20. verſ. quoad Proceſſ. Spreng. in Jpr.P. p.362. & in Lucerna Imperii p.28.

De Puncto Gravaminum Eccleſiaſticorum ſive Religionis.

Articulus V.

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Correctio circa gravamina hujus exordii in hoc articulo, junctâ eorundem Origine, & diviſione.*
   I. Caput de Origine Pacis Eccleſ. in Imperio, & Confirmatio ejusdem in omnibus capitulis.
2. *Contradictiones & Proteſtationes contra Inſtrum. P. nihili & inanes declarandæ, itemq; arietes contra Pacem Religioſam.*
3. *Æqualitas inter Status ſervanda.*
   II. Terminus Reſtitutionis in Eccleſiaſticis: & quomodo interpretandus?
4. *Reſtitutio Civit. Mixtæ Relig. Prima Auguſtæ Vindelicorum.*
5. *Hiſtoria & Judicium de Cauſa Donavverdenſi.*
   III. De Bonis Eccleſiaſticis, & Reſervato Eccleſiaſtico.
   IV. De Epiſcoporum Electione.
   V. De Jure Primariarum Precum, Annatis, Juribus Pallii, Menſibus Papalibus, & Canonicis.
6. *An Pax Religioſa injuriam inferat Creatori & veræ Religioni?*

7. Pax

7. *Pax Religioſa ad LL. Fundamentales referri poteſt.*
8. *Pax Relig. non eſt uſurpatio Poteſtatis incompetentis.*
9. *Epiſcopis fas, jusque competiit ad Transactionem religioſam.*
10. *An Pax Rel. Eccleſiæ Dei, Summorum Pontificum, S. Patrum, Veterumque ſuffragio deſtituatur & damnetur?*

Quid contra P. R. Hungariæ Status oppoſuerit? remiſſivè.

VI. De Electione Archiepiſcoporum, &c.

VII. De Canonicis Eccl. Cathedr. &c.

VIII. De Religionis con- & reſervatione in bonis Eccleſ. Immed.

IX. De bonorum Eccleſ. Mediatorum reſtitutione Evangelicis fac.

11. *An per ceſſionem jurium & bonorum temporalium Eccleſiæ, quibus cumprimis jus alti Imperii annexum eſt, animabus perditio creetur?*
12. *An Pax Rel. libertatem & jus religionis tantum illis permittat, qui in præſens illud habuerunt, an etiam aliis in futurum?*

X. De reſtitutione Nobilitatis liberæ & immediati Imperii in Eccleſiaſticis.

XI. De reſtitutione in Eccleſiaſticis Liberarum Imperii Civitatum.

XII. De reſtitutione religioſa Statuum Immediatorum & Subditorum tam in Imperatoris

toris hæreditariis Provinciis, quàm Statuum Imperii territoriis. It. de jure Reformandi Exercitium Religionis.

13. *An, ſicut illi cenſus atque reditus bonorum Eccleſiaſticorum, qui ex Catholicorum Imperii Statuum territorio Evangelicis; ita & iſti, qui ex Provinciis Proteſtantium aliis Proteſtantibus Imperii Statibus debentur, per Sanctionem Pacis Oſnabr. ei cenſeantur abjudicati, qui* Cal. Jan. *Anni* 1624. *in poſſeſſione eorundem fuit? remiſſ.*

14. *De Autonomia.*

15. *Quod ſubditi Religione diſſidentes ſe mutuò civili concordia perferre ac pati debeant.*

16. *Beneficium & Terminus emigrationis.*

17. *An jura Majeſtatis circa religionem inſtituendam aut introducendam Principibus Secularibus competant?*

18. *An* Pax *Relig. animabus neceſſitatem credendi imponat?*

19. *An* P. *Religionis ſubditorum animas & conſcientias in negotio Cultûs Div. ſubjiciat arbitrio* Principum?

20. *An* P. R. *aut ad hæreſin adigat, aut ad emigrationem?*

21. *An, quod de emigratione diſponitur, in* P. R. *ſit voluntatis, an neceſſitatis?*

22. *An liberè emigrandi facultas ſit illecebra apoſtatandi?*

23. *An, quia amore terrenorum homines plerumq;*

reli-

religionem ad placitum Superioritatis temperant, mutantque, propterea jus relig. Superioritati in P. R. non ſit concedendum?

24. *An P. R. libertatem & jus religionis tantum illis permittat, qui in præſens illud habuerunt, an etiam aliis in futurum?*

25. *Francorum Reges independenter à P. R. poteſtatem aliquam circa Eccleſiaſtica uſurparunt.*

26. *An P. R. ſit uſurpatio poteſtatis incompetentis?*

27. *Mileoti & Bedæi Gallorum de libertate Gallicana & Regis Gallorum circa Eccleſiaſtica diſſertationes reſolvuntur.*

28. *Principem non poſſe decernere per ſe, quid credendum, vel non credendum ſit, ſed quæ credenda, vel non credenda in ſuo territorio in exercitio religionis publico.*

XIII. *Quatenus per Inſtrum. P. libertas Auguſtanæ Religionis in Cæſareis hæreditariis provinciis permiſſa?*

XIV. *De Limitatione juris reformandi.*

29. *De vera definitione Civitatum mixtarum.*

XV. *De Solutione Sacrorum redituum.*

30. *Ad quas decimæ ex agris novalibus pertineant?*

XVI. *De Juris Diœceſani & jurisdictionis Eccleſiaſticæ ſuſpenſione.*

31. *Jurisdictio Eccleſiaſtica ad quæ objecta ſeſe extendat?*

32. *Principes & Status Seculares in Comitiis*

Imp. de ſuſpenſione poteſtatis Eccleſiaſticæ nihil egerunt per modum præcepti, ſed per modum voti & petiti.

33. *Jurisdictio Eccleſiaſtica licet ſuſpenſa ſit in perpetuum, non tamen eſt dicenda extincta.*

34. *Jurisdictio Principis quantum circa bona Eccleſiaſtica valeat?*

35. *Regulæ & jura de bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtratione communiter à Pontificiis rigoroſis petuntur ex Jure Canonico.*

36. *Gratianus non poteſt eſſe certa regula agendorum in Imperio.*

37. *Jurisdictio Cæſaris, licet Laicus ſit, adverſus Eccleſiaſticos fundatur ratione bonorum feudalium, privilegiorum & regalium, quæ à R. Imperatore & Imperio habent, ſec.* Jura *& Dd.*

38. *Poteſtas Principis num valeat ſuſpendere jurisdictionem Eccleſiaſticam fori interioris?*

39. *An neceſſitas aliquam Cæſari & Statibus Imperii poteſtatem extraordinariè circa Eccleſiaſtica tribuat?*

40. *Impp. ſupra ſeculum crediderunt, juramentum Advocatiæ R. Sedi & Autonomiæ in Religione A. C. concedendæ eſſe compoſſibilia?*

41. *An libertas Religionis in Gallia Proteſtantibus data Paci Religionis deſideratæ aliquid deroget?*

42. *Variorum virulenta ſcripta in Inſtrumento Pacis.*

43. Uſus

43. *Uſus & abuſus Conc. Diſpp. & alius in idem ſcribendi generis.*

44. *Scholæ Diſpp. non ſemper ad tractanda negotia Reip. rectè trahuntur.*

45. *Nec conſcientia eſt innodanda Diſpp. ſubtilibus de finibus Communitatis Reip. & Eccleſiæ, & ordinandis ad fines poteſtatibus.*

46. *Num in Academiis* Jus *Publ. profitendo ac disputando tractare liceat?*

47. Judex *quatenus transactionibus ſtudere debeat; &, an partes ad Compoſitionem ineundam cogere poſſit?*

XVIII. De *Conventibus Deputationum & Imperii Collegiis.*

48. *An ſub hoc tx. etiam Collegium Collectorale intelligi debeat?*

49. *An etiam hæc Conſtitutio in* Judicibus *Auſtregarum locum habeat? remiſſivè.*

50. *An Religionis* Paritas *in Cauſa Moderationis Matriculæ obſervari debeat?*

51. *Comitia quid? & quotuplicia? Hodie tria ſunt* Imperii *Collegia.*

XIX. De *ratione votandi in Cauſis Religionis & Collectarum.*

52. *An Votorum majoritas in Comitiis prævaleat?*

XX. De *Puncto* Juſtitiæ, *& de antiquis & modernis Imperii Romano-Germanici* Judiciis, *Camera Spirenſi*, Judicio *Aulico, &c.*

53. *Civitas Erfordenſis locus commodus* Judicii *Cameræ Imperialis videbatur.*

54. *Quare hoc* Judicium *Cameræ Imperialis dicatur?*
55. *Quoties Camera Sedem ſuam variarit? & cur translatio ejus omittenda?*
56. *De Dignitate* Judicis *Cameralis & Dnn. Aſſeſſorum Numero.*
57. *De Exemplo tardiſſimi Proceſsûs Spirenſis.*
58. *De Perſonis exemptis* Jurisdictioni *Camerali.*
59. *Quot modis cauſæ ad* Jurisdict. *Cam. deferantur?*
60. *De Collatione* Judicii *Aulici & Cameralis.*
61. *An* Judicium *Aulicum concurrat cum* Judicio *Camerali?*
62. *De ſtructuris monſtroſis Hippoliti à Lap.*
63. *An omnimodò etiam Cauſæ Matrimoniales ab his* Judiciis *arceantur?*
64. *De Præventione inter Cameram, & Aulam Cæſaream.*
65. *Dichotomia Operis Vfenbachiani.*
66. Judicium *Camerale quare Summum?*
67. Unde Judicio *Camerali nomen Cammergerichts?*
68. Judicium *Aulicum longè antiquius* Judicio *Camer.*
69. Jurisdictio Judicii *Aulici non eſt delegata.*
70. *De Statu* Judicii *Aulici.*
71. *Quomodo & quatenus Compromiſſa in Camera fieri poſſint?*
72. *Nunquid & Camera conſenſum Dnn. Electorum adhibere obſtricta?*

73. *An*

73. *An Camera, ut integrum Collegium, an partes tantum Collegium integrantes recuſari poſſint, & in quibus cauſis?*
74. *De Remediis contra Sententias cùm Camerales, tùm Aulicas: itemq; de Revocatione.*
75. *Queſtus circa Judicium Aulicum & Evangel.*
76. *A Judicio Camer. appellari nequit.*
77. *Reviſio non eſt ſpecies appellationis: & dicitur remedium ſuſpenſivum.*
78. *Quomodo Proceſſus Reviſionis vel ordiri, vel proſequi, aut eidem renunciari poſſit?*
79. *Reviſio in quibus cauſis locum habeat?*
80. *Origo & Fundam. Juris Principum.*
81. *De Jure Auſtregarum.*
82. *Privilegia de non appellando quotuplicia?*
83. *Num abolenda Judic. Rotvvil. Provinciale Suevicum, & alia?*
84. *Ratio adnex. leg. XIV. Armiſtitii: junctâ mirabili cautelâ, per quam fere nunquam actor ſequeretur forum rei.*

CUm autem præſenti bello magnam partem, Gravamina, quæ inter utriusq; Religionis Electores, Principes & Status Imperii vertebantur, cauſam & occaſionem dederint, de iis, prout ſequitur, conventum & tranſactum eſt.

In Exordio hoc agnoſcere nolebat pars altera paciſcentium Gravamina iſthæc maximam cauſam hiſce turbis dediſſe; unde vocabulum (magnam) ſubſtituebant: (a) Punctum tamen Gravaminum non diſcuſſorum

 fuiſſe

ſuiſſe originem belli civilis in Imperio, & præcipuum Imperii intereſſe in eo verti, ut hic nodus Gordius diſſolvatur, rerum Imperii periti prudenter judicarunt. (b) Gravamina verò illa in Imperio potiſſimum ab An. 1609. uti ſupra innuimus, ex diſſidiis inter Proteſtantes & Romano-Catholicos orta, ſunt vel horum adverſus Evangelicos, vel iſtorum adverſus illos; vel utrorumque adverſus Imperatoris Aulam. (c)

§. 1. *I. Transactio An.* 1552. *Paſſavii inita*, (Dillingenſes eandem eſſe Paſſavienſem & Auguſtanam dicunt. Verùm, quamquam illæ materialiter conveniant ex parte, formaliter tamen maximoperè diverſas eſſe, imò in materialibus etiam magnam differentiam in Pace Auguſtana & Transactione Paſſav. deprehendi, ex ipſa Inſtrumenti utriusque Litera conſtat. (C) Transactio Paſſ. nudum fœdus fuit, non verò vim L. Publicæ obtinuit; Pax Auguſtana Decreto Imperiali ſancita eſt, (CC) *& hanc An.* 1555. *ſecuta Pax Religionis*, (quæ Inſtrumento Pac. quatenus eidem non adverſatur, confirmata eſt, atque etiamnum hodie in ſuo vigore ſubſiſtit. Ita Deputati Status A. C. addicti in Duplicâ, cauſam Reſtitutionis Kauffb. concern.) *prout ea An.* 1566. *Auguſtæ Vindelicorum, & poſt in diverſis S. Rom. Imperii Comitiis univerſalibus confirmata fuit, in omnibus ſuis Capitulis, unanimi Imperatoris, Ele-*

ctorum,

ctorum, Principum, & Statuum utriusque Religionis conſenſu initis ac concluſis, rata habeatur, ſancteque & inviolabiliter ſervetur. Quæ verò de nonnullis in ea Articulis controverſis, hac Transactione communi partium placito ſtatuta ſunt, ea pro perpetua dictæ Pacis declaratione, (repetitur infr. §. 11. in pr.) *tàm in Judiciis, quàm alibi obſervanda habebuntur, donec per Dei Gratiam de Religione ipſa convenerit, non attenta cujusvis ſeu Eccleſiaſtici, ſeu Politici, intra vel extra Imperium, quocunque tempore interpoſita contradictione vel proteſtatione,* (quò ref. Decretum Pontif. Innoc. X. &c. &c.) *quæ omnes inanes & nihili, vigore horum declarantur. In reliquis omnibus autem inter utriusque Religionis Electores, Principes, Status omnes & ſingulos ſit æqualitas exacta, mutuaque, quatenus formæ Reip. Conſtitutionibus Imperii, & præſenti Conventioni conformis eſt, ita, ut quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum,* (egregium ſanè pacis & concordiæ conſervandæ remedium, ſed inter eos, qui in Religione non conveniunt, difficillimum Fr. d. loc.) *violentiâ omni & viâ facti, ut aliàs, ita & hîc, inter utramq; partem perpetuò prohibitâ.* Conf. art. 17. §. Veruntamen. Verſ. & nulli omnino &c.

(Tamdiu plerumque violentia ceſſare ſolet, quamdiu occaſio & vires deficiunt; multa hactenus in Imperio ob favorem Religionis facta, & adhuc fieri videmus, quæ Æqualita-

litatis Regulæ hic præſcriptæ, minimè conſentanea.

Hujus §. obſervantiam nonnulli Civitatum Imper. mixtæ Religionis incolæ A. C. addicti ſæpius urſerunt, ſed variis ex cauſis nondum obtinere potuerunt. Id. ib.)

Ad hujus Articuli Quinti §um I.
referendus

ARTICULUS II. NOVIOMAG.

Ut & ad Art. XVII. §.1.2.& 3.

De Confirmatione conditionata Pacis Weſtph.

Et cum Pax Monaſterii Weſtphalorum 24. *Oct.* 1648. *concluſa ſolidiſſimum hujus mutuæ amicitiæ, tranquillitatisque publicæ fundamentum facta ſit, reſtituetur illa in omnibus & ſingulis ſuo priſtino vigori, manebitque inpoſterum ſarta, tecta, tanquam ſi hic ejusdem Pacis Inſtrumentum de verbo ad verbum inſertum legeretur, niſi quatenus eidem hoc Tractatu expreſsè derogatum eſt.* Confer inferius

Artic. XXVII. Noviomag.

in cujus principio dicitur diſertè, quod Pax Monaſterienſis per hunc Artic. Secundum in omnibus ſit confirmata &c.

Add. quoque Artic. XXXI.

Verb. licet ſatis declaratum ſit Articulo ſecundo hujus Tractatus, perque Inſtr. Pac. Monaſter. in omnibus & ſingulis confirmatus.

Pri-

Primum hujus Articuli Caput conſtituit Confirmatio hodierna Statuum qu. omnes Articulos Transactionis Paſſavienſis, & Pacis Religionis, quibus bellum Smalcaldicum & Mauritianum finita ſunt. Ratio: quia Imperii ſunt fulcra hæ. 2. Imperii LL. Illius quidem tenor: propter Religionem nulla cuiquam exhibeatur moleſtia. (d) Hujus autem præcipua Capita: Primum, Sub hac Pace contineantur ſolùm Religioni Romano-Catholicæ & Auguſtanæ Confeſſioni addicti, quæ hodie ad Reformatos quoque extenſa. (e) Secundum, Controverſa religio non aliter, quàm per Chriſtianas, amicas, pacificasq; vias ad conſonum Chriſtianum intellectum ac congruentiam componatur. (f) Tertium, Utriusque Religionis Status erga ſe invicem jure ipſi vigore S. Imperii Legum competente contenti vivant. (g) Quartum, Fundationes ſacræ & bona Eccleſiaſtica poſſeſſa, deſtinatæ diſpoſitioni absque omni contradictione judiciali vel extrajudiciali relinquantur, nec illorum nomine Camera ullos Proceſſus decernat. (h)

Non attenta cujusvis ſive Eccleſiaſtici, ſive Politici intra vel extra Imperium quocunque tempore interpoſita contradictione vel proteſtatione, &c. quò referuntur oſores Pacis Germaniæ, & Libelli Pacem Weſtphalicam oppugnantes, & contra eandem Papæ atque

Hi-

Hiſpanorum immanes auſus; (i) hinc illius putativa declaratio nullitatis Pac. Monaſter. & Oſnabr. Extat quoque Hermanni Conringii Animadverſio in Bullam Innoc. X. Pont. quâ utrumque pactum Pacis Germaniæ, & Monaſterienſe pariter & Oſnabrugenſe irritum reddere ille eſt conatus. Dein ejusdem de Pace Civili inter Imperii Ordines Religione diſſidentes perpetuò conſervanda libb. 2. quorum poſteriore Jura & Pax Imperii ab Innoc. X. Papæ criminationibus vindicantur, &c. Et ſiniſtra Pacis Religioſæ interpretatio turbas dedit in Imperio. (k)

In reliquis omnibus inter utriusque Religionis Status univerſos & ſingulos æqualitas exacta, quat. formæ Reip. conformis, &c. (l) Ratio: cum æqualitas quàmmaximè ſervanda ſit in pactis interpretandis & judiciis, (m) adeo, ut ob æqualitatem ſervandam, à regulis juris communis nonnunquam recedatur, (n) omnisque diſpoſitio ad eum reducenda veniat ſenſum, qui æqualitati magis accedit. (o) Si igitur Pax publica in Imperio Nationis Germanicæ in cauſis religioſis & profanis conſervanda eſt, oportet conſtans jus & æquum obſervetur. (p) Optima quidem & ex aſſe perfecta Resp. magis in hoc ſublunari mundo optari, quàm ſperari poteſt; mixtio tamen conſervat Resp. ſi modò harmonia omnibus numeris ſervetur: Sic

vis

vis Comitiorum Imperii eſt penes Imperatorem & Ordines, quod ex omnibus fere Imperii Receſſuum Clauſulis liquet, ſc. Imperatorem & Status conveniſſe inter ſe circa dispoſitionem hujus vel illius negotii. Habet ergo ſe Imperium hodiernum inſtar pyramidis; indeque certum manet, Imperium Germaniæ ſummum mixta Reip. forma eſſe informatum ſec. articulum hunc & 8avum. Dentur Cæſari, quæ ſunt Cæſaris: Relinquantur Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus Imperii tàm Evangel. quàm Catholicis ſua jura Territorialia, Eccleſiaſtica & Politica cum omnibus Regalibus & Privilegiis, ita, ut quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum, violentia omni & via facti in perpetuum ceſſante hoc §o ſub fin.

Cæterum hic haud inconvenienter quædam forſitan delibamus ex D. Dorſchei p. m. Anticriſi Theologica, divulgata An. 48. oppoſita Judicio Theologico Erneſti de Euſebiis, &c. ſuper Q. An Pax, qualem deſiderant Proteſtantes, ſit ſec. ſe illicita? (Q) Erneſtus ait, pacem religionis hæreſin veræ fidei exæquare, 1. in dignitate illæſæ famæ; 2. in libertate profitendi; 3. in defenſione; 4. in perpetuitate: Unde concludit, E. Creatori & Religioni injuriam infert. D. Dorſch. reſp. 1. non exæquari; aliud enim eſt, ob emergen-

tem

tem inevitabilem neceſſitatem eos , qui heterodoxa dogmata profitentur , patrocinio , indemnitate & impunitate donare; aliud eſt exæquare heterodoxa dogmata ipſi cæleſti veritati. 2. Hoc tantum pax iſta operatur, ut qui iſta ſive hæreſeos , ſive pacis macula onerati ſunt, immunes ſint à pœna, neque mutua ex iſta cauſa bella, & ex bellis Germaniæ vaſtationes oriantur. Interim Magiæ & Sodomiæ ex iſto reſpectu infamiæ difficultas detrahi nequit. Nam longè horum peccatorum alia ratio eſt, quàm hæreſeos; illa enim circa evidentia verſantur, & notoriam malitiam in ſe complectuntur: de hac aliter ſentiendum &c. 3. diſtinguendum inter libertatem, & libertatis uſum: illa ſine injuria Creatoris & religionis veræ præſtatur, in promiſſionibus etiam juratis, & hanc inprimis tranſigentes reſpexerunt: Uſus libertatis ipſis conſcientiis uſurpantium relinquitur. Et hæc conceſſio Deo Opt. Max. non eſt adverſaria. Neque majeſtas præcepti veræ religioni in Imperio ademta eſt. Manet omnino illis obligationibus ſuus vigor: ad veræ religionis complexum omnes meritò trahimur. Coactio, vis, perſecutio, ob veræ religionis intermiſſum complexum, duntaxat abolita, aut ſuſpenſa eſt. Atque hoc reſpectu tolerantia mutua eſt, ſalva præcepti autoritate. 4. Defenſio promiſſa eſt juribus acquiſitis & liber-

libertati conceſſæ; idque non ex ſanctione, ſed ex transactione. Quapropter nullo modo ad injuriam Creatoris pertinet & veræ religionis contemtum, ſi, etiam abutens illis juribus promiſſis & libertate conceſſa, defendatur. Transactio de exemtione, & impunitate, ex gravibus cauſis & inevitabilibus, eſt res licita & honeſta. At ſuperveniens abuſus ad conſcientiam poſſidentis, non autem alterius tranſigentis pertinet. 5. Transactiones non poſſunt mutare naturam rerum, quatenus à tranſigentibus non dependent. Perpetuitas autem errorum, à ſola permiſſione divina, non autem humana transactione deducitur. Quapropter, quando partes, quæ ſe mutuo errorum in religione reas agunt & arguunt, de non proſequendo & turbando in perpetuum tranſigunt & paciſcuntur, non dant erroribus perpetuitatem, ſed tantum permittunt, ut quantum in ipſis eſt, viribus civilibus, impertinentibus & plus obſtituris, errores illi non ſubvertantur. Certum eſt, in alterutra parte eſſe imaginariam & opinativam perpetuitatem religionis aſſertæ. Vera & divina perpetuitas eſt prærogativa Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæque, quæ divino beneficio ad conſummationem usque ſeculi conſervabitur, &c. 7. Quid impedit dicere, Imperii Rom. Germanici, poſtquam in acerbiſſimas religionis concertationes, ob

L tole-

toleratos diuturnos abuſus & gravamina ſæpiſſimè oſtenſa, prolapſum eſt, & tremendo implicatum bello, in cujus alimentum partes extrinſecus auxilia & fœdera neceſſariæ defenſionis, aut obtinendorum, exequendorumque conſiliorum, ſollicitaverant & ſanxerant, ex quo bello & libertati & religioni alterutrius partis metuenda oppreſſio erat, fundamentalis conſervationis medium fuiſſe, Pacem religionis, adeoque ejus ſanctionem fundamentalem legem eſſe. Adſcribimus haud injuria, quod ad Imp. Rudolphum, Ejusque Fratrem Archid. Erneſtum An. 1574. ſcr. Joh. Crato à Krafftheim, Medicus Cæſar. quod, inquit, retinere non debeo, quod D. Ferdinandus crebris ſermonibus ante obitum uſurpavit: inter ſumma beneficia, quæ Deus in gubernatione Imperii conceſſiſſet, primum atque maximum, vero animi judicio, optimâque conſcientia, hoc ſe ducere, quod ad ſedandas diſcordias publicas animum adjeciſſet, & tolerantiæ in religione formulam Benigniſſimus Deus ſibi in mentem dediſſet. (QQ) 8. P. R. non eſt uſurpatio poteſtatis incompetentis, contra Erneſt. ſtatuit Id. Dorſcheus. (QQQ) Ratio I. quia D. Rud. II. Imp. disputationem de competentia poteſtatis & jurisdictionis in reſolutione data Electoribus Secularibus d. dato 27. Jul. An. 1590. rejecit. Et quaſi verò Imperator vi, clam aut preca-

riò

riò iſtam poteſtatem circa res ſacras condendendi & promulgandi LL. atque Edicta exercuiſſet, aut falcem in alienam meſſem miſiſſet. Contra quem Ern. quoque confer disputantem Rittershuſ. ad Novell. part. 1. c. 3. g. 21. Quomodo poteſtatem Eccleſiaſticam independenter à Pontifice Rom. exercuerint Francorum Reges, oſtendunt plurimæ in illo Regno diſputationes, quas cit. loc. Dorſch. legere poſſ. Imò Car. V. & Ferd. I. crediderunt, ſibi competere poteſtatem hoc modo paciſcendi, uti ex multis Receſſibus Imperii d. An. 1518. 1541. 1530. 1529. liquet &c. Itemque Impp. crediderunt ſibi competere jus convocandi Concilium: vid. R. I. d. An. 1532. rubr. Concilium betr. It. d. An. 51. 24. 55. &c. &c. 9. Quin etiam Epiſcopis fas, jusq; competiit ad transactionem religioſam, quia ut Epiſcopi S. R. I. transactioni pacis religioſæ & conſtituendæ ſalutis publ. non tantum interfuerunt, ſed & conſenſerunt. Nam ſub ea ratione peculiariter in actionibus, deliberationibusque Comitialibus conſulti fuerunt, & quamdiu in contradictione ſubſtiterunt, ex conſideratione muneris ſui Epiſcopalis, rationes & difficultates objecerunt. Et olim peculiari providentia in Collegium Elector. Archiepiſcopos, in Senatum autem Imperii Abbates, Epiſc. &c. delectos fuiſſe, tr. Cluten. Lupoldus de Bapenburg, & alii. Neque

 juri

juri publico privatus renunciare poteſt per vulg. Aliàs Germanicam Religionis Pacem plus Eccleſiæ Pontificiæ, quàm A. C. faviſſe, olim judicavit Laz. von Schvvenden, &c. 10. An Pax Religionis Eccleſiæ Dei, ſummorum Pontificum, S. Patrum, veterumque ſuffragio deſtituatur & damnetur? Itemque, quid nonnulli Hungariæ Status contra Pacem Religionis oppoſuerint? & quod Hungaria fruatur Pace Religionis multoties ſtabilita &c. remitto Lectorem ad prælaud. Dorſch. Q. 12.

§. 2. *II. Terminus à quo Reſtitutionis in Eccleſiaſticis, & quæ intuitu eorum in Politicis mutata ſunt, ſit dies prima Jan. An.* 1624. *Fiat itaque reſtitutio omnium Electorum, Principum & Statuum utriusq; Religionis, comprehenſa Libera Imperii Nobilitate, ut & Communitatibus & Pagis immediatis*, (quorum pagor. immediat. conditionem deſcribit Goldaſtus in Epiſt. Dedic. der Reichshandl.) *plenariè & purè, caſſatis omnibus interim in iſtiusmodi cauſis latis, publicatis & inſtitutis ſententiis, ſeu aliis, & executionibus, reductione ad ſtatum dicti anni, dieiq; in omnibus facta.*

§. 3. *Civitates, Auguſta Vindelicorum, Dunckelſpühla, Biberacum & Ravensburgum retineant bona, Jura & Exercitium Religionis dicti anni, dieiq;; ſed ratione dignitatum Senatoriarum, aliorumque munerum publicorum, ſit in-*

inter utriq; Religioni addictos æqualitas, idemq; numerus. Conf. §. præced.

§. 4. *In ſpecie autem, quoad Civitatem Auguſtam, ſint 7. Senatores Conſilii Secretioris ex Familiis Patriciis delecti, ex his deſumpti Reip. Præſides 2. vulgò Stadtpfleger dicti, unus ſit Catholicus, alter Auguſtanæ Confeſſionis. Ex reliquis 5. Catholicæ Religioni 3. & 2. Aug. Conf. addicti. Senatores reliqui, Senatus, ut vocant, minoris, nec non Syndici, Aſſeſſores Judicii Urbani, aliique Officiales omnes ſint æquali numero utriusque Religionis. Quæſtores rei nummariæ ſint 3. quorum 2. unius, tertius diverſæ religionis, ita quidem in primo anno ſint 2. Catholici, unus verò Aug. Conf. altero, 2. A. C. & tertius Catholicus, & ſic deinceps alternando ſingulis annis.*

§. 5. *Præfecti rei tormentariæ itidem 3. pariq; annua alternatione. Idem etiam circa curam collectarum annonæ, ædilicii numeris, & ſi quæ alia ſunt officia, quæ tribus committuntur, obtineat: Ita quidem, ut, ſi uno anno, 2. officia (veluti Quæſtura & cura annonæ vel ædilicii numeris,) penes 2. Catholicos & unum A. C. ſint, eodem anno 2. alia officia (veluti Præfecturæ rei tormentariæ & collectarum,) duobus ex Aug. C. & uni Catholico committantur; ſequenti autem anno circa hæc officia 2. Catholicis, duo Aug. C. addicti, & uni Catholico, unus Aug. Conf. ſurrogetur.*

§. 6. *Munera, quæ uni ſoli committi ſolita ſunt, pro qualitate rei vel uno vel pluribus annis inter Catholicos & Aug. Conf. Cives alternentur, eo quidem modo, ut de officiis, quæ tribus perſonis committuntur, nunc dictum.*

§. 7. *Templorum tamen & Scholarum cuique parti ſuarum cura integra reſervetur. Ii autem Catholici qui nunc tempore hujus pacificationis in Magiſtratu & officiis, præter numerum ſupra conventum, ſuperſunt, priſtino quidem per omnia honore, commodoque fruantur: Veruntamen usque dum eorum loca vel morte, vel abdicatione vacaverint, vel domi ſe contineant, vel ſi Senatui quandoque intereſſe velint, voto tamen careant.*

§. 8. *Neutra verò pars ſuæ Religioni adhærentium potentia ad deprimendam alteram abutatur, aut majorem numerum, directè vel indirectè ad dignitates Præſidum, Senatorum, aliorumq; publicorum munerum aggregare præſumat, ſed quidquid ejus quandocunq; & quomodocunq; tentatum fuerit, irritum eſto. Proinde non ſolùm hæc diſpoſitio quotannis, quando de novorum Senatorum, aliorumq; Officialium in demortuorum locum ſurrogatione agitur, publicè prælegitor; ſed etiam Præſidis ſeu Duum-viri Secretiorum, reliquorumque Senatorum, Præfectorum, Syndicorum, Judicum, aliorumque Officialium Catholicorum electio, & nunc & poſthac ſit penes ipſos Catholicos, Auguſtanæ verò Confeſſioni*

ad-

addictorum penes eosdem, & defuncto Catholico, alius Catholicus, pariterq; Aug. Conf. addicto, eidem addictus ſurrogetur.

§. 9. *Pluralitas autem votorum in cauſis religionem ſive directè, ſive indirectè concernentibus, nequaquam attendatur, neque illa Aug. C. addictis Civibus ejus loci magis, quam Aug. Conf. Electoribus, Principibus, & Statibus in Imperio Rom. præjudicet. Quodſi Catholici pluralitate Votorum in his vel aliis quibusvis negotiis in præjudicium Aug. Conf. addictorum abutantur, reſervatum his ipſis eſto, vigore hujus transactionis, ad introducendam alternationem quinti Senatoris Secretioris, aliaque legitima remedia provocare.*

§. 10. *De cætero Pax Religioſa, itemque Ordinatio Carolina de Electione Magiſtratuum, nec non transactiones de annis* 1584. & 1591. (*quatenus huic diſpoſitioni directè vel per indirectum non repugnant,*) *ſalvæ & inviolatæ per omnia maneant.* Conf. Augſp. Reform. acta p. (m) 29.

§. 11. *Deinde Dunckelſpühlæ, Biberaci & Ravenſpurgi 2. ſint Conſules, Catholicus unus, alter Aug. Conf. 4. Secretioris Conſilii, æquali numero utriusq; religionis. Eadem etiam æqualitatis circa Senatum, Judicium* Urbanum, *Præfecturam ærarii, ut & alia omnia officia, dignitates ac munera publica obſervetur. Quoad Præturam* Judicii *verò, Syndicatum & Secretarios Senatus & Judicii, nec non quoad alia hu-*

juſmodi officia, quæ uni tantùm perſonæ committuntur, alternatio perpetuò obſervetur, ita, ut demortuo Catholico, ſemper Aug. Conf. addictus, & vice verſa ſuccedat. Quantum ad modum Electionis & Votorum pluralitatem, nec non Curam Templorum ac Scholarum, itemq; anniverſariam prælectionem hujus Diſpoſitionis attinet, idem; quod de Auguſtana dictum eſt, obſervetur.

§. 12. *Quod ad Civitatem Donavverdam attinet, ſi in proximè venturis Comitiis univerſalibus*, (in his Comitiis, ut ex Receſſu Imperii pateſcit, in hac cauſa nihil deciſum, ſed ea ad Conventum Deputatorum Imperii generaliter remiſſa: ſed nec in eo aliquid decretum, nec in durantibus Comitiis Ratisb. adhucdum certum quid concluſum eſt:) *in priſtinam libertatem reſtituenda eſſe judicabitur ab Imperii Statibus, eodem gaudeat Jure in Eccleſiaſticis & Politicis, quo cæteræ Imperii liberæ Civitates, vigore hujus Transactionis, gaudent, ſalvis tamen, quoad hanc Civitatem, eorum, quorum intereſt, juribus.*

§. 13. *Terminus autem anni* 1624. *nullum præjudicium creare debet iis, qui ex capite amneſtiæ aut aliunde reſtituendi veniunt.*

II. Terminus reſtitutionis Eccleſiaſticorum, quæque horum intuitu in Politicis mutata ſunt, à quo, hîc ſtatutus eſt dies 1. Jan. An. 24. qui punctus An. 46. in Tractatibus con-

concluſus difficulter obtineri potuit: Ratio, quia ſicut magnæ molis erat, Pacem Germanicam condere; (r) Sic non minus Executio ejusdem maxima difficultate laboravit. Ratio Rationis; cum executionis difficultas reſtitutionem ſpolii impediat; (s) nec enim ante reſtitutionem ſpoliatus ſpoliatori reſpondere tenetur, (t) ſed nulla appellatione vel contradictione attentâ, libere ſua poſſeſſione uti poterit, donec Sententia in petitorio feratur, & hæc quidem ne Principis Reſcripto immutari poterit, (u) verùm, quando aliquis amplius actionem intentare putat, coram Judice competente inſtituat oportet; (vv) neque eſt violenta dejectio, quæ juſſu Magiſtratus auctoritate publica fit. (x)

Præterea idem terminus in exercitio religionis non ita præcisè ſemper attendendus, ſed ſufficit, ſubditos aliqua etiam parte dicti anni 24. exercitium religionis, à Domino diverſæ, habuiſſe. (y) Dein idem terminus nullum præjudicium creare debet iis, qui ex capite amneſtiæ, aut aliunde reſtituendi veniunt. (z) Qualis, quantusque, punctus hic reſtitutionis in Eccleſiaſticis lapis offenſionis extiterit, alias inter Civitates mixtæ religionis primo loco deprehenditur, ſicut in reſtitutione Auguſtæ Vindelicorum ceu Cordis Aug. Conf. Neque ſatis ſuperque fuit, antea in ipſis Tractatibus Weſtphal. Auguſtæ

Vindelicorum eadem fundamenta ratione transactionis, (renunciationis & rei judicatæ,) cum Cæſ. Maj. in An. 35. Menſe Martio Levvenberg. initæ, & Menſe Majo Pacificâtionis Pragenſis adprobatæ, objecta ſunt per ſuperius allegata fundamenta, quæ ratione transactionis & rei judicatæ Civitati Aug. Vindelicorum ſimiliter in rem, utilitatemque ſuam vergant, atque ejusdem reſtitutionem plenariam haud impediant, quod Menſe Martio & Majo An. 35. ob extremam victus penuriam, & propter corporis, vitæ, fortunarumque diſcrimen, vi, metusve cauſa tranſegerit, & Pacificationem Pragenſem acceptarit; Vox enim Dei poſuit in ore Prætoris Edictum: quod metus cauſa geſtum eſt, ratum non habebo; quæ exceptio fundatur ſuper æquitate. (aa) Et, quia hic metus circa periculum mortis, vel cruciatus corporis verſabatur, ideo in conſtantem virum cadere dicitur; (bb) idem eſt, quia continet amiſſionem omnium vel maximæ partis bonorum: (cc) idque inprimis ex ea ratione, quoniam è parte Cæſareor. Illi quidem multa promiſſum, ſed pauca vel planè nihil præſtitum. (dd) Verùm & Ipſe Jehova promiſſionem juratam ex ſuperveniente malitia revocat, (ee) quam ob rem etiam ex cauſa de novo ſuperveniente, à jurejurando, citra crimen perjurii, recedere licet, (ff) nec propter Status alterationem

jura-

juramenta obſtant, cum igitur ipſi fides non ſervata, eadem neque dictæ parti ſervetur oportet, &c. (gg)

Quinimò & poſtea finitis his quoque Tractatibus Weſtphal. An. 48. Menſ. Oct. & Novembr. & Decembr. Auguſtæ Vindelicorum Catholici manibus, pedibusque obluctabantur iis, quæ in favorem Evangelicorum dispoſita erant. Illi jam aliquot ante menſes, cum circa adornandum de gravaminibus caput ageretur, ac ſecundum Evangelicos pronunciatum iri pateret, ad Cæſarem & proxima Comitia provocaverant, reſervata ſibi exceptione nullitatis manifeſtæ, Sed, cum parum ſe profecturos proſpicerent, amicæ cum Evangelicis tranſactioni paratos ſe oſtendebant, ſi qua hisce, quæ Pace dabantur, per obliquas artes eripere poſſent. Inde cum Circuli Suevici Præſides Epiſcopus Conſtantienſis, & Dux Würtembergicus, certum diem condicerent, quô per Delegatos Pacis executionem apud ipſos ſuſcipere velint, hi rem in longum extrahere futili prætextu: hoſtilia nondum ceſſare: nondum Edicto Cæſareo exſecutionem Pacis fieri juſſam; nec ipſas pacis Tabb. forma authentica exhibitas. Inprimis adpellationi & exceptioni nullitatis antea propoſitæ inhærebant; nec ullum Catholicorum unquam in paritatem iſtam conſenſiſſe, quin majorem partem diſertè contradixiſ-

dixiſſe, & paucos Catholicos, qui ſubſcripſerint, adhuc Principum ſuorum Ratificationem deſiderare: Eoque à Cæſare reſponſum ſibi utique expectandum eſſe. Nec tamen abnuere, ſi Principes iſti amicam compoſitionem inter ipſos, Civesque Evangelicos tentare velint. Præterea Würtembergicum, velut ſibi iniquum ſuſpectare, ac Conſtantienſem in partes ſolicitare. Quod & deſtinatis ipſorum favens literis ad Senatum, Civesque datis oſtendit, quæ Tabulis Pacis ſanciantur vix idonea medendis ipſorum diſſidiis, eoq; tutius fore, ſi amica ratione, & ex æquo inter ſe tranſigant. Quæ Civibus Evangelicis ſurda aure transmittebantur, queîs Pacis Legibus inhærere fixum erat, repudiatis novæ & ancipitis transactionis ambagibus. Nec cum Principum delegati ad urbem acceſſiſſent, Senatus tergiverſari ceſſabat, ac rem ad reſponſum Cæſaris differebat, ſubinde tamen Civibus amicos tractatus oſtentans. (hh)

5. Donavverda quondam ad Dillingæ, vel Kyburgii Dominos pertinuit: his extinctis ad Sueviæ Ducatum pervenit, imperante Imp. Henr. VI. qui ex horum Ducum Familia, oppignorata Ducibus Bavariæ An. 1266. dein unita Imperio: à Carolo IV. iisdem Ducibus pignori data, redditaque. A Lud. Bavaro An. 1458. capta, ſed reddita Imperialis eſt, & libera aliàs, ut viſum, nunc Electori Bavariæ ſub-

ſubeſt, ab Anno 1607. poſtquam libertate, quam, à Cæſarianis Germanico bello capta, Pace Paſſavienſi recuperaverat, petulantius uſa eſſet. Turbas has, ex religionis odio erga Cives & Magiſtratum, qui Proteſtantium doctrinæ addictus erat, ortas narrat Princeps ſuperioris Seculi Hiſtoricorum: (ii) quo nomine diverſa ſcripta ex utraque parte, ſub Tit. der Donavverdiſchen Relation: It. Beſtändigen Information facti & juris, nec non Nothvvendige Erinnerung &c. in lucem prodierunt. (kk) Proteſtantes in hac cauſa exemtionem præproperè factam ajunt, reſtitutioque ejus adhuc inter Gravamina Evangelicorum refertur: quum An. 1619. Menſe Decembri unitarum Legati ad Bavariæ Ducem de reſtitutione Donavverdenſi, inter alia, verba feciſſent, ipſe reſponderit: Se in hanc hypothecæ loco ſibi ſubjectam Civitatem, aliud jus non prætendere, quàm Conſtitutionibus Imperii firmatum, expenſas in executionem banni à ſe factas, ſi conſequatur, promtum ſe atque paratum eam dimittere. Confidere proinde, tantò minus hoc nomine amplius quippiam à ſe poſtulandum, quantò ad reſtitutionem ſemper extitiſſet atque adhuc paratior. Quodſi Civitates Imperiales, quæ potiſſimum prædictam reſtitutionem urgere viderentur, vel mediocrem expenſarum partem, (quas hoc prætextu in alios

uſus

uſus collocaſſe dicerentur,) pro Civitate Donavverdenſi, ſive donationis, ſive mutui titulo expendiſſent, ſibique hoc modo tempeſtivè fuiſſet ſatisfactum, jamdudum easdem intentionis ſuæ compotes fieri potuiſſe. (ll)

§. 14. *III. Bona Eccleſiaſtica immediata,* (quorum catalogum ſubjecit huic §o Fritſch. ad h. artic. p. 443. cum ſeq.) *quod attinet, ſive ſint Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Prælaturæ, Abbatiæ, Baliviæ, Præpoſituræ, Commendæ, ſive liberè fundationes ſeculares, aut alia unà cum reditibus, penſionibus, aliisque quocunque nomine ſignatis, ſeu in Vrbibus, ſeu ruri ſitis, ea ſeu Catholici, ſeu Aug. Conf. Status die prima Jan. anni* 1624. *poſſederint*, (Inſtrumentum P. non mentalem, ſed realem, factum, uſum, exercitium & obſervantiam anni 24. 1. Jan. exigit, omnesque reſervationes in eodem ſunt prohibitæ, arg. Artic. 5. §. 1. Artic. 16. verſ. omnes. arg. art. 16. verſ. contra hanc. Conf. Nürnb. prælim. Receſs. §. die übrige aber. §. und ſoll hierunter. Nürnb. Hauptreceſs §. vvas Bambb. Ita Status quoque Evangelici in Duplica, die Reſtitutionſach Kauffb. betr.) *omnia & ſingula, nullo planè excepto, ejus Religionis Conſortes, qui dicto tempore in reali eorum poſſeſſione fuerint, usque dum de Religionis diſſidiis per Dei gratiam conventum fuerit, tranquillè & inperturbatè poſſideant*: (de termino hoc diu diſputatum dicitur, nonnullos eum ad 100. annos re-

reſtringere voluiſſe, ſed placuit tamen juxta normam Pacificationis Auguſtanæ, nullum tempus præfinire, Fr. d. loc.) *neutriq; parti liceat alteri ſeu in Judicio, ſeu extra, negotium faceſſere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre: ſi vero, quod Deus prohibeat, de Religionis diſſidiis* (nonnulli compoſitionem hujus diſſidii facilem; alii impoſſibilem judicant: Nos eum ad majorem Dei gloriam calidiſſimis precibus & lacrymis ſeriò exoptamus. Fr. d. loc.) *amicabiliter conveniri non poſſit, nihilominus hæc conventio perpetua ſit, & pax ſemper duratura:* Conf. Artic. 5. J. G. §. 1.

§. 15. *Si igitur Catholicus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Prælatus aut Aug. Conf. addictus in Archiepiſcopum, Epiſcopum, Prælatum electus vel poſtulatus, ſolus aut unà cum Capitularibus ſeu ſingulis, ſeu univerſis, aut etiam Eccleſiaſtici, Religionem impoſterum mutarint, excidant illi ſtatim ſuo jure:* (Atque ita ſublata eſt acerrima illa diſputatio de Reſervato Eccleſiaſtico, de qua prop. Fr. ad h. art. p. 445. cum aliq. ſeqq. Fundamenta vvegen des Geiſtl. Vorbehalts oder Freyſtellung der Alten Religion zugethaner Stände:) *honore tamen famaque illibatis, fructusque & reditus, citra moram & exceptionem cedant, Capituloque, aut cui id de jure competit, integrum ſit aliam perſonam Religioni ei, ad quam beneficium iſtud, vigore hu-*

hujus Tranſactionis, pertinet, addictam, eligere, aut poſtulare, relictis tamen Archiepiſcopo, Epiſcopo, Prælato &c. decedenti fructibus & reditibus interea perceptis & conſumptis. Si ergo Status ſeu Catholici, ſeu Aug. Conf. addicti Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, Beneficiis aut Præbendis ſuis immediatis à die prima Jan. anni 1624. judicialiter aut extrajudicialiter exciderint, aut quocunque modo turbati fuerint, vigore harum illicò tam in Eccleſiaſticis, quàm Politicis omnibus novationibus abolitis reſtituantur, ita quidem, ut quæcunque bona Eccleſiaſtica immediata die prima Jan. anni 1624. Catholico Præſule regebantur, Catholicum caput recipiant, & viciſſim, quæ dicto Ann. dieq́ Aug. Conf. addicti poſſidebant, retineant etiam inpoſterum, remiſſis tamen quæ una pars contra alteram prætendere poſſet, perceptis interea fructibus, damnis & expenſis.

De abuſu in occupandis bonis Eccleſiaſticis querelæ maximæ ac diuturnæ in Germania noſtra fuêre, ex quibus horrenda belli flamma exorta eſt; controverſia enim de bonis Eccleſiaſticis gladio bis agitata, & bina pace ſopita, hodie per Inſtrum. P. quieſcit, cum eventus hujus controverſiæ fuerit, Proteſtantibus perpetuam bonorum Eccleſiaſticorum immediatorum poſſeſſionem, qui punctus ab iisdem ægrè obtineri potuit, concedi, terminumque à quo reſtitutionis bonorum Ec-

Eccleſiaſticorum ſtatui anni 24. 1. Januarii. Ratio: quia ſummæ intereſt tranquillitatis Germanicæ, ut hæc controverſia hîc ſopita, eaque, quæ Inſtr. P. hîc ſunt ſancita, perpetuò dehinc ac quietè ita permaneant. (mm) Dein, circa id præcipuè per multos annos acerrima ſurgebat diſceptatio: num Præſulibus Catholicis fas foret Proteſtantium doctrinam amplecti, ut cum dignitate ditiones ſimul ſacras retinere liceret? Id quod Proteſtantes obnixè urgebant. In magnam ſuæ religionis redundare contumeliam, ſi eandem profeſſi, munere ſacro, & emolumentis excidere debeant. Multis hac ratione ad veros circa divina ſenſus aditum obſtrui. Haut quicquam ſibi in animo eſſe, bona ſacra in profanos uſus, aut principatus hæreditarios convertere; Capitulis ſua Jura, & Electionem illibatam fore. Enimverò, cum iſthoc poſtulato jugulum Romani ritus per Germaniam peti ſatis pateret, non minus præfractè iſtis Pontificii ſe Ordines opponebant, jactantes: non deteriore ſe jure, quàm Proteſtantes, circa res ſuas ſervandas eſſe debere. Si ipſis juſtum videatur, quæ invaſerint retinere; nec ſibi vitio vertendum, ſi caveant, ne quæ adhuc reſtant, amittantur. Si ipſi Sacerdotes ſuos, ubi ſacra mutare velint, à munere dimoveant; quomodo ab ipſis poſtulari poſſe, ut ſui Præſules doctrina ejurata, functio-

nem & bona eidem deſtinata retineant? ſe non minus amplè de veteri ſua religione, quam Proteſtantes de novata ſentire. Denique tranſeat, qui velit, in ipſorum partes, modò beneficiis, quæ à priori religione obtinebat, renunciet. Cum hæc res exitum non inveniret, & neutra pars ſententia cederet; tandem Ferdinandus Rex, velut pro Imperio in favorem Pontificiorum Decreto Comitiorum inſeruit; ut, ſi Præſul ad Proteſtantium Sacra tranſeat, munere ac bonis ſacris excidat, illæſa tamen exiſtimatione. Quo temperamento ſibi hautquaquam ſatisfactum fremebant Proteſtantes. Quid enim exiſtimatio, munere & bonis amiſſis? Ac poſtea ſæpius aſſerebant, in eam clauſulam (vulgò der geiſtliche Vorbehalt oder Freyſtellung der Religion, Pacificationi Religioſæ de An. 1555. §. Und nachdem &c. inſertam,) ſe nunquam conſenſiſſe; & cum quæ in Comitiis ſciſcuntur pactorum habeant indolem, quæ alteram partem non niſi è conſenſu ſuo ſtringant, per merum Cæſaris arbitrium ſibi tam duram legem non potuiſſe dici. (nn) Quoad eventum autem hujus controverſiæ de Reſervato Eccleſiaſtico, hîc in Inſtr. P. ad æqualitatem fuit perducta utrinque, ita, ut Catholicus Epiſcopus ad Evangelicam Religionem, vel contra Evangelicus Epiſcopus (quorum tamen hodie pauci ſunt; nam ſoli Epiſcopatui

Lu-

Lubeccenſi, quem hodie Duces Holſatiæ velut pro ſuo poſſident, jus ſacrorum liberum manſit, reliqui Archi- & Epiſcopatus in Saxonia per Inſtr. P. ſunt, ut ſic cum Practicis loquar, ſeculariſati:) ad Catholicam Religionem acceſſerit, eo ipſo Epiſcopatum ac Beneficia Eccleſiaſtica perdat, ſalva Exiſtimatione.

§. 16. *IV. In omnibus Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, & reliquis fundationibus immediatis, Jura eligendi & poſtulandi juxta cujusq; loci conſuetudines & ſtatuta antiqua, illibata maneant, quatenus illa Imperii Conſtitutionibus, Transactioni Paſſavienſi, Paci Religioſæ, & inprimis huic declarationi & tranſactioni ſunt conformia, & intuitu Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum Aug. Conf. addictis permanentium ea nihil in ſe contineant illi Confeſſioni adverſum, ſicut etiam pariter in Epiſcopatibus & Eccleſiis, in quibus Catholicis & Aug. Conf. Ordinibus mixta jura admittuntur, ſtatutis antiquis nihil de novo admiſceatur, quod Catholicorum vel Aug. Conf. addictorum conſcientiam & cauſam pro cujusque parte lædere, eorumve jus imminuere poſſit.*

§. 17. *Poſtulati verò ſeu electi, in Capitulationibus ſuis ſpondeant, ſe ſuſceptos Eccleſiaſticos Principatus, Dignitates & Beneficia nequaquam hæreditario jure poſſeſſuros, aut id acturos, ut hæreditaria fiant, ſed libera ſit ubique capitulo*

& quibus id præterea pariter cum Capitulo pro more competit, tam Electio & Poſtulatio, quàm ſede vacante adminiſtratio & Jurium Epiſcopalium exercitium: operaq; detur, ne Nobiles, Patricii, gradibus Academicis inſigniti, aliæq; perſonæ idoneæ, ubi id fundationibus non adverſatur, excludantur, ſed, ut potius in iis conſerventur.

Epiſcopi, (juxta Praxin Eccleſiæ Veteris,) erant Antiſtites, qui Clero & Populo præfuerunt, veluti Paſtores, Patres & Miniſtri Chriſti, à quibus etiam ab initio per univerſam Eccleſiam fuere electi & conſtituti: quem morem S. Cyprianus Apoſtolicum vocavit. Et horum Epiſcoporum munus præcipuum erat, Eccleſias ſuæ Diœceſis viſitare, & in illis verbum Dei prædicare. Hodie autem eorum officium aliud eſt, (in generali ſignificatu,) quàm olim; Sunt enim Epiſcoporum certi gradus: Alii Patriarchæ, Principes Patrum, & quidem 4. Conſtantinopolitanus, Hieroſolymitanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Alii Primates, quaſi primas ſedes tenentes, qui integræ nationi, in qua plures Provinciæ & Civitates cum Archiepiſcopis ſuis continentur, præſident: Alii Archiepiſcopi ſive Metropolitani, qui Provinciæ plures Civitates cum earum Epiſcopis complectenti, præſunt: Alii ſimpliciter Epiſcopi, qui uni Civitati, & vicis Civitati illi adjunctis,

præ-

præſunt. Et hodie diſcrimen conſtituitur inter Eccleſiaſticos, & Principes Epiſcopos: Illi ſunt Doctores Eccleſiæ; Hi verò in Eccleſia non docent, ſed ut alii Principes præcipuè curam rerum Secularium in Germania habent, & cum Imperio ditionibus præſunt.

In Eccleſiis Imperii Aug. Conf. & Reform. Relig. Nomen Epiſcopi fere deſiit, & in locum ejus nomen Superintendentis & Inſpectoris Supremi ceſſit, quod Latinè idem eſt, ac Ἐπίσκοπος. Quod vocabulum jam Auguſtini temporibus notum, quando ait: Verbum Epiſcopi Græcum eſt, & inde deductum vocabulum hoc, quod ille, qui præficitur, eis, quibus præficitur, ſuperintendit: Epiſcopum, ſi velimus, Latinè ſuperintendere poſſumus dicere. In Ducatu Brunſuicenſi & Würtembergico, Superintendentes alii ſunt Generales, alii Speciales; priores Archiepiſcopis, poſteriores Epiſcopis quodammodo aſſimilare poſſumus. Ipſis Generalibus in dicto Ducatu Brunſvv. Generaliſſimus præponi ſolitus, OberSuperintendens, quæ Dignitas ibi Theologorum Honori ſtatuta eſt, qm. Cancellariatus JCtorum. Quæ tamen Tituli diviſio non placet Dn. Relfens d. Principib. Germ. Epiſcopi autem nomen eſt titulus ſolicitudinis & curæ. (pp)

Epiſcopi hodie quoqu[illegible] [illegible]plicem ſuſtinent perſonam, ac baculus A[illegible] [illegible]ais (ut loquuntur

 Dd.)

Dd.) & gladius Nimrodi unâ manu regitur, & Epiſcopi partim Clerici, Principes partim audiunt, altero pugno Codicem, altero Enſem geſtantes. Indeque duplicem quoque ab iisdem Epiſcopis poteſtatem Eccleſiaſticam & Politicam exerceri dicuntur. (qq) Quin necAuguſtana Confeſſio Pontifici, ceu ſummo Epiſcopo, politicam & temporalem in patrimonio S. Petri denegat poteſtatem; modò ea cum poteſtate Eccleſiaſtica haud confundatur. (rr)

Utramque ergo poteſtatem Politicam & Eccleſiaſticam ſi largiamur Pontificiis Principibus, quidni eandem concederemus Statibus Evangelicis, eosque Principes ac Epiſcopos ſimul agnoſceremus: niſi concurrentiam hanc Poteſtatis Eccleſiaſticæ & Politicæ, ſive duplicis gladii ſpiritualis & temporalis in uno eodemque ſubjecto Juri Div. adverſari quispiam exiſtimaret. (ss) Sed nimirum probè diſtinguendum eſt inter Poteſtatem Eccleſiaſticam internam & externam: illa, quæ ſc. conſiſtit in Prædicatione Verbi, adminiſtratione Sacramentorum, & poteſtate clavium, ipſumque reſpiciat Miniſterium., Eccleſiæ Miniſtris relinquitur, nec poſſunt Principes & Status Politjci ſe huic intromittere: Hæc autem quę propagationem Religionis, jurisdictionem Eccleſiaſticam, curam ac defenſionem Eccleſiæ reſpicit, nequaquam Magiſtra-

ſtratui politico eſt deneganda, atque item Miniſterii Eccleſiaſtici & Magiſtratus Politici officia diſtincta manent, & nihilominus Principes gerunt poteſtatem Eccleſiaſticam, externam, cujus intuitu dicuntur Epiſcopi, vel titulotenus ſaltem ex pacto religionis, quo jura exercent Epiſcopalia. (tt) Sic Sacerdotes Aug. Conf. adhuc habent excommunicandi poteſtatem: (uu) modò id fiat cum cauſæ cognitione Territorii Domini; ſiquidem Principes & Status Imperii hodie Jura Epiſcopalia in territoriis ſuis exercent; (vv vv) Ideo excommunicationem ab Eccleſiaſticis Aug. Conf. ſine Cognitione & Decreto Magiſtratus Politici fieri nec debere, nec poſſe, deducit D. Knipſchild. (xx)

Et quamvis Epiſcopis, quatenus Epiſcopis, præallegata Jura divina, Canonica ac Civilia Jurisdictionem ac Dignitatem ſeçularem non concedant, in Germania tamen Impp. liberalitate, tempore Ottonis M. ac Succeſſorum ſecularem ac territorialem jurisdictionem cum Regalibus obtinuere, & ſic hodie quoque duplicem perſonam repræſentant Epiſcopi Germaniæ, Eccleſiaſticam ac Politicam, ſed unam, quà tales, alteram, quà Principes Imperii. Quoad illam Pontifici Romano, quoad hanc, ratione ſc. Dignitatum, Regalium ac Feudorum Imperialium immediatè Cæſari & Imperio, hujusque LL. ac Conſtitutionibus ſubjectæ ſunt.

 Li-

Licet olim omnes Epiſcopatus, Abbatiæ, Prælaturæ, Principatus, Ducatus, Comitatus, Baroniæ, omnesque Civitates, vici, villæ, pagi, aliæque communitates, ad ſolos Reges & Imperatores Romanos, Imperii nomine, pertinuerint, & ab his, omnium ordinum, totiusque populi unanimi conſenſu fuerint adminiſtratæ & gubernatæ; poſtea verò proprietatis, vel feudi jure Gubernatoribus Principatus, Provinciæ, unà cum vectigalibus, aliisque reditibus conceſſæ; (yy) Succeſſu tamen temporis jus illud ab Henr. V. Imper. Pontificibus ceſſum, & à Succeſſoribus ejus illis relictum fuit. Abbas Urſpergenſis talem Henrici formulam refert: Ego Henricus, Dei Gratia, Rom. Imperator, Auguſtus, pro amore Dei & S. Rom. Eccleſiæ, & Dn. Papæ Calixti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo, & ſanctis ejus Apoſtolis, Petro & Paulo, S. Eccleſiæ omnem inveſtituram per annulum & baculum &c. unde ſeqq. Impp. Lotharius II. Otto IV. Frid. I. & II. de Inveſtitura cum Papis vehementer contendiſſe tradunt. (aaa) Sed Cranzius loc.cit. dicit: quod gladius Eccleſiæ pervicerit, ut jus ſuum Eccleſis relinquerent Impp. quo facto, credunt multi, Remp. Imperio graviſſimam calamitatem attraxiſſe, dum hoc modo magna pars Statuum Imperii illum tenetur ſuperiorem agnoſcere, qui extra Germaniæ Remp. eſt con-

conſtitutus. Ex eo vero tempore, majore vi ſublato jure Imperatorio in Germania ſola iterum electione Epiſcopi conſtitui cœpere. In conventione quidem Henr. V. cum Pontifice expreſſum erat, ut deinceps Electio Epiſcoporum eſſet penes Clerum & Populum. Aſt eligendi illa poteſtas initio Seculi XIII. retracta ad ſolos Canonicos ſive Capitulares Cathedralium Eccleſiarum, reliquo omni populo excluſo. Electio autem illa Canonicorum hodie creberrimè fit per ſcrutinium, ubi ſecretè & ſigillatim vota cunctorum Capitularium explorantur. (bbb) Quicquid igitur de eo ſit, modus ille eligendi hîc in Inſtr. P. publica auctoritate jam eſt approbatus. Conſtituuntur ergo Epiſcopi vel electione, vel poſtulatione: Illa eſt perſonæ idoneæ ad Prælaturam, ſive ad dignitatem Eccleſiaſticam canonicè facta Vocatio. Poſtulatio eſt in ſubſidium electionis introducta, & nihil aliud, quàm ſimplex petitio Collegii, ut hæc perſona Epiſcopi locum teneat, quæ ob Canonicum defectum, v. gr. ſi ſit minorennis, laicus &c. eligi non potuit. (ccc) Sed utraque poſtulatio & electio ſit libera, (ut hîc) in Germania Capitulis Eccleſiarum Cathedralium conceſſa: Ratio, quia libertas electionis & ſuffragiorum ea eſt intelligenda, quæ ex boni viri, ex vera liberrimi animi ſententia, qui ſibi perpetuo ob oculos poſitum ha-

 bet

bet Reip. in eaque inprimis Eccleſiæ utilitatem cum honeſtate conjunctam. (ddd) Itemque jura eligendi & poſtulandi juxta Conſtitutiones Imperii &c. & cujusque loci conſuetudines illibata maneant, hoc loc. igitur rationabiles: Ratio, quia cònſuetudines cum recta ratione convenire, & cum Reip. (in eaque Eccleſia) commodo ac utilitate ſint conjunctæ. (eee)

Huc fortaſſean haud inconvenienter Poriſma illud Dorſch. ex Cluten. Arumæo & Lup. d. Bapenburg. accommodari poſſe videtur, (EEE) videlicet, Electores Eccleſiaſticos & Epiſcopos etiam cum reſpectu dignitatum ſacrarum, ex certo conſilio tum olim in Septemvirale Collegium, tum in Senatum Imperii cooptatos fuiſſe: etiamſi enim non exerceant poteſtatem Epiſcopalem propriam, & Diœceſes ſuas Epiſcopales attinentem, tamen quia ſimul in vinculo & unione, partim ad cæteros Epiſcopos, partim ad Germanicam Eccleſiam, partim ad totum Imperii corpus verſantur, communem illam ſuam poteſtatem, quoad ſalutem & egregium publicum, meritò exercent in Comitiis, conſequenter iisdem maximè aliquod jus, fasque competiit ad transactionem religioſam.

Cui Poriſm. ſat accommodè quoq; ſubnectenda illa quæſtio ab eodem contra ſuum Antagoniſtam mota: (EEE) An Pax ejusmodi

di repugnet officio & obligationi Cæſaris Statuumque Catholicorum, maximè Epiſcoporum? Et reſpondet idem ibid. quod in ſimili caſu reſpondent Canoniſtæ: Juramentum cadens ſupra propoſitum vel promiſſionem habentem tacitam conditionem, ex intentione jurantis vel ex diſpoſitione juris, vel ex conſuetudine jam recepta, eo modo explicandum eſt, quo explicatur, & obligat ipſa promiſſio &c. Hinc ſupponamus (inquit) conſtantem eſſe animum in obſervando Advocatiæ juramento, & defendendis jurib⁹ Rom. Pontificibus & Eccleſiæ, penes Imperatores. Dicimus itaque pro concluſione I. Juramentum Advocatiæ non aliter Rom. Eccleſiæ & Pontificis defenſionem poſtulare, quam antiquiſſimo more, etiam non recepto juramento, uſitatata fuerat. Sequitur pro Concluſ. II. Id. juram. Advocatiæ, quo Rom. Eccleſiæ & Pontifici defenſio poſſeſſionum, honorum, juriumque conſervatio promittitur, non obligare Imp. ad impoſſibilia. Emergit hinc pro Concl. III. Id. juram. Advocatiæ Eccleſiaſticæ, de defenſione Rom. Eccleſiæ, & Papæ; & conſervatione bonorum, juriumq; ejus, non obligare in caſu neceſſitatis. Notandum hinc pro Concl. IV. Id. Juram. Advoc. & protectionis Eccl. tum etiam non obligare, cum ex indubitatis judiciis & circumſtantiis certò conſtat, defenſionem ſuſcipiendam

ni-

nihil profuturam. Sit jam exinde pro Concluſ. V. Id. juram. Advoc. Eccleſiæ & Rom. Pontificis, ejusque honorum & jurium defendendorum, non etiam obligare ad everſionem propriam. Not. adhæc porro pro Concl. VI. Id. juram. Advoc. Eccl. ſeu defenſionis Rom. Pontificis & Eccleſiæ non ita obligare, ut iſta obligatio ſit impeditiva majoris boni, aut accelerativa majoris malis. Sit nunc pro Concl. VII. id. juram. defenſionem Rom. Pontificis & Eccleſiæ Rom. concernens cum honoribus & juribus ejus, non obligare etiam Imp. contra legem civilem. Eſto inſuper pro Concl. 8. objectum juramenti d. Advoc. Eccl. & defenſione poſſeſſionum, juriumque Pontificis Rom. & Rom. Eccleſiæ adhuc obſcurum eſſe & controverſum, adeoque ſe Imperatorem immiſcere in illam defenſionem, ſic ſtantibus rebus, vix poſſe. Addamus pro Concl. IX. Juram. illud protectionis & defenſionis Rom. Pontificis, ſi ab Imperatore omninò in illis terminis, quibus & in Pontificali & Ceremoniali Romano, & in Clementina continetur, quemadmodum etiam illud proponit pars adverſa Euſeb. præſtaretur, ita tamen interpretandum eſſe, ne priori juramento contrarietur, ſed illius tanquam potioris vigorem retineat. Ulterius dicamus pro Concl. X. quod id. juram. à Rom. Imperatore, cum iſtud præſtat, poſtulat, illud fere in

Sum-

Summa complecti ipſam Capitulationem Imperatoribus in prima Coronatione propoſitam. Sit denique (planius & plenius qui hæc deſiderat, adeat præcit. Auctor. Anticriſ.) pro Concl. XI. Juramentum Advocatiæ Eccleſiaſticæ, de defenſione Rom. Pontificis & Eccleſiæ Rom. quod & in Jure Pontificio & in Pontificali Romano extat, ita interpretandum eſſe, ut, quantum fieri poſſit, ſervata verborum proprietate, minus obliget jurantem, &c. &c.

§. 18. *V. Ubi Sac. Cæſ. Majeſtas jus primariarum precum exercuit*, (vid. diſſ. Fr. d. Jur. prim. prec.) *exerceat etiam inpoſterum, dummodo decedente Aug. Conf. addicto, in ejus Religionis Epiſcopatibus Conf. Aug. addictus ad normam ſtatutorum & obſervantiæ idoneus precibus fruatur. In mixtis verò ex utraq; religione ſeu Epiſcopatibus, ſeu aliis locis immediatis, precibus primariis præſentatus non gaudeat, niſi beneficium vacans Religionis conſors poſſederit.*

§. 19. *Si quid Annatarum, Jurium Pallii, Confirmationum, Menſium Papalium, & hujusmodi jurium & reſervationum nomine in bonis Statuum Auguſt. Conf. Eccleſiaſticis immediatis à quocunque, quandocunque, aut quomodocunque prætendatur, id validitate & executione à brachio ſeculari impertienda careat.*

§. 20. *In quorum autem Eccleſiaſticorum bonorum immediatorum Capitulis utriusq; Religionis*

nis Capitulares & Canonici, vigore præfati termini, certo utrinque numero admittuntur, menſesque Papales id temporis in uſu fuerunt, porro quoque, ſi decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant, atque executioni; caſu eveniente, mandentur, modò Papalis proviſio Capitulis immediatè è curia Romana & tempore legitimo inſinuetur.

Jus Primariarum, Erſte Bitte, vel preces primariæ, ita dictæ, quod conſuetudo eſſet Impp. ut hilariter & promtè beneficia ſive Eccleſias conferrent primò petentibus: (fff) eſt jus hoc ad Cæſareæ Majeſtatis Regalia pertinens, velut veſtigium & documentum priſtini juris Cæſarei circa ſacra olim competentis, per Henr. V. maximam partem amiſſi, cujus rudera quaſi reſidua ſunt in iſtis precibus, nomen certè & jus vix ad veterem Cæſarum in Eccleſiaſticis poteſtatem: unde dijudicari poteſt, quod antiquo uſu Cæſares illud habeant, retineantque. (ggg) Confer. Diploma Caroli IV. de primariis precibus verb. Libenter perſonas Eccleſiaſticas promovemus, iisque gratiam nobis à Deo collatam gratioſius impertimur, &c. Cum itaq; nobis tam de jure quam longinqua conſuetudine &c. Addit. formul. Wenceslai; (hhh) & adparet idipſum etiam ex Diplomate Rudolph. I. (iii) Alii putant, hoc Jus inde competere Imperatoribus, quod olim

olim ſemper primarii Eccleſiarum Cathedralium Canonici fuerint; (kkk) Sed verius ex ſummo quodam jure Patronatûs. (lll) Non negamus Gregorium XIII. & alios ante ipſum Pontifices, ut fatetur Ferd. II. in formula Conceſſionis, (mmm) hoc jus auctoritate ſua roboraſſe, ex eo tamen non ſequitur, quod à Pontificibus promanaverit, ſed habent illud Impp. ut dictum, ex inveterata conſuetudine & jure ſuperioritatis, adeo, ut non ſolum omnium temporum Antiſtites, ſed etiam Romanum Pontificem eligere potuerint; (nnn) aliud autem eſt, jus ante quæſitum confirmare, aliud de novo concedere. Itaque ex hoc capite non ſatis firmum argumentum duci exiſtimamus (ooo) contra preces primarias Impp. in beneficiis vacantibus in Eccleſiis Epiſcoporum, & aliorum Statuum Aug. Conf. addictorum, ſed veriſimilius eſt, illas ideo locum non habere, quod in Conſtitutione Religioſa huic juri tacitè renunciaverint Impp. Teſtatur itidem Speculator, (ppp) ſe Privilegium Rud. præmemoratum vidiſſe bullatum, ſed cum nihil addat de tempore & nomine Pontificis, à quo id Impp. ſit indultum, ſolius Speculatoris auctoritas privata minimè præferenda Teſtimonio ipſorum Impp. qui hoc jus primariarum precum antiquæ conſuetudini adſcribunt, nulla mentione facta Conceſſionis Ponti-

tificiæ : Reliquas Rationes contrarias diluit Limnæus. (qqq) Sed vi Inſtr. P. hoc art. V. §. 5. Cæſares in Proteſtantium territoriis illud jus exercere poſſunt, præſentatâ tamen perſonâ ejusdem religionis, de qua præſentatus juram. quoque præſtare debet. (rrr)

Annatas eſſe fructus primi anni, à die vocationis, vel ex integro; vel quoad dimidium; vel ſaltem in tertia parte: quas Papa R. in ſui ſubſidium, è proventibus beneficiorum quorundam Eccleſiaſticorum reſervat, aut ſimul, aut interruptis vicibus, perſolvendos tradit in prima quæſt. Fredericus Scars. & inſuper 8. quæſt. pro Annatis ſolvendis tractat, (sss) neque ullibi Nic. Ulmange, qui de Annatis non ſolvendis ſcr. mentionem adjicit, & quamvis eæ quidem Germanicæ Nationis Concordatis ac Capitulationibus Imperialibus firmatæ, ſæpe tamen contra eas querelæ ab Ordinibus Imperii in Comitiis Noriberg. An. 1522. & 1523. exortæ. (ttt) Et hæc procul dubio Ratio erat, propter quam congratulentur hodie ſibi omnes Evangelici, quod per Inſtrum. P. non tantùm Reſervationes beneficiorum Eccleſiaſticorum debeant hodie eſſe ſuſpenſæ, ſed & Menſes Papales, atque inſimul Annatæ Papales ipſos non amplius obligent; adeoque etiam juxta diſpoſitionem Inſtrum. P. Epiſcopus Oſnabrugenſis Evangelicus, qui ex Ducum Brunſuic. & Lüneb.

neb. Lineâ Catholico Epiſcopo alternativè ſuccedit, neque Annatarum, neque cæteris Papalibus oneribus ſubjectus. Sanè plurimum totius Imperii intereſſet, ut Papalibus Annatis, Pallio, &c. cæterisque vocabulis etiam Catholici Imperii Status eſſent exemti & liberati, ſuadet, atque perſuadet ſæpe allegatus Burgoldenſis. (uuu)

Cui etiam, quoad Pallii impetrationem, (quæ proteſtationes hodie per Pac. Religioſ. & Inſtrum. P. hîc, ni fallor, itidem propter gravamina de Pallio &c. nec obligat, neque, quum Archi- & Epiſcopatus Proteſtantium max. partem in jurisdictionem ſecularem tranſierint, adeo prodeſt:) ſuccinit ſupra quoque citatus D. Schütz. (vv vv vv) hanc, inquiens, ingratam Pallii gratiam Pontifex itidem confinxit, quô Archiepiſcopos atque nonnullos Epiſcopos Epiſcopal. Dignitatis & Nominis, Privilegiorumque aliorum Eminentia honoratos, in ſanctorum Paſtorum, ſolicitudinis partem, & Pontificalis officii plenitudinem recipere tr. (xxx) Appellationem autem Pallii, & annon paleum ſcribi debeant? (yyy) quæque ejus differentia? (zzz) Formam verò, texturam, & conficiendi, conſecrandique modum, myſticamque interpretationem, (aaaa) & uſum tandem apud Limn. (bbbb) legere liceat. Hac præterea ſub larva, verſutiſſ. illum indigniſſimæ nun-

N dina-

dinationis modum irrepſiſſe ſcr. prælaudatus D. Schütz. loc. cit. qui Remp. expilet, & ſuo nervo exuat, quo Majeſtas Imperii vivere debebat, cum iſtud linum Simoniacum admodum carè, univerſæ Germaniæ teſtimonio, contra omnem non ſolùm juris rationem, ſed etiam piorum Canon. auctoritatem hactenus fuerit venditum. (bbbb) Certè hodierno uſu, moribusque exigui momenti, cum in ſordidam fere nundinationem, res degeneraverit, & quisque, cui virtus noverca eſt, illotis manibus, pedibusque ad emendam vel emendicandam, præbendam, vel Canonicatum currit, horas, cantusque chorales alienis clamoribus abſolvens: hinc illa luxuriæ, & ignorantiæ fomenta, quæ anſam dederunt deformationi bonorum Eccleſiaſticorum. (bbbb)

Tantum enim hactenus non ſolùm ex annatis & ex Indulgentiis, ſed etiam ex redemptione Pallii ærario Pontificali acceſſit, ut non ſine cauſa Jacobus, Epiſcopus Magdeburg. ſubditorum commiſeratione motus, cum extremam vitæ horam inſtare perſentiſceret, ſe de morte ſua non adeo dolere dixerit, quàm ob id, quod ſubditi ſui pauperes iterum pro pallio redimendo gravem exactionem dare cogerentur. (*vid. Petr. Syring. d. Pac. Relig. th.* 16.) Quare & inter gravamina Germanicæ Nationis pretioſa hujus Pallii redemptio

fuit

relata, (*apud Goldaſt. in Volum. ReichsSatz. fol.* 215. J*oh. Limn. de* J. *Publ. l.3.c.4.n.*50.) Canonici verò Aug. Conf. licitè & bona conſcientia præbendis ſuus fruuntur, ſi ſc. legitimè ſint vocati, ſi ſalutem Eccleſiæ, proximique ædificationem conſilio, precibus, aliisque pietatis officiis promovere ſtudeant, prout pia fundatorum intentio hoc ipſum deſiderat. (bbbb)

§. 20. *VI. Electi aut Poſtulati in Archiepiſcopos, Epiſcopos aut Prælatos Aug. Conf. addicti, à S. Cæſ. Majeſtate, poſtquam intra annum Electionis aut Poſtulationis ſuæ fidem fecerint, & juramenta Regalibus conſueta feudis præſtiterint, absque ulla exceptione inveſtiantur, ultraque taxæ ordinariæ ſummam, inſuper ejusdem dimidium pro infeudatione pendant, iidem, aut ſede vacante, Capitula, & quibus adminiſtratio cum iis conjunctim competit, ad univerſales æquè, ac particulares deputationum, viſitationum, reviſionum, aliosque Conventus Imperiales, literis ſolitis evocentur, & ſuffragii jure fruantur, prout quisque ſtatuum ante Religionis diſſidia eorum jurium particeps fuit. Quæ verò & quot perſonæ ad ejusmodi Conventus mitti debeant, de eo Præſulibus cum Capitulis & Conventualibus ſtatuere liberum eſto.*

§. 21. *De titulis Principum Eccleſiaſticorum ex Aug. Conf. ita convenit, ut absque tamen præjudicio ſtatus & dignitatis titulis Electorum*

aut Poſtulatorum in Archiepiſcopum , Epiſcopum , Abbatem , Præpoſitum, inſigniantur ; Seſſionem autem in ſcamno inter Eccleſiaſticos & Seculares intermedio & transverſo capiant , quibus à latere aſſideant in Conventu omnium trium Imperii Collegiorum Director Cancellariæ Moguntinenſis , nomine Dn. Archiepiſcopi actorum Comitiarum generali directione fungens , & poſt ipſum Directores Collegii Principum : Idemque obſervetur in Senatu Principum collegialiter congregato , à ſolis iſtius Collegii actorum Directoribus.

Archiepiſcopi , Epiſcopi , ac Prælati Aug. Conf. ([non expectata Confirmatione &c. de quibus ſupra,] ſunt inveſtiendi, & ad Comitia Imperii vocandi , ibique jure ſuffragii fruantur: tribuitur itidem illis titulus Archi-Epiſcopi, &c. per Inſtrum. P. hîc. Sed hujus Deciſionis uſus in futurum non videtur magnus; Ratio : quia omnes fere hactenus à Proteſtantibus poſſeſſi Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Prælaturæ, & Abbatiæ in Statum Secularem reducti, perpetuo jure tenentur, iiſdemq; aditus ad Catholicorum Epiſcopatus impoſterum planè eſt præcluſus, ut ſupr. h. artic. Quod ergo hîc de ſcamno etiam intermedio ſancitur, hodie non habet locum , niſi in Epiſcopo Lubeccenſi, & in Adminiſtratore Magdeburgico , qui per Inſtrumentum Pacis qualitatem Clerialem retinuit

ad

ad vitam; Illo mortuo, quid tum futurum? vid. E. F. v. H. (bbbb)

§. 22. *VII. Quot Capitulares aut Canonici die prima Jan. Anni* 1624. *uſpiam vel Aug. C. vel Catholici fuerunt, totidem illic ex utraque religione erunt ſemper, nec decedentibus, niſi ejusdem Religionis Conſortes ſurrogentur: ſi verò alicubi jam plures Catholici vel Aug. Conf. Capitulares aut Canonici beneficia poſſident, quàm anno* 1624. *ii quidem ſupernumerarii beneficia & præbendas ad vitam retineant, mortuis verò, tamdiu Catholicis Aug. Conf. addicti, & his Catholici ſuccedant, donec redintegratus fuerit utriusque Religionis Capitularium & Canonicorum numerus, qui die prima* Jan. *anno* 1624. *erat. Exercitium verò Religionis in mixtis Epiſcopatibus ita reſtituatur & permaneat, ubi & quatenus id anno* 1624. *palam receptum, permiſſumque fuit, neque ſupradictis omnibus vel eligendo, vel præſentando, aliterve detrimenti quicquam creetur.*

Canonici Eccleſiarum Cathedralium mixtæ Religionis (v. gr. Halberſtat,) tot numero fixo ac ſtato ibidem manere debent, quot fuerunt anno 24. d. 1. Jan. quod tempus reſtitutionis per rationes ſupra poſitas attendi debet, & juxta illud quoque Epiſcopus Hild. Oſnabrugenſis, &c. reſtitutus eſt. (cccc)

§. 23. *VIII. Qui Archiepiſcopatus, Epiſcopatus & aliæ fundationes atque bona Eccleſiaſtica*

 imme-

immediata vel mediata in ſatisfactionem Regiæ Majeſtatis, Regnique Sueciæ æquivalentem recompenſationem, indemnitatemque ſuorum fœderatorum, amicorum & intereſſatorum conceſſerunt, peculiaribus ſuis Conventionibus infra contentis per omnia relinquantur. In omnibus verò iis, quæ ibi non continentur, & inter hæc quoad §. Jus Diœceſanum ib. infra poſitum, conſtitutionibus Imperii & huic Transactioni ſubjecta manento.

Et hîc de Religionis Con- & Reſervatione in bonis Eccleſiaſticis immediatis Coronæ Suecicæ ad Compenſationem æquivalentem datis ac conceſſis agitur: de quibus inferius artic. 10. Inſtrum. P. eod. loc.

§. 24. *IX. Quæcunque Monaſteria, Collegia, Ballivias, Commendas, Templa, Fundationes, Scholas, Hoſpitalia,* (vid. Fr. diſc. d. Jur. Hoſpital.) *aliave bona Eccleſiaſtica mediata, ut & eorum reditus, Juraque quocunque ea nomine appellata fuerint, Aug. Conf. Electores, Principes, Status, anno* 1624. *d.* 1. *Jan. poſſederunt, eadem omnia & ſingula ſive retenta ſemper, ſive reſtituta, ſive vigore hujus Transactionis reſtituenda, iidem poſſideant, donec controverſiæ R ligionis amicabili partium compoſitione univerſali definiantur, non attentis exceptionibus ſive ante, ſive poſt transactionem Paſſavienſem, aut Pacem Religioſam reformata & occupata:* (occupatio hæc maximas turbas, controverſias

ſias & querelas, inter utriusque Religionis Status excitavit, ut patet ex ſcriptis, quæ hinc inde prodierunt: evolv. Fundamenta der alten Religion zugethanen Ständen, wegen der Augſp. Confeſſions-Verwandten, ſeither dem Paſſauiſchen Vertrag eingezogenen Land- Stifft und Clöſter, und anderer Geiſtl. Güther:) *aut quod non de- vel in territorio A. Conſ. Statuum, vel exempta, vel aliis Statibus jure Suffraganeatus, Diaconatus, aliave quavis ratione obligata fuiſſe dicuntur, unicum, ſolumque hujus transactionis, reſtitutionis, obſervantiæque futuræ fundamentum ſit*, (not.regul.§.12. verſ. pacta autem transactione,) *die* 1. *Januar. anno* 1624. *habita poſſeſſio, irritis prorſus exceptionibus, quæ ex introducto alicubi locorum exercitio interimiſtico vel anterioribus aut ſecutis pactis generalibus, aut ſpecialibus transactionibus, vel litibus motis, cauſisve deciſis, vel etiam decretis, mandatis, reſcriptis, paritoriis, reverſalibus, litispendentiis vel aliis quibuscunq; prætextibus & rationibus deſumi poſſent. Ubi igitur ſupradictorum omnium bonorum, eorundem pertinentium, fructuumve Aug. Conf. Statibus, aliquid quovis modo vel prætextu, ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter à dicto tempore interverſum aut ademptum eſt, omninò absque mora, & indiſtinctè (interq; illa ſpecialiter etiam Monaſteria, Fundationes atque bona Eccleſiaſtica, omnia & ſingula à Principe Würtembergico*

anno 1624. *poſſeſſa: cum ſuis pertinentiis, reditibus & acceſſionibus ubicunque ſitis, unà cum amotis documentis, in priorem Statum reponantur. Nec Aug. Conf. addicti poſthac in habita ve recuperata poſſeſſione ullo modo turbentur, ſed ab omni perſecutione juris & facti perpetuò tuti ſint, donec controverſiæ Religionis compoſitæ fuerint.*

§. 25. *Omnia quoque Monaſteria, fundationes & ſodalitia mediata, quæ d.* 1. *Jan. anno* 1624. *Catholici realiter poſſederunt, poſſideant & ipſi ſimiliter, ut in Aug. Conf. Statuum territoriis & ditionibus ea ſita ſint, non tamen in alios religioſorum Ordines, quàm quorum regulis primìtus dicata ſunt, commutentur: niſi talium religioſorum ordo planè interciderit. Tunc enim Magiſtratui Catholicorum liberum eſto, ex alio in Germania ante diſſidia Religionis exorta, uſitato ordine novos Religioſos ſubſtituere: In quibuſcunque verò fundationibus, Eccleſiis Collegiatis, Monaſteriis, Hoſpitalibus ejusmodi mediatis Catholici & Aug. Conf. addicti promiſcuè vixerunt, vivant etiam poſthac promiſcuè numero prorſus eodem, qui die* 1. *Jan. anno* 1624. *ibidem repertus fuit, publicum etiam Religionis exercitium idem maneat, quod quovis in loco, dicto anno dieq; uſitatum fuit, absque unius vel alterius partis impedimento. In quibuſcunque etiam fundationibus mediatis anno* 1624. *d.* 1. *Jan. S. Cæſ. Majeſtas primarias preces exercuit,*

exer-

exerceat eas & impoſterum, ad modum circa bona immediata ſuperius explicatum. Idem planè hîc obſervetur de menſibus Papalibus, quod ſupra de iis §. quintò diſpoſitum eſt. Conferant etiam Archiepiſcopi, & quibus aliis id juris competit, beneficia menſium extraordinariorum. Quodſi quoque Aug. Conf. addicti in ejusmodi bonis Eccleſiaſticis mediatis dicto anno dieque à Catholicis realiter, plenè vel ex parte poſſeſſis, circa præſentandi, viſitandi, inſpectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturæ, hoſpitationis, ſervitiorum, operarum, habuerunt: Item Parochos, Præpoſitos ibi aluerunt, jura iſta, illa ſarta, tectaque maneant. Et ſi Electiones debito tempore, modove non fiant præbendarum vacantium diſtributio & collatio in ejusdem religionis perſonas, cujus decedens fuit, ex jure devoluto ad eosdem pertineat, modò per hoc in iſtiusmodi bonis Eccleſiaſticis mediatis inſtituto Catholicæ Religionis nihil præjudicetur, & Magiſtratui Catholicorum Eccleſiaſtico ſua jura ex inſtituto ordinis in ipſos Religioſos competentia, ſalva & illibata ſint. Quibus etiamſi Electiones aut collationes præbendarum vacantium debito tempore factæ non fuerint, Jus devolutum ſalvum eſto.

Quod ad oppignorationes Imperiales attinet, (ſic Comites Palatini ad Rhenum ab Imperio oppignorationis jure poſſident Oppenheim, Lautern, Vierſtein, Ortenheim, Ingelheim

& Anvveiler : plura Exempla refert D. Strauch. diſſert. Acad. d. Oppign. rer. Imp. §. 22.) *cum in Capitulatione Cæſarea* (idem in Noviſſima Leopoldina Artic. 3. verb. Pfandſchafften &c. cautum eſt:) *diſpoſitum reperiatur, quod electus Romanorum Imperator, Electoribus, Principibus, cæterisque Statibus immediatis Imperii ejusmodi oppignorationes confirmare, atque illos in earundem tranquilla & quieta poſſeſſione defendere ac manutenere debeat. Conventum eſt, hanc diſpoſitionem, donec Conſenſu Electorum, Principum & Statuum aliter ſtatutum fuerit*, (quod nondum factum) *obſervandam eſſe, atque propterea Civitati Lindaco, nec non Weiſſenburgo in Noricis*, (vid. Strauch. d. l.) *reddita ſort*, (Germanicum exemplar habet: bey Wiedererſtattung vorigen Standes, i. e. reſtituto priſtino Statu, quæ verba inter ſe diverſa, niſi generaliter verborum quis reſtringere velit ad redditionem ſortis. Fr. ad h. art. d. tr. Eandem diſcrepantiam obſ. d. Strauch. d. diſſ. §. 39. quæ jam ext. in Tom. 4. var. exerc. jur. publ.) *oppignorationes Imperiales ipſis ademptas, illicò & plenariè reſtituendas.*

§. 26. *Quæ verò bona Status Imperii ſibi invicem pignoris jure ante hominis memoriam obligaverunt*, (ejusmodi bona ab Eccleſiaſticis Seculares Principes multa poſſederunt, & adhuc poſſident, Duces ſc. Saxoniæ, Comites Pala-

Palatini Rheni, & alii plur. Unde concluſa pace multæ controverſiæ, quæ necdum ſopitæ, inter Catholicos nonnullos & Aug. C. addictos exortæ ſunt:) *in iis reluitioni aliter locus non detur, niſi poſſeſſorum exceptiones & merita cauſarum ſufficienter examinentur. Quodſi bona ejusmodi durante hoc bello vel absque prævia cauſæ cognitione, vel non ſoluta ſorte ab aliquo occupata fuerint, unà cum documentis ſtatim plenariè prioribus poſſeſſoribus reddantur, & ſi ſententia reluitioni locum concedat, inque rem judicatam tranſierit, atque ſorte numerata reſtitutio ſubſecuta fuerit, Domino quidem directo liberum eſſe debet, in hujusmodi terras oppignoratas ad ſe reverſas ſuæ Religionis exercitium publicè introducere*, (Q. hîc eſt, An Dominus pignoratitius potuerit Religionem mutare, aliamve inducere, ut in Palatinatu, & alibi factum. N. Dillingeſ. in Compoſit. P. c. 6. q. 39. ſed ex hoc tx. D. Strauch. d. diſſ. §. 50. contrarium probat; dum enim diſponitur hîc, quod Dominus directus in terras antehac oppignoratas, & demum ad ſe reverſas, ſuæ Religionis exercitium publicè queat introducere, apparet Dominum utilem, antea aliam Religionem introducere potuiſſe, quod apud Aug. Conf. addictos tantò probabilius, quia Religio territorium ſequitur:) *incolæ tamen & ſubditi migrare, aut ſuam, quam ſub priori poſſeſſore hujusmodi terrarum*

rarum oppignoratarum amplexi fuerant, Religionem deſerere non cogantur, de publico verò ſuæ Religionis exercitio inter ipſos & reluentem Dominum directum tranſigatur.

Hac Pace Monaſterienſi ita transactum, ut Evangelicis reſtituerentur, ab iisque retinerentur omnia bona Eccleſiaſtica mediata, quæ anno 1524. d. 1. Jan. poſſederunt, non attentis exceptionibus, ſive ante, ſive poſt transactionem Paſſavienſem, aut Pacem Religioſam reformata & occupata, aut quod non de vel in territorio Aug. Conf. Statuum, vel exempta, vel aliis Statibus obligata fuiſſe dicantur. Bonorum Eccleſiaſticorum mediatorum ratione, Evangelicorum gravamen, Catholicorum reſponſum, & Evangelicorum media (ne ex ſcriptis ſcripta conficiamus,) inveſtiganda, præter alia, in Hiſtoria Pacis Weſtphal. (dddd)

Dantur inſuper in Territoriis nonnunquam perſonæ, res & loca exemta, Dominoque Territorii non ſubjecta, (eeee) & non pauci Principes, Comites, Barones, Nobiles in aliorum Principum territorio caſtra & villas jure proprio & Imperii poſſident, multæ Civitates undique finibus Principum circumſepiuntur, ſed ſalva libertate, (ffff) quæ adeo Domini territorii ſuperioritati ſubjecti non ſunt, ſed per ſe ſeparatum territorium faciunt: talia bona plurima Archiepiſcopus

Mo-

Moguntinus hinc inde in aliorum Principum territoriis diſperſa poſſidet. (gggg) Hac ergo ratione locus aliquis poteſt eſſe de territorio, Unter eines Fürſten Obrigkeit. (hhhh) Et ſic paria ſunt in effectu, eſſe extra territorium, & eſſe in territorio, ſed exemptum vel non de territorio, (iiii) non tamen omninò; vid. ſæpe citatus Reinking. (kkkk) Aliàs in Principum territoriis ſæpe reperiuntur alii Status immediati, qui illorum jurisdictionem non agnoſcunt, e. c. in partibus Sueviæ, Ducatu Würtembergico, Palatinatu, Franconiâ, Haſſiâ, Thuringiâ, &c. in his enim multi Comites, Prælati, Barones, & Civitates Liberæ, maximè Nobiles immediati ſiti ſunt, nec jurisdictioni Principum ſubſunt: & huc quoque ſpectat diſtinctio, quam faciunt: eſſe in alicujus territorio, & eſſe ſub alicujus territorio; poſterius infert jurisdictionem, non prius. Quamvis hac occaſione multæ controverſiæ & tentatæ jurisdictionis actus intervenire ſoleant; Principes enim non facile poſſunt tolerare illos in ſuis territoriis, qui jurisdictionem non agnoſcunt, ſed magis interrumpunt ſuo loco. Exempla hinc inde ſunt in Comitibus de Schvvarzburg, Hazfeld, Waldeck, & Nobilibus immediatis. (llll)

In ſpecie hîc etiam fit mentio reſtitutionis Ducis Würtembergici, quæ ægrè obtineri potuit:

tuit : rationem recenſet Burgoldenſis. (mmmm) Inſtr. P. hîc quoque conſtituit, quod omnia Monaſteria &c. quæ Catholici in territoriis Evangelicorum Anno 24. d. 1. Jan. realiter poſſederunt, inpoſterum etiam poſſidere debeant, ita tamen ne Religioſorum ordines, ab antiquo ibi habiti, immutentur; qua limitatione ad multa Monaſteria præcluſus fuit aditus. Illa verò Monaſteria, Hoſpital. &c. in quibus Catholici & Evangelici hactenus promiſcuè vixerunt, in Statu prædicti anni hoc loc. relinqui jubentur. (nnnn)

Diſpoſitum inſimul hîc de Jure Patronatus, ſc. ſalva relinqui juſſa jura præſentandi, viſitandi, inſpectionis, protectionis, aperturæ, hoſpitationis, ſervitiorum, operarum &c. quæ Evangelici anno 24. in bonis Eccleſiaſticis Catholicorum poſſederunt, ut ita etiam ex hoc tx. pateat, in fundis Eccleſiaſticis ſervitutes & jura poſſe conſtitui. Denique ex termino à quo, ratione numeri Canonicorum, in Collegiatis Eccleſiis mediatis, colligere eſt, poſſeſſionem & obſervantiam dicti anni eſſe fundamentum Proteſtantium & Catholicorum, tàm quoad mediata, quàm immediata Eccleſiaſtica bona. De cætero acerrimi animorum & armorum motus inter Catholicos & Proteſtantes de hac bonorum Controverſia fuerunt; ſed, quia his difficulter

ter eripienda iterum erat poſſeſſio, pax tamen Germaniæ extremis tum laboranti ſummè neceſſaria, cui maturandæ in ſalutem publ. Catholici prætenſam iſtam reſtitutionem quodammodo remiſerunt reſtrictam ad dictum annum 24. d. 1. Jan. qui eſt Terminus & q. arbiter huic liti poſitus, ita, ut quæ poſt pacem Religion. Proteſtantes bona Eccleſiaſtica reformaverint, & dicto termino poſſederint, jure inpoſterum retineant: hoc artic. & §. quanquam & de hoc termino multum temporis & deliberationis in Oſnabrugenſi Tractatu conſumtum, priusquam Proteſtantes & Catholici de hoc convenerunt; illis annum 1630. his verò annum 1618. votum & intereſſe urgentibus. (oooo) Heîc in hanc Scenam quoque producenda eſt illa ſuperiore anno FFti divulgata Disquiſitio Juris P. de Bonis Eccleſiaſticis, eorumque ex alieno Territorio debitis, Reditibus, inter Proteſtantes Imperii Status controverſis ad hunc §. IX. & §. XV. nec non Artic. VII. cujus Scripti Perioche hæc eſt: In Capitis I. Prooemio proponitur Quæſtio: An lites, quas Proteſtantes Imperii ordines, de bonis atque reditibus Eccleſiaſticis ex alieno territorio debitis, inter ſe fovent, ex poſſeſſione Anni 1624. vigore Inſtrumenti P. dijudicandæ ſint? In Sect. I. argumenta & rationes pro contraria & affirmante: In Sect. II. pro negativa; & ejus quidem

dem Membro I. Generalia; II. Specialia ex dicto Art. V. §. IX. n. 25. III. Ex §. XVI. n. 45. 46. & 47. I.P. deſumpta argumenta exhibentur, omniaque ſimul ab exceptionibus contrariis vindicantur. In Sect. III. Rationes affirmantes excutiuntur & confutantur. Cap.II. de Judice hujus cauſæ & foro competente tractat; cujus Sect. I. An Summum Imperii, quod Spiræ eſt, Triibunal cognoſcere de hoc controverſia, & pronunciare definitivè poſſit? generatim. Sect. II. Annon ſaltem ex capite prorogatæ Jurisdictionis, cognitionem ſibi in hac cauſa vindicare poſſit Imperialis Camera? Hoc loc. in oppignorationibus Imperialibus jus reluitionis ceſſare debere, ob Rationem in tx. adjectam; itemque civitatem Lindavienſem & Weiſſenb. Nortg. in oppignoratione, Imperiales, ipſis ademtas, eſſe reſtituendas, quæ verò bona Status Imperii ſibi invicem pignoris jure ante hominis memoriam obligaverunt, in iis reluitioni aliter locum non dari, niſi poſſeſſorum exceptiones & merita cauſarum ſufficienter examinentur, clarè cautum atque conventum eſt. Olim quidem Imperii Provinciæ, Monaſteria & Civitates in commerciis habita & liberè alienari potuerunt; (pppp) verùm hodie alia Imperii Romano-Germanici eſt facies, & non oppignorari poſſe, communis & unanimis Dd. eſt concluſio: (qqqq) & quamvis

vis etiamnum hodie per Capitulat. Imper. Statibus Imperii oppignorationes, quas ab Imper. obtinent, confirmentur; (rrrr) hoc tamen argumentum de validis & licitis oppignorationibus intelligitur, ut hæ firmæ permaneant, nec relui poſſint, etiamſi aliàs reluibiles fuerint. Licet enim ſint, qui arbitrantur, quod Capitulationis iſtiusmodi verba accipi debeant de oppignorationibus, quæ reluitionem nullam admittant; contrarium tamen, & quod ea quoque ad reluibiles oppignorationes extendenda ſint, ne confirmationes iſtæ potius ventis & verbis, quàm rebus ſerviant, & quod privilegia contra Conceſſorem largiſſimè ſint intelligenda: (ssss) cujusmodi Immunitates ſpeciales de non alienando vel oppignorando habent plurimæ Civitates. (tttt) Imò modò dictæ Capitul. Ferd. III. art. 3. conferendus cum art. 9. zu dem und inſonderheit, &c. ut & cum Capitulat. Moderni Imper. Glor. nec non Inſtr. P. h. loc. in quo etiam lis iſta cum Civ. Lindav. deciſa, & p. 4. eid. adempti anno 49. d. 5. Maji ſt. v. à Commiſſariis reſtituti ſunt. (uuuu)

Forſitan hîc quoque haud perperam ex Dorſch. Anticr. Th. Sect. 4. quæſt. 4. p. 41. ſubnecto: Ceſſionem jurium & bonorum temporalium in caſu ſummæ neceſſitatis ab orthodoxis illis factam, qui erroneam fovent religionem, per Pacem Religionis decretam, eandem ream novæ perditionis animarum

O face-

ſacere non poſſe. Ratio, quia vi ceſſionis, quam cohoneſtat caſus inevitabilis neceſſitatis, & majoris mali imminentis averſio, non fit, animabus aliquod damnum, aut periculum Spirituale, etiamſi auferatur ipſis occaſio liberè exercendi religionem orthodoxam, ad incrementum boni ſpiritualis. Non eſt hæc cedentium intentio, nec iſte ceſſionis finis, qui eſt ipſa ſalus publica & conſervatio Imperii. In illis potius hærebit, ſi quid hîc peccatum eſt, aut peccatur, qui ceſſione abutuntur. Sed pœna ſalubriter, ob majoris mali averſionem, ſuſpenditur, & Deo ipſi relinquitur, cujus eſt, in religione errores, & ex erroribus actus punire. Præterea, quod Pax Religionis ſolùm conceſſerit, ut Proteſtantes ea bona, quæ antea Pontificiis eripuerant, retinerent, ut autem Catholicis eriperentur, quæ tum legitimè tenebant, cum ipſa Pace Religionis & omnibus ejus circumſtantiis pugnat. Vult enim Pax Religion. Status Imperii habere libertatem, jusque religionis alterutrius, neque in ejus uſu atque exercitio quemquam turbandum eſſe decernit. Imò ad liberos usque Imperii Nobiles extenditur beneficium decretæ libertatis. Ergo Pax non ſolùm favet Proteſtantibus tum, cum decerneretur, exiſtentibus, ſed etiam quisbuscunque demùm extituris, & Auguſt. Conf. religionem amplexaturis. Hinc non

tan-

tantum pro religione & miniſterio inſtituto, ſed & pro inſtituendo diſponit. Illis in bona non immediatè Imperio ſubjecta, etiam Eccleſiaſtica, idem eſt jus, quod cæteris, qui jam ante Pacem decretam religioni Aug. C. adhæſerunt. &c. &c.

§. 27. *X. Libera & immediata Imperii Nobilitas, omniaque & ſingula ejus membra, unà cum ſubditis & bonis ſuis feudalibus & allodialibus, niſi fortè in quibusdam locis ratione bonorum, & reſpectu territorii vel domicilii aliis Statibus reperiantur ſubjecti, vigore pacis religioſæ, & præſentis conventionis in juribus religionem concernentibus, & beneficiis inde promanantibus, idem jus habeant, quod ſupradictis Electoribus, Principibus & Statibus competit, nec in iis ſub quocunque prætextu impediantur aut turbentur. Turbati verò omnes omnino in integrum reſtituantur.*

Nobiles Imperii immediati iisdem fere etiamnum hodie gaudent Privilegiis cum aliis Imperii Statibus, qualia Jus Auſtregarum; (vv vv vv vv) Jus collectandi; (xxxx) merum & mixtum Imperium; Jus fœderum; Bannum ferinum, (yyyy) & quæ alia ſunt, inprimis verò etiam Jus liberum circa Religionem, & Jurisdictio Eccleſiaſtica; (zzzz) Ratio, quia ad Nobiles immediatos Pax R. pertinet ſine controverſia; cum in Comitiis Auguſtanis anno 1555. de Pace Rel. ageretur,

Aug. Conf. addicti Status, eosdem articulos cæteris adjungi petierunt, atque etiam idipſum obtinuerunt, ut tr. in Receſs. d. dicto anno §. und zu ſolchem Frieden ſolle die freye Ritterſchafft, &c. (aaaaa) quùm verò contra hanc Pacem Relig. in præteritis Imperii turbis, etiam Nobiles Immediati, in juribus Religionem concernentibus turbarentur, & valde de eo in Conventu compoſitionis Francofurti anno 31. inſtituto fuerit conqueſtum, Idem autem Conventus gravamina Relig. non tolleret, demum in Tractatibus Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſibus in gravaminibus Eccleſiaſticis etiam Nobilium horum ratio habita, in Inſtr. P. tandem, ut hîc, iisdem conceſſum eſt circa negotium Religionis idem jus, quod Electores, Principes, & reliqui Status habent.

§. 28. XI. Liberæ Imperii Civitates, prout omnes atque ſingulæ ſub appellatione Statuum Imperii, non tantùm in Pace Religionis & præſenti ejusdem declaratione, ſed & alias ubique indubitatè continentur, ita & ex illarum numero eæ, in quibus unica tantùm Religio anno 1624. in uſu fuit, tam ratione juris reformandi, quàm aliorum caſuum Religionem concernentium, in territoriis ſuis & reſpectu ſubditorum non minus, ac intra muros & ſuburbia, idem cum reliquis Statibus Imperii ſuperioribus jus habeant, adeoq; de iſtis generaliter diſpoſita & conventa, de his

quo-

quoque dicta & intellecta ſunto, non attento, quod in iis Civitatibus, in quibus præter Aug. Conf. exercitium, nullum aliud à Magiſtratu & Civibus juxta morem & Statuta cujusqe loci anno 1624. introductum fuit, aliqui Catholicæ Religioni addicti cives commorentur, vel etiam in aliquibus Capitulis, Eccleſiis Collegiatis, Monaſteriis & Cœnobiis ibidem ſitis, immediatè vel mediatè Imperio ſubjectis, inque eo Statu, qui fuit d. 1. Jan. anno 1624. deinceps quoque cum Clero intra prædictum terminum non introducto, & civibus Catholicis pro tempore ibi exiſtentibus, tam activè, quàm paſſivè omnino relinquendis, Catholicæ Religionis exercitium vigeat. Ante omnia verò illæ Civitates Imperiales, quæ ſive uni, ſive utrique Religioni addictæ, (& inter has poſteriores cumprimis Auguſta Vindelicorum, itemque Dunckelſpühla, Biberacum, Ravenſpurgum & Kauffbeura,) ac anno 1624. propter religionem, vel bona Eccleſiaſtica, ante-vel poſt Transactionem Paſſavienſem & inſecutam Pacem Religioſam occupata & reformata, vel aliâs intuitu Religionis in Politicis quocunque modo, ſive extra, ſive judicialiter aggravatæ ſunt, in eum ſtatum, in quo Kalendis Jan. præd. anni 1624. tam in ſacris, quàm in profanis fuerunt, non minus ac reliqui Status Imperii Superiores pleniſſimè reponantur, inque eo absque ulteriore turbatione, perinde atque illæ, quæ t. t. adhuc poſſederunt, aut interea poſſeſſionem recuperarunt,

uſque ad amicabilem Religionum Compoſitionem, conſerventur. Neutrique partium alteram, de Religionis ſuæ exercitio, Eccleſiæ ritibus & ceremoniis deturbare fas ſit, ſed cives pacificè & comiter invicem cohabitent, liberumque Religionis ſuæ & bonorum uſum, ultrò, citroque habeant, (ſæpius contra hunc tx. ex zelo Religionis actum eſſe, tot in Comitiis auditæ querelæ teſtantur. Fritſch. d. l.) *caſſatis rerum judicatarum & transactarum, litispendentiarum, aliisque §§. 2. & 9. enumeratis exceptionibus: ſalvis tamen iis, quæ Politicorum ratione de Auguſta Vindelicorum, Dunckelſpühla, Biberaco & Ravenſpurgo dicto §. 2. diſpoſita ſunt.*

In hoc §. ſequentia hæc potiſſimum ſancita & deciſa ſunt: 1. quod Civitates Imperiales omnes & ſingulæ, ſub appellatione Statuum Imperii, non tantùm in Pace Religionis, & ejusdem declaratione iſta Pacificationis Oſnabrugenſis, ſed & aliàs ubique indubitatè contineantur; fruſtra ergo exprimitur, quod tacitè ſubintelligitur. (bbbbb) 2. quod illæ Civitates Imperiales, in quibus 1. Jan. anno 24. una tantùm Religio in uſu fuit, (ſc. vel Catholica, vel Evangelica, quæ puræ dicuntur,) tam ratione juris reformandi, quàm aliorum caſuum, Religionem concernentium, idem jus habeant, quod reliqui Status Superiores, & quæ de his generaliter diſpoſita & conventa ſint. 3. Quod Civitates

tes Imperiales hæc jura, tam intra, quam extra muros & ſuburbia, in territoriis ſuis etiam ſubditorum reſpectu, obtineant. 4. Non attento, quod in iis Civitatibus, in quibus præter Aug. Conf. exercitium, nullum aliud anno 24. introductum fuit, aliqui Catholicæ Religioni addicti cives commorentur. 5. Vel etiam in aliquibus Capitulis, Eccleſiis Collegiatis, Monaſteriis & Cœnobiis ibidem ſitis, immediatè vel mediatè Imperio ſubjectis, inque eo Statu, qui fuit 1. d. Jan. anno 24. deinceps quoque cum Clero, intra prædictum terminum non introducto, & Civibus Catholicis pro tempore ibi exiſtentibus, tam paſſivè, quàm activè omnino relinquendis, Catholicæ Religionis exercitium vigeat; cujusmodi ſunt Ratisbona, Lindav. & aliæ. 6. Quod Civitates Imperiales, quæ ſive uni, ſive utrique Religioni addictæ, (mixtæque dicuntur, & deſcribuntur infra §. 14. ibi. in iis locis,) ab anno 24. propter Religionem, vel bona Eccleſiaſtica, vel aliàs intuitu Religionis, in Politicis, quocunque modo aggravatæ, in eum ſtatum, in quo 1. Jan. anno 24. tam in ſacris, quàm profanis fuerunt, non minus ac reliqui Status, pleniſſimè reponi debeant. 7. Idque ſive ante, ſive poſt transactionem Paſſavienſem, & inſecutam Pacem Religioſam Religio reformata, vel bona occupata fuerint. 8. Quod in hoc reſtituto

 jure,

jure, absque ulla ulteriore turbatione, usque ad amicabilem Religionum Compoſitionem conſervari debeant. 9. Quod neutri partium alteram de religionis ſuæ exercitio, Eccleſiæ ritibus & ceremoniis deturbare fas ſit. 10. Quod cives pacificè & comiter invicem cohabitare, liberumque religionis ſuæ & bonorum uſum, ultrò, citroque habere debeant. 11. Quod caſſatæ ſint in hiſce cauſis rerum judicatarum & transactionum, litispendentiarum, aliæque exceptiones.

Es quibus patet, Civitates mixtæ religionis à Civitatibus unius religionis, quoad negotium religionis, non aliter differre, quam in eo, quod jus reformandi his æquè ac Statibus Superioribus competens in mixtis Civitatibus locum non habeat; Ratio, quia in hiſce neutri parti alteram de religionis ſuæ exercitio deturbare fas eſt? Et licet, inter alia objecta, quidam oggänniant, quod de Civitatibus Imperialibus in tota Conſtitutione de Pace Religionis anno 1555. in Comitiis Auguſtanis facta, nihil omnino agatur, excepto unico illo §. Nachdem aber in vielen Frey-und Reichsſtädten, &c. atque in eodem non omnibus Civitatibus Imperialibus libertatem Religionis conceſſam eſſe, ſed aliquibus, & iis tantùm, in quibus utraque Religio tum viguerat: Agi enim in tota ſerie iſtius Pacis primò de Principibus Aug. Conf.

aliis.

aliisque Imperii Statibus, qui territorium & proprios ſubditos habent: Dein de liberis Nobilibus, ſive Equitibus Imperii; dènique autem de Civitatibus Imperii. Verùm enimverò iſta, ſi cum ipſo textu pacificationis conferatur, in nonnullis claudicat, in aliis aliàs peſſimè ſe habet. Primò enim non agit Pacificatio de ſolis Principibus, & Statibus Aug. Conf. ſed etiam de Principibus & Statibus Cath. Rom. Deinde non ſolum de Illis, & de Equitibus Imperii, & Civitatibus in ea agitur, ſed etiam de omnibus tam immediatè, quàm mediatè Imperio ſubditis, atque adeo etiam de municipiis ipſis. Tertiò quod hîc palmarium, agitur in §§. qui §vum Nachdem aber, &c. antecedunt, de Statibus generaliter, & quandòque de Catholicis, quandoque etiam diſtinctè de Statibus Catholicis, & diſtinctè de Aug. Conf. addictis, ſub quibus cùm Civitates Imperiales Statuum nomine comprehendantur, ſuperfluum fuiſſet, ipſarum ſpecialem mentionem fieri, ſicuti etiam Comitum & Baronum propterea ſpecialis mentio facta non fuit, cum & ipſi Statuum nomine generali comprehendantur: quia non tantùm apud Logicos canoniſata eſt regula, quod, quicquid dicitur de genere, dictum etiam intelligitur de ſingulis ejusdem ſpeciebus; verùm etiam JurisConſulti tr. ſub

genere venire ſingulas illius ſpecies, tam in favorabilibus, quàm in odioſis. (ccccc)

Quod autem ſ. Nachdem aber, &c. Civitatum Imperialium ſpecialis mentio facta, id propter caſûs ſpecialitatem factum, & quia ibid. non in genere de Civitatibus Imperialibus, ſed de iis tantummodo, quæſtio vertitur, in quibus tempore Pacificationis utraque religio in uſu fuit, ita, ut in §. und damit ſolcher Fried, &c. regula generalis conſtituatur, cujus vigore omnibus Statibus, & ſic etiam Civitatibus Imperialibus, jus liberum Religionem reformandi attribuatur; in §. Nachdem aber in vielen &c. exceptio à regula ponatur, in Civitatibus illis, in quibus tempore pacificationis, utriusque Religionis exercitium viguit, ita, ut in his regula illa locum non obtineat, ſed utriusq; Religionis exercitium perdurare debeat. Nedum de aliis inſuper rationibus & fundamentis ſuperiora hujus ſ. in hoc articulo magis, magisque fulcientibus, nim. quia Conſtitutio Relig. in eum quoque potiſſimum finem ſancita eſt, ut Pax & tranquillitas non minus Imperii Romani, quàm Eccleſiæ, mirum in modum concuſſæ, reſtituatur, Principum ac Ordinum Imperii, eorundemque ſubditorum mentes exulceratæ ſanentur, omnesque radices diſcordiæ & diffidentiæ evellantur, ſeu multis modis jactatæ etiamnum periclitanti, ob diſſenſum de Religione, Germaniæ quieti

con-

conſtituendæ, mutuæque Magiſtratuum & ſubditorum fiduciæ conciliandæ: averruncandisque malis & calamitatibus publicis. (eeeee)

Nam (fffff) ipſius Conſtitutionis cauſæ finales ſunt, primo Religionis libertas & ſecuritas; quomodo enim poteſt extare aliqua Religionis libertas & ſecuritas, dum alter Imperii Status alterum, ejusque ſubditos, Religionis intuitu, ferro & igne perſequitur, & omnia utrinque ad crudeliſſimam tyrannidem & ſævitiam exaſperantur. Secunda eſt quies & fiducia animorum, tum quoad Status inter ſe, tum etiam quoad relationem mutuam ad ſubditos. Tertia eſt univerſalis Imp. & Germ. cladis, atq; internecionis averſio, prout hujusmodi cauſæ finales paſſim in Imperii Receſſibus, ubi de Pace Relig. ſancienda vel ſancita mentio fit, repetuntur. (ggggg) Cum autem rationes hujusmodi finales Pacificationis Religioſæ, pleræque ipſis Civitatibus, Imperii Statibus & Ordinibus conveniant, conſequens eſt, quod ipſis quoque ipſius Pacificationis, & ſic reformandi & liberè inſtituendi Religionem jus, æque ac aliis Statibus competat, cum cauſa & ratio finalis extendat, declaret, & reſtringat omnem diſpoſitionem, & ſic principaliter attendenda, (hhhhh) ac rationis & cauſæ finalis paritate data, parilis quoque juris diſpoſitio datur, (iiiii) & poſita cauſa, ponitur effectus, ſicuti è contra, ceſſante cauſa ceſſat effectus. (kkkkk) Et hæc

in-

inſimul ſententia apertiſſimis verbis deciditur in ipſa Conſtitutione Pacis Relig. d. anno 1555. §. Und damit ſolcher Fried, &c. Ex quo Haſſiæ Langravius Mauritius dixiſſe fertur: Daſs die Freyheit in Religions-Sachen der Stände höchſtes Regal ſeye. (lllll)

§. 29. XII. *Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vaſallos, Civitates, Fundationes, Monaſteria, Commendas, Communitates & Subditos Statibus Imperii immediatis ſive Eccleſiaſticis, ſive Secularibus ſubjectos pertinet; Cum ejusmodi Statibus immediatis cum* Jure *Territorii & Superioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitata Praxi, etiam jus reformandi exercitium Religionis competat*, (unde vulgatum Ax. Cujus Regio, ejus eſt de Religione diſpoſitio. Nonnulli tam Theologi, quàm Politici Jus Territoriàle fundamentum eſſe poſſe juris reformandi, negarunt. Quæſtionem hanc in utramque partem examinatam huic Articulo & §o adjecit Fritſch. d. Adnot. p. 464. usque ad p. 402. incluſive.) *ac dudum in Pace Religionis talium Statuum ſubditis, ſi à Religione Domini territorii diſſentiant, beneficium emigrandi conceſſum, inſuper majoris concordiæ inter Status conſervandæ cauſâ, cautum fuerit, quod nemo alienos ſubditos ad ſuam Religionem pertrahere*, (Summa eſt Ratio, ait JCtus, quæ pro Religione facit. Poſſet hoc adplicari ad eos, qui ex Zelo Religio-

ligionis, LL. Imperii inſuper habent, & ad ſuas partes alios pertrahere non dubitant, ut experientia quotidiana in Imperio docet. Id. Fr. d. loc.) *eâve cauſa in defenſionem aut protectionem ſuſcipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat, conventum eſt, hoc idem porro quoquo ab utriusque Religionis Statibus obſervari, nulliq́; Statui immediato jus, quod ipſi ratione territorii & ſuperioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere.*

§.30. *Hoc tamen non obſtante, Statuum Catholicorum Landſaſſii, Vaſalli & Subditi cujuscunque generis, qui ſive publicum, ſive privatum Aug. Conf. Exercitium* (Q. in quo conſiſtat publ. & priv. Religionis Exercitium? qu. hanc reſolvit D. Schütz in Manual. Pacif. qu. 18). *anno* 1624. *quacunque anni parte*, (noli confundi, ait Id. d. tr. quæſt. 10. dum quandoque ſolus annus, quandoque annus cum quacunque ejus parte in Inſtr. P. expreſsè obſervandus præcipitur. Diſcrimine inter ipſa bona Eccleſiaſtica, eorumque reſtitutionem, & ipſum Religionis Exercitium obſervato, &c.) *ſive certo pacto aut privilegio, ſive longo uſu, ſive ſola denique obſervantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam inpoſterum una cum annexis, quatenus illa dicto annò exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt. Cujusmodi annexa habentur* (1) *inſtitutio* conſiliorum, (vel Jus Conſiſtorii:) (2) *Miniſteriorum, tam*

Scho-

Scholaſticorum, quàm Eccleſiaſticorum (ordinatio.) (3) *Jus patronatus, aliaque ſimilia jura, nec minus maneant in poſſeſſione omnium, dicto tempore, in poteſtate eorundem conſtitutorum templorum, fundationum, monaſteriorum, hoſpitalium cum omnibus pertinentiis, reditibus & acceſſionibus. Et hæc omnia ſemper & ubique obſerventur, eousque, donec de Religione Chriſtiana vel univerſaliter, vel inter Status immediatos, eorumque ſubditos, mutuo conſenſu aliter erit conventum, nec quisque à quocunque ulla ratione aut via turbetur.*

§. 31. *Turbati aut quocunque modo deſtituti verò, ſine ulla exceptione in eum, quo an.* 1624. *fuerunt Statum plenariè reſtituantur. Idemque obſervetur ratione ſubditorum Catholicorum A. C. Statuum, ubi dicto anno* 1624. *uſum & exercitium Catholicæ Religionis publicum aut privatum habuerunt.* Add. art. 5. §. 9. verſ. omnia quoque 2.

§. 32. *Pacta autem, transactiones, Conventiones aut Conceſſiones, quæ inter tales immediatos Imperii Status, eorumque Status Provinciales & Subditos ſupradictos, de publico vel etiam privato exercitio Religionis introducendo, permittendo & conſervando, antehac interceſſêrunt, initæ & factæ ſunt, eatenus ratæ & firmæ manento, quatenus obſervantiæ dicti anni* 1624. *non adverſantur, nec ab iisdem, niſi mutuo conſenſu, recedere liceat, non attentis, ſed annihilatis,*

latis omnibus anni 1624. *obſervantiæ , utpote , quæ inſtar regulæ obtineat , contrariis latis ſententiis , reverſalibus , pactis , quibuscunque Transactionibus. Et inter illa , quæ Epiſcopus Hildeſienſis & Duces Brunſuico-Luneburgenſes de Religione , ejusque Exercitio Statuum & Subditorum Epiſcopatus Hildeſienſis nonnullis pactis anno* 1643. *tranſegerunt. Excipiantur verò à dicto termino , & Catholicis reſerventur novem Monaſteria in Epiſcopatu Hildeſienſi ſita , quibus Duces Brunſuicenſes certis conditionibus eodem anno ceſſerunt.*

§. 33. *Placuit porrò, ut illi Catholicorum ſubditi Aug. Conſ. addicti , ut & Catholici Aug. C. Statuum Subditi, qui anno* 1624. *publicum, vel etiam privatum Religionis ſuæ Exercitium ulla anni parte habuerunt , nec non qui poſt pacem publicatam , deinceps futuro tempore diverſam à Territorii Domino Religionem profitebuntur & amplectentur , patienter tolerentur , & conſcientia liberà domi devotioni ſuæ , ſine inquiſitione aut turbatione ,privatim vacare , in vicinia verò ubi & quoties voluerint, publico Religionis Exercitio intereſſe, vel liberos ſuos exteris ſuæ Religionis Scholis, aut privatis domi Præceptoribus inſtituendos committere non prohibeantur , ſed ejusmodi Landſaſſii, Vaſalli & Subditi in cæteris officium ſuum cum debito obſequio & ſubjectione adimpleant , nullisque turbationibus anſam præbeant.* [Hoc §o Subditis quoque , qui poſt

Pa-

Pacem publicatam in futurum Religionem diverſam à Domino territorii amplectuntur, ratione conſcientiæ libertatis ſufficienter proviſum eſt. D. Myler, d. Stat. Imper. c. 85. §. 6. Sæpiſſime autem hactenus nonnulli contra hanc Conſtitutionem ſubditis moleſtias crearunt.]

§. 34. *Sive autem Catholici, ſive Aug. Conf. fuerint Subditi, nullibi ob Religionem deſpicatui habeantur*, (o! quàm conſultum foret, exclamat D. Schütz. d. tr. quæſt. 17. ſi diſpoſitio hæc paulò diligentius hodie obſervaretur: non eſſent tot pupillorum raptus, tot viduarum anguſtiæ & ſuſpiria, non tot deſperationes, & animarum interitus, non tot coacta matrimonia, non tot incontinentiæ, non tot perſecutiones, non tot denegatæ & protractæ juſtitiæ, non tanta denique in imponendis operibus publicis disproportio!) *nec à mercatorum, opificum, aut tribuum communione, hæreditatibus, legatis, hoſpitalibus, leproſoriis, eleemoſynis, aliisve juribus aut commerciis, multo minus publicis cœmeteriis, honoreve ſepulturæ arceantur, aut quicquam pro exhibitione funeris à ſuperſtitibus exigatur, præter cujusq; Parochialis Eccleſiæ jura, pro demortuis pendi ſolita, ſed in his & ſimilibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali juſtitia, protectioneq; tuti.*

§. 35. *Quodſi verò ſubditus, qui nec publicum,*

cum, nec privatum ſuæ Religionis Exercitium anno 1624. *habuit, vel etiam, qui poſt publicatam Pacem Religionem mutabit, ſua ſponte emigrare voluerit, aut à Territorii Domino juſſus fuerit*, (verba hæc: emigrare juſſus, intelligenda eſſe, ait Knipſch. d. Jur. & Privil. C. J. lib. 2. c. 3. n. 165. de eo caſu, ubi quis quietè & tranquillè non vixerit, vel delictum aliquod commiſerit, propter quod emigrare teneatur, & exilio mulctari poſſit, ne id contradictionem cum præcedentibus implicet: & hunc genuinum hujus loci eſſe ſenſum ait D. Myler. d. l. Contrarium videtur ſtatuere D. Schüz. d. tr. quæſt. 11.) *liberum ei ſit, aut retentis bonis, aut alienatis diſcedere, retenta per miniſtros adminiſtrare, & quoties ratio id poſtulat, ad res ſuas inſpiciendas, vel perſequendas lites, aut debita exigenda, liberè & ſine literis commeatus adire.*

§. 36. *Conventum autem eſt, ut à Territoriorum Dominis, illis Subditis, qui neque publicum, neque privatum Exercitium Religionis ſuæ dicto anno habuerunt*, (an etiam ejusmodi ſubditus privatum quoque Religionis ſuæ Exercitium frequentare poteſt. Neg. D. Schüz. d. tr. & d. quæſt. 11. ob rat. quod hîc tantum publici exercitii mentio fiat. Contrarium videtur Fr. in adnotat. ad hunc Artic. & §. arg. à maj. ad minus, ſumto, & quod libertas conſcientiæ non tam reſtringi, quàm am-

 pliari

pliari debeat:) *&* *tamen tempore publicatæ præſentis pacificationis, in unius vel alterius Religionis Statuum immediatorum ditionibus habitare deprehenduntur, quibus illi etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas evitandas, non tamen animo transferendi domicilium, aliò emigrarunt, & factâ Pace in Patriam redire volunt, terminus non minor quinquennio, illis verò, qui poſt pacem publicatam Religionem mutant, non minor triennio*, (elapſo hoc ſpatio, ſi necdum migrare voluerint, ad frequentanda illius loci divina non immeritò adigi poſſe, inquit D. Schüz. d. tr. quæſt. 12. quin potius emigratio eis injungitur,) *niſi tempus magis laxum & ſpatioſum impetrare potuerint, ad emigrandum præfigatur: neque ſive voluntariè, ſive coactè emigrantibus, nativitatis, ingenuitatis, manumiſſionis, noti opificii, honeſtæ vitæ teſtimonia denegentur, aut iidem reverſalibus inuſitatis vel decimationibus ſubſtantiæ ſecum exportatæ, plus æquò extenſis prægraventur, multo minus ſpontaneam ſuſcipientibus emigrationem, ſervitutis, aut ullo alio prætextu impedimentum inferatur.*

Quantum deinde ad Comites, &c. impediri oportere. Ergo hîc excluduntur Imp. Maj. Subditi, & ſtrictè tantùm comprehenduntur Statuum Imperii Immediatorum Subditi? Confer. infr. §. 13. & verſ. cum de majori. &c.

Hoc tamen non obſtante &c. aut via turbetur.

Sed

Sed Superior Domus Auſtriaca eſt Status Catholicæ Religionis; continetur enim ſub Circulo Auſtriaco: E. hic §. quoque locum habet in Landſaſſiis, Vaſallis & Subditis Domus Auſtriacæ Superioris? (Reciprocatio.)

Turbati &c. privatum habuerunt.

Pacta autem &c. anno ceſſerunt.

Sancitum hîc primum, quod jus reformandi juri territoriali adhæreat, Statuique Imperii immediato competat, niſi obſtent Privilegia vel pacta in contrarium. (mmmmm) Sed videamus ulterius rationes Statuum Evangelicorum fas ſibi eſſe, Epiſopatus, Prælaturas, Monaſteria, Hoſpitalia, aliaque bona Eccleſiaſtica juribus ſuis territorialibus ſubjecta, & poſt Transactionem Paſſavienſem & Pacificationem Religioſam reformare, inque iis Catholicâ Religione abolitâ Lutheranam introducere; jure enim hodierno facultas mutandæ Religionis ex jure territoriali dependet: (nnnnn) neque cum mero & mixto Imperio, autonomia quicquam commune habet, nec vigore jurisdictionis alicui competit, ſed quatenus eſt Status Imperii. (ooooo) Ex quo porro axioma illud tralatitium provenit inter Camerales & Dd. Catholicos vulgatiſſimum: quod cujus ſit Regio, ejusdem ſit etiam Religio, ſive de Religione dispoſitio. Quo axiomate etiam nititur Cæſ. Maj. D. Ferd. II. In dem Käyſerl. Edict von

Einziehung der Geiſtl. Güther, in quæſt. ult. §. Als haben vvir &c. (ppppp)

Præterea pro ſtabiliendo jure Statuum Evangelicorum ita argumentari licet: Quicquid juris competit Statibus Imperii Catholicis in Subditos ſuos Evangelicos & Aug. Conf. addictos, illud etiam Statibus Evangelicis in Subditos ſuos Catholicos competere, neceſſe eſt: Atqui Status Catholici tota die, vigore jurium territorialium, in Provinciis & ditionibus ſuis jus Reformationis exercent, & abolitâ Religione Luth. Catholicam Subditis obtrudunt: E. Connexio maj. propoſit. 1. ipſa nititur æquitate, quæ vult, ut, quod quisque juris in al. ſtatuit, eo ipſe utatur t. t. ff. quod quisque jur. 2. fundata eſt in Transactione Paſſav. quæ multoties hanc paritatem urget. 3. in Reſolutione Ferd. I. data Statibus Imperii in Comit. Aug. 30. an. 1555. §. dievveil nun &c. ibi. fürnehmlich die Billigkeit &c. 4. in Pacificatione Relig. de dicto anno 1555. §. Und damit &c. & §. dagegen ſollen &c. 5. Edicto Imperatorio, von Einziehung der Geiſtlichen Güther. §. Es haben aber &c. 6. in fine & ſcopo Pacific. Religioſæ, ut ſc. inter Status utriusque Religionis Catholicæ & Luther. æqualitas ac Concordia conſervetur. Accedit quoque libera Auguſt. Conf. acceptatio, quæ permiſſa in Receſs. Imperii de anno 1530.

De-

Deficit porrro jus contradicendi Statibus Aug. Conf. ſive Evangelicis in Reformatione mediatorum ſuorum Epiſcopatuum & Monaſteriorum. (qqqqq) Dein continua omnium temporum dictat ſeries, quod Principes & Status Evangelici uſu longævo in Epiſcopatibus ſuis mediatis, Cœnobiis & Collegiis Eccleſiaſticis, ante pariter & poſt Tr. Paſſ. initamque Religionis Pacem, haud attenta aliorum contradictione, Religionem Catholicam abrogarint & reformarint, atq; per id jus firmum reformandæ Religionis, etiam in Monaſteriis & Collegiis Eccleſiaſticis ſuarum Provinciarum, ſibi acquiſiverint. (rrrrr) Nec deficit omni ex parte Cæſ. Maj. & Catholicorum Statuum aſſenſus & approbatio, & deſuper aliquoties confirmatæ transactiones & Pacta, inter Status Evangelicos & Monaſteria ſuper reformatione inita, ac in ſpecie Pactum Civitatis Eslingenſis & Lindavienſis. Denique plurimis in locis præſcriptio temporis immemorialis, vel etiam longiſſima, 40. nim. annorum, qualis de jure in rebus Eccleſiaſticis requiritur, reſtitutionem omnino impedit. (sssss)

Præterea circa pacta quondam inter Principes, & Subditos ſuper cultu ſacrorum inita, nonnihil quoque t. t. difficultatis movebatur. Ac Colonienſis quidem Elector, quæ circa Subditos Hildeſienſis cum Luneburgicis con-

venerant, remittebat; Novem tamen Cœnobia Evangelica ibi ſita reliquis octo Catholicis utique jungi volebant; tum ut in Evangelicis Templis Catholici quoque ritus ſimul celebrarentur. Cujus Legatus Buſchmannus diſceſſurum ſe minabatur, ſi iſta recuſentur. Moguntinus poſtulabat, ut pacti, quod anno 18. hujus Seculi inter Electorem Suicardum & Erfordiam urbem initum ferebatur, in Inſtrum. P. mentio fieret, ſaltem tantiſper, quoad à Principe ſuo alia Mandata acciperet. Enimverò Colonienſi oſtendebatur, haud opus eſſe in Evangelicorum Templa irrumpere, cum in Præſulatu ac Cœnobiis pauci duntaxat Catholici inveniantur, quos vel unum Templum capere queat. Ita hoc poſtulato, quamvis ægrè, depellebatur. Sed cœnobia etſi Sueci inter Electorem & Luneburgicos dividi cupiebant: quia tamen hi ultro eorum poſſeſſionem dimiſerant, Sueci quoque reniti non amplius poterant, quò minus Colonienſis iisdem potiretur. Sed Pactum Moguntini cum Erfordienſibus planè adſpernabantur, quod iſtud nunquam perfectum fuerit. *Fuſius D. Puſend. Rer. Suec. lib.* 20. §. 91.

§. 11. & 12. *Placuit &c. Sive autem &c.* Salutariter hîc ordinatum eſt, quod partim libertas conſcientiæ ſubditis religione à Dominis ſuis diſſentientibus fuerit indulta; de qua Autonomia Subditorum, & Evangelicorum

gra-

gravamen contra Pontificios, iſtorum reſponſo, & Evangelicorum mediis; ſimiliter Saxonicorum Electoralium Sententia de hoc negotio, novisq; Cæſareanorum conditionibus, Suecis & Evangelicis ingratis, punctoque autonomiæ anno 48. d. 8. 18. Martii transacto, prolixè admodum legi poteſt variis in locis Hiſtoria Pacis Weſtphal. (ttttt) Partim verò, quod utriusque Religionis Subditi contemptui & irriſioni non ſint exponendi, neque à Collegiis, Succeſſionibus, legatis, multò minus publicis cœmiteriis & honore ſepulturæ ſint arcendi. (uuuuu)

§. 13. & 14. *Quodſi verò ſubditus &c. Conventum autem eſt &c.* Aſt, quod in antecedente §ſo additur, quod à Domino territorii emigrare juberi poſſit, id, ne contradictionem cum præcedentibus implicet, intelligendum eſt de eo caſu, ubi quis quietè & tranquillè non vixerit, vel delictum aliquod commiſerit, propter quod emigrare teneatur, & exilio mulctari poſſit. (vv vv vv vv vv) Hinc quoque beneficium emigrationis non eſſe neceſſitatis, ſed liberrimæ voluntatis, firmiſſimis rationibus poteſt probari. (xxxxx) Cujus ſententiæ immotum fundamentum etiam extat im R. A. zu Augſp. an.30.§§.61.ib. Ein freyer Ab- und Zuzug R. A. zu Augſp.d.an.55.§.22.ibi. An andere Orte ziehen, und ſich nieder thuen vvolten: quæ verba li-

 beram

beram voluntatem important, (yyyyy) cùm qui ad faciendum quid compellitur, voluntariè facere propriè non dicatur. (zzzzz) Unde in Subditorum odium hæc Conſtitutio detorqueri non debet, aliàs Chriſtiani deterioris conditionis eſſent, quàm Judæi, quos pacificè viventes expellendos non eſſe reſp. (aaaaaa) Id quod etiam ipſa Pacificationis Relig. evincit intentio & cauſa finalis, ut ſc. animi Subditorum Magiſtratui ſuo fortiori benevolentiæ vinculo adſtringantur, ſicuti pateſcit ex verbis Pacificationis: Der Stände Unterthanen Gemüther in Ruhe und Vertrauen gegeneinander zuſtellen: It. Daſs die Stände und Unterthanen ſich beſtändiger und gevviſſer Sicherheit zu verſehen hätten. Quod tamen fieri non poſſet, ſi citra læſionem conſcientiæ, beneficium voluntariæ manſionis ſubditis denegaretur. (bbbbbb) Neque conſiſtit in authoritate Magiſtratus, ut ſubditum vel invitum retinere, vel nolentem expellere poſſit, ſed ſubditis integrum eſt, aut emigrare, aut placidè eo loco commorari. (cccccc) Quod enim in favorem alicujus introductum, in ejus odium retorquendum non eſt, per vulg. Sic Turcæ Legis ſuæ aliàs obſervatores ſtrictiſſimi, diverſæ Religioni addictos tolerant. (dddddd) Abhorruerunt quoque ſemper hujusmodi conſcientiarum carnificinas & coactiones plurimi

Impp.

Impp. veluti Conſtantinus M. (eeeeee) Jovianus, (ffffff) Valentinianus, (gggggg) Nerva Coccejus, & Trajanus, (hhhhhh) Alexander Severus, qui licet ipſe Gentilis, Chriſtianis tamen Romæ Templum conceſſit. (iiiiii)

An Principes ſint juribus Majeſtatis, circa religionis inſtitutionem & propagationem, arcendi, magna diſputatio eſt. De Juribus Majeſtatis circa religionem loquimur, & de his ob emergentes cauſas graviſſimas, ob pericula inevitabilia tranſigi, & ceſſiones, traditionesque fieri poſſunt. Actus religionis interiores, & judicium de religione, aliorſum pertinere, certum eſt. Unde Impp. & Principes non rarò tum & de juribus circa conſtituendam religionem diſpoſuerunt, tum & in ipſius religionis qualitatem inquiſiverunt, & collapſæ puritati divini cultus medelam atque ſuſtulcimentum ſubſtruere conati ſint. (iiiiii) Porro Pax Religionis nulli animæ neceſſitatem credendi imponit, quia 1. conceſſio poteſtatis ad religionem ipſam pertinet, non ad qualitatem, quæ ab ipſo uſurpatore poteſtatis dependet. Etiamſi verò prævideat tranſigentium una pars, alteram ea poteſtate ad introductionem aut conſervationem falſæ religionis abuſuram, non tamen tenetur cum periculo ſubverſionis communis boni à tranſactione deſiſtere potius, quàm ad eam pro-

gredi, quia ab illa tranſigentium parte hoc conſequens non attenditur, ſed potius optimus finis, qui eſt communis boni & ſuæ libertatis conſervatio, quæ pretioſiſſimum eſt depoſitum. 2. Abſit miſeros populos diabolo in perpetuum oppignorari, quotquot in altera tranſigentium parte relinquuntur. Manet illis, unde ad lucem emergere, unde à diaboli inſidiis liberari poſſint. Atque hic bonitatis divinæ efflorеſcit ratio, quæ ubique fruendi veritate cœleſti aperit vias & media, quanquam ea alicubi ſub majori & amœniſſima ſit libertate, alibi ſub periculo, tormentis, oneribus. Et utut non ubique ingerat ſalutis media, nullibi tamen ab eorum amplexu arcet Deus. (iiiiii)

Neque Pax Rel. Subditorum animos ſubjicit arbitrio Principum, quia 1. poteſtas Religionis conceditur Principibus & Statibus, per Pacem Religionis. Qui illam deordinat ad defectionem à Vera & Catholica Religione, ipſe Domino ſummo rationem reddet. 2. Subditos ad Religionem cogendi, quam Status velint, nulla ipſis poteſtas conceſſa eſt. Imò de libertate Religionis etiam ipſis Subditis cautum eſt. 3. Nullam in animas Subditorum Principibus Germanis poteſtatem reſignat pax iſta, qua hoc unum agitur, ut *animæ in negotio Religionis à ſolo Deo pendeant, qui dominari conſcientiis inter reſervata*

vata ſua habet. Et eſt inter Theologos Principum Germaniæ illud decantatiſſimum: animas, quoad religionem non ſubjacere coactionis oneri. Ita & olim Lactantius: *Quis imponat mihi neceſſitatem vel credendi, quod nolim, vel quod velim, non credendi. Nihil tam voluntarium, quàm religio, in quo, ſi animus averſus, jam ſublata, jam nulla eſt.*

Quorſum & pertinet reſponſum de Templo Judæis permittendo Theodorici Rom. Reg. *Damus licentiam*, ſiquid. permiſſum eſt, ſed errantium votum laudabiliter improbamus. Religionem imperare non poſſumus, quia nemo cogitur, ut credat invitus. Quibus planè conſpirat Petr. Joh. Perpinianus Jeſ. dum ait: Ego, Pariſienſes, neque vindicem generis humani, neque Apoſtolos in omnes partes ab illo dimiſſos, neque Apoſtolorum Succeſſores, armis aut fundaſſe, aut propagaſſe video, quam poſteritati tradiderunt, diſciplinam. Multa illos, cum Eccleſiæ prima fundamenta jacerent, legi fuiſſe perpeſſos, ſcio contumeliis affectos, crudeliter excruciatos audivi, bonis, exilio, morte multatos accepi: exercitu & caſtris obſeſſos atque ad internecionem cæſos cognovi: aliquid ipſos eodem ex genere feciſſe, nusquam reperi, ſive idololatræ, ſive hæretici eſſent Principes, quorum illa juſſis fierent. Semper eorum quamvis iniquis imperiis exiſtimarunt ſibi

eſſe

eſſe parendum ; non illi animi ferocia, ſed ſubmiſſione: non minis ac terrore, ſed lenitate & benevolentiæ ſignificatione, non inſtructis copiis, ſed à Deo imploratis auxiliis ; non armis, ſed animis ; non feriendo, ſed ferendo, non occidendo, ſed moriendo dimicaverunt. &c. &c. (iiiiii)

Porro, P. Rel. nequaquam aut ad hæreſin adigit, aut ad emigrationem, nam Proteſtantes in transactione & pacificatione religioſa communiter in ea fuerunt ſententia, beneficium ſive facultatem emigrandi Subditis in iis regionibus conceſſam, ubi publicè ea, quæ ipſis placet, religio non colitur, eſſe voluntatis, non neceſſitatis: 1. Quia formula Pacificationis utitur dictione vvolten: quam voluntatem inducere, non neceſſitatem aliquam coactivam, apud omnes conſtat. l.49. ff. d. judic. 2. Quia libertas fini diſponentium convenientior eſt, propter verba pacis: der Stände und Unterthanen Gemüther in Ruhe und Vertrauen gegen einander zu ſtellen. It. daſs die Stände und Unterthanen ſich gevviſſer und beſtändiger Sicherheit gegen einander zu verſehen. 3. Quia libertas manſionis cum privata conſcientiæ libertate conjuncta communi jure non eſt prohibita. 4. Quia idem beneficium & amplius Judæis tum Doctoribus, & Seductoribus, tum Seductis, ſine ſufficienti aliqua diſparitatis ratione conceditur.

tur. 5. Quia neceſſitatem emigrationis Subditis Pontificiæ Religionis impoſitam, Ipſe Carolus V. improbavit in Receſſu d. anno 1530. §. Item, Etliche Obrigkeiten. Denique libertas illa emigrandi in univerſum non eſt illecebra apoſtaſiæ data, ſed accepta. Libertas enim illa, abſolutè loquendo, in remedium conſcientiarum anxiarum tendit, & querelis de tormentis impoſitis anxiis & ſcrupuloſis conſcientiis, obviam ire ſatagit. Quod abutuntur nonnulli illa libertate, & emigrant ad ejus religionis liberum exercitium, quæ corrumpendis animabus anſam præbet, ad abutentium vitium, non libertatis ipſius ſcopum pertinet. (iiiiii)

An autem pax ejusmodi ſit uſurpatio poteſtatis non competentis? Competentem, an incompetentem poteſtatem habeat S. Imperator cum Ordinibus Imperii circa res religionis conſtituendas & ordinandas, jam à multis ſeculis ea de re diſceptatum; atque infinitæ extant querelæ Impp. Ordinum & variorum Scriptorum Theologorum, JCtorumque: & ad utramque, cùm ordinariam, tum extraordinariam ſe poteſtatem, majeſtatemque Imperii extendere, pariter ex parte Imperatoris & Ordinum, jam olim diſputatum eſt: Sunt ea de re ſcripta collecta JCtorum & Theologorum in Tomo d. jurisdictione Sim. Schardii & Melch. Goldaſti: Hancque diſpu-

diſputationem de competentia poteſtatis rejecit Rud. II. Imp. in reſolutione de dato 27. Jul. anno 1590. data tribus Electoribus Secularibus: Soviel die ſteiffe und gleichmäſsige Haltung des Reichsfr. betr. &c. &c. daran ſoll Ih. Maj. nit irren. &c. &c.

Et quomodo Poteſtatem Eccleſiaſticam independenter exercuerint Francorum Reges, oſtendunt plurimæ quoque in illo Regno diſpp. Extat inprimis Pragmatica Sanctio Caroli VII. inſigne in hoc negotio monumentum, quam Commentario illuſtravit ſub Car. IIX. Cosmos Guymier JCtus, Senatus Pariſ. Conſiliarius; cui etiam ſubnexa eſt, cum Concordatis Franciſci Regis, Pragmatica Sanctio Lud. XII. Et Henrici II. Edictum, quod Car. Molinæus Commentario illuſtravit, planè conſentit. Inter privatorum ſcripta, quæ etiam à Pontificiis Gallis in hac materia edita ſunt, eſt Benigni Miletoti in Divionenſi Curia Conſiliarii tr. d. delicto communi & privilegiato, vel de legitima Judicum Secularium poteſtate in perſonas Eccleſiaſticas, & M. J. Bedæi de la Gormandiere Andini, Advocati in Parlamento Pariſ. jus Regum contra Card. Bellarminum & alios Jeſuitas, pro Chriſto & Ludovico XIII. &c. &c.

Quinimò Carol. V. & Ferd. I. Impp. nunquam crediderunt, ſibi non compere poteſtatem tranſigendi de rebus ad tranquillitatem Ger-

Germaniæ etiam ex capp. religionis pertinentibus. Liquet hoc ex multis Clariſſimorum Impp. actionibus; quemadmodum & in multis Receſſibus Imperii Imperatori diſertè tribuitur, quod ſit der gantzen Chriſtenheit Schutz-und Schirmherr. Reichs-Abſch. d. anno 1518. §. Erſtl. It. Advocatus Reichs-Abſ. zu Regenſp. d. anno 1541. §. Allen Churfürſten, ibi. und Uns, als Advocaten und Beſchirmer der Chriſtl. Kirchen &c. It. Supremus Præfectus, R. A. zu Augſp. 1570. §. Auff ſolchen &c. & §. 54. Nachdem aber. ibi. als Römiſcher Kayſer und obriſter Vogt der Heiligen Chriſtlichen Kirchen, ReichsAbſchied zu Speyr, d. anno 1529. ſub tit. Conſtitution vvider die Widertauffer. §. 1. ibi. Obriſter Vogt unſers Chriſtl. Glaubens, &c. quo fine ex Sleidan. Comm. de relig. Elector Trevirenſ. in Electione Car. V. inquit. Talem Reſp. deſiderat, qui præter alia conſtituat & emendet Eccleſiæ Statum. Sicut & ſine ſcitu Impp. olim non ordinabantur Pontifices. c. Agatho. diſt. 63. & poteſtas inſtituendæ Sedis Apoſtolicæ Carolo M. ab Hadriano P. expreſſis verbis tribuitur in c. Hadrianus d. 63. & Othoni, eiusque Succeſſoribus à Leone Epiſc. Servo Servor. Dei, & toto Clero, c. Synodo. d. diſt.

Sic Id. Car. V. Imp. ſibi jus ordinandi res religionis etiam per Concilii convocationem

attri-

attribuit, & permiſit Pontifici Rom. ut is eſſet executor Imperialis voluntatis in convocando Concilio. ReichsAbſch. zu Nürnb. d. anno 1524. §. Als auch vielged. unſere Inſtruction. ibi. Eines gemeinen freyen Concilii, ſo durch Päbſtl. Heiligk. NB. mit unſerer Bevvilligung, verkündiget und auſsgeſchrieben. It. ReichsAbſch. zu Regenſp. d. an. 1532. rubr. Concilium betr. §. und ſofern vvir von Päbſtl. Heiligk. daſſelbe nicht erlangen möchten, daſs vvir von Ampts-vvegen Verſehung hierin thuen vvolten, vvas uns von unſerer Käyſ. Gevvalt gebühret, und vvir zu thun ſchuldig ſeynd, und ſonderlich in Sachen deſs gemeldten Concilii. &c.

Adde dilucidam proteſtationem in ipſa pacis religioſæ ſanctione anno 55. ubi illa verba Auctoritate Cæſar. & Regia promulgata: Und ſoll alles, das in hievorigen Reichs-Abſchieden, Ordn. oder ſonſten begriffen und verſehen, ſo dieſem Frieden-Stand in all ſeinem Begriff, Articuln und Puncten zuvvider ſeyn oder verſtanden vverden möchte, demſelben nichts benehmen, derogiren, noch abbrechen, auch dargegen keine Declaration, oder etvvas anders, ſo denſelben verhinderen oder veränderen möchte, nicht gegeben, erlangt, noch angenommen, &c. &c. Solches und jedes, ſo obgeſchrieben &c. unverbrüchlich und auffrichtig halten und vollzie-

ziehen, dem ſtrack und unvervveigerlich nachkommen und geleben, und darüber jetzt oder künfftiglich, vveder aus Vollkommenheit, oder unter einigem anderen Schein, vvie der Namen haben möchte, nichts fürnehmen. &c. &c. Quæ verba excludunt omnem Superiorem, qui ſibi jus aliquod in hanc Sanctionem Religioſæ Pacis arrogare poſſit, nullique Poteſtati conceditur, quicquam in hac pacificatoria transactione mutare, aliàs eſſent planè eluſoria illa verba, & nihil operarentur, ſi poteſtas Superioris illum omnem contractum Cæſaris, Regis & Statuum in irritum redigere poſſet; fruſtra enim contra poteſtatem Superioris fit transactio.

Adde, quod omnes Germaniæ Electores Eccleſiaſtici, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Prælati in materia ſui fori & jurisdictionis competentis erraſſent, ſi non habuit jus, poteſtatemque Imperator Rom. etiam non expreſſo conſenſu Papæ, circa negotium religionis aliquid diſponendi, quod ad publicam pacem, ſalutem Imperii & Eccleſiæ pertinet. Adeoque ſimul etiam omnes incurriſſent in excommunicationem, à qua non niſi Papa liberare poterat. Nam omnes illi unà cum Romano Imperatore & Rege Pacem iſtam, ex plenitudine Majeſtatis Imperii ſanxerunt, & in ejusdem capita jurarunt, &

ſubſcripſerunt Sanctioni, ut Sylv. Pricrias V. conſenſus diſtinguit quadruplicem, negligentiæ, quia non correxerunt delinquentem; conſilii, quia contulerunt ad Pacis illius ſtatuendæ adornationem deliberationes ſuas; cooperationis, quia ſua vota, velut Ordines Imperii, ad efficientiam pacis propoſuerunt: autoritatis vel palliationis, vel defenſionis, quia graviſſimis juramentis ad illius ſanctionis patrocinium ſuſcipiendum ſeſe obſtrinxerunt. Rei itaque facinoris de violata poteſtate ſacra & Sacrilegii, ſi hic aliena poteſtas uſurpata fuit, & incompetenter Imperator in diſpoſitione pacis proceſſit.

Adde, quæ de poteſtate Rom. Imperatoris in Imperio Germanico diſputat & conſulit Ferdinando I. Imper. Sigismundus Selden Vice-Canc. Im Bed. von Ihr. Kayſ. Maj. Wahl und Hoheit, &c. ubi ita determinat Imperatoris Rom. Majeſtatem, ut facile intelligi poſſit, Conſiliarios Cæſaris planè in ea fuiſſe opinione, quæ jam olim in Cæſarum Aulis recepta fuit, poſſe ſc. ex plenitudine poteſtatis circa religionem & bona Eccleſiarum in Imperio ab illis conſtitui, quæ ſalus publ. & neceſſitas præſens requirit. Poſſe Imperatorem, Reges, Principesque, data Eccleſiaſticorum negligentia, qualem fuiſſe temporibus deliberatæ pacis Religionis, haud obſcurè inſinuat Car. V. tunc Montiſonii in Aragoniæ Regno com-

comoratus, in memorabili reſponſo ad Pauli III. indictionem Concilii Tridentini An. 1585. dato, congregare Concilium, nec tum referre, per quos Concilium convocetur, dummodo congregetur. Et ſi vel maximè aliquis ex Ordinibus Imperii privata opinione eſſet perſuaſus, uſurpari incompetentem poteſtatem, ſi in pacem publicam improbatæ Religionis homines recipiantur, ſi libertas & jus Religionis conſtituendæ ſanctione ſolenni confirmetur illis, qui eo abuſuri ſunt certiſſimè, ſi bona Eccleſiæ illis relinquantur, qui à vera, puraque Eccleſia ſunt alieni, idque, quia opinatur, deberi poteſtatem de talibus diſponendi Romano Pontifici, ſine cujus conceſſione & conſenſu nihil tale conſtitui queat; teneretur tamen privatæ illi ſuæ opinioni publicam Ordinum ſententiam anteponere, & ſtare ſeculorum priorum decretis: maximè cum etiam liceat unius probabilem opinionem probabiliori anteferre.

Neque verò movere debet, quod ab illa in Imperio Rom. radicata, & tot contradictionibus obtenta ſententia, nonnulli Rom. Imperatores receſſerint, & aliqua Pontificibus Rom. conceſſerint: Tales enim ſubmiſſiones vel recognitiones, ait lib. d. Jur. regn. & Imp. Rom. cap. 14. Lupoldus de Babemperg, per aliquos ex Regib. Rom. ipſi Eccleſiæ Rom. factæ, dicto Regno & Imperio in ſuis juribus,

ac etiam ex conſequenti Principibus & aliis Subditis ipſius regni & imperii præjudicare non debent. Nam cum ſubmiſſiones & recognitiones hujusmodi de conſenſu Principum Electorum, ac etiam aliorum Principum & populi regnò & Imperio ſubjectorum non ſint factæ, ipſi Principes & alii populum regni & Imperium repræſentantes potuerunt contradicere, ac eorum contradictio eſt admittenda.

Si autem Dominus habens jurisdictionem in Subditos, ſe ac terram ſuam vellet ſubmittere alteri Domino, ipſorum contradictio eſt admittenda, intereſt enim ſua, quod Dominus eorum ſit liber, & ut tot Dominos non habeant, ad hoc l. 1. & 2. ff. d. lib. caus. l. non tamen ff. d. appellat. cum concord. ad idem, cap. fin. extra d. major. & obed. &c. delecti, ubi de hoc per Hoſtienſ. ſed in caſibus præmiſſis per has vel ſimiles ſubmiſſiones & recognitiones electus in Regem Rom. à Principibus teneretur obnoxius Eccleſiæ Rom. quadam ſervitute &c.

His præmiſſis in genere & in ſpecie, ſigillatim dic. nihil quidem Principem Politicum poſſe de fide decernere, quantum ad ipſa dogmata affirmanda vel neganda ex ipſis S. Literis attinet, quo obligetur conſcientia; id enim ordinariè pertinet ad Ordinem Eccleſiaſticum, ut oſtendat, quid Spiritus S. de

hoc

hoc aut illo religionis capite in monumentis divinis revelaverit, vel non: quanquam nec à cognitione horum arceri poſſit Princeps, inprimis Summus, qui eſt ἔξω ἐπίσκοπος, ut Conſtantinus ait; poteſt tamen Princeps Politicus ea ſtatuere, quæ ad decreta fidei conſtituenda, propaganda, conſervanda judicat neceſſaria. Hinc etiam Conciliis tum particularibus, tum univerſalibus intereſt, & ea moderatur. Qua de re ſolidè & latè diſſerit Nic. Cuſanus Cardin. d. Concord. Cathol. (iiiiii)

§. 37. *XIII. Sileſii etiam Principes Aug. C. addicti, Duces ſc. in Brieg, Lignitz*, (ſuperiore anno antiquiſſima hæc Familia, morte Georgii Wilhelmi, Principis Sileſiæ, cum ſummo Subditorum dolore extincta eſt:) *Münſterberg & Oels, itemque Civitas Vratislavienſis, in libero ſuorum ante bellum obtentorum jurium & privilegiorum, nec non Aug. C. exercitio, ex Gratia Cæſarea & Regia ipſis conceſſo, manutenebuntur.*

§. 38. *Quod verò ad Comites, Barones, Nobiles, eorumque Subditos in reliquis Sileſii Ducatibus, qui immediatè ad Cameram Regiam ſpectant, tum etiam de præſenti in Auſtria inferiori degentes Comites, Barones & Nobiles attinet, quamvis Cæſareæ Majeſtati jus reformandi Exercitium Religionis non minus, quàm aliis Regibus & Principibus competat, tamen non quidem*

ex pacto juxta diſpoſitionem præcedentis verſiculi: Pacta autem, &c. Sed ad interventionem Regiæ Majeſtatis Sueciæ, & in gratiam intercedentium Aug. Conf. Statuum, permittit, ut ejusmodi Comites, Barones & Nobiles, illorum in prædictis Sileſiæ Ducatibus ſubditi, ob profeſſionem Aug. Conf. loco aut bonis cedere aut emigrare non teneantur, nec etiam prohibeantur dictæ Confeſſionis Exercitium in locis vicinis extra territorium, frequentare, modò in reliquis tranquillè & pacificè vivant, ſeque tales præſtent, quales erga ſuum Summum Principem decet. Si verò ſua ſponte emigrarint, & bona ſua immobilia vendere vel nolint, vel commodè non poſſint, liber iis aditus rerum ſuarum inſpiciendarum & curandarum cauſa conceſſus eſto.

§. 39. *Præter hæc autem, quæ ſupra de dictis Sileſiæ Ducatibus, qui immediatè ad Cameram Regiam ſpectant, diſpoſita ſunt, S. Cæſ. Maj. ulterius pollicetur, ſe illis, qui in his Ducatibus Aug. Conf. addicti ſunt, pro hujus Confeſſionis Exercitio tres Eccleſias, propriis eorum ſumptibus extra Civitates Svveinitz, Jaur & Glogaviam propè mœnia locis ad hoc commodis, juſſu Suæ Majeſtatis deſignandis, poſt pacem confectam ædificandas, quamprimum id poſtulaverint, conceſſuram.*

§. 40. *Et cum de majore Religionis libertate & exercitio in ſupra dictis* (§. præced. 13.) *& reliquis Cæſ. Maj. & Domûs Auſtriacæ Regnis &*

Pro-

Provinciis (de Domus Auſtriacæ Superioris Provinciis nil quicquam unquam relatum vel receptum, proin meritò eſt rejiciendum per l. 1. ff. D. Senator. Klock. vol. 2. conſil. 51. n. 281. in fin.) *concedendo, in præſenti Tractatu variè actum ſit, nec tamen ob Cæſareanorum Plenipotentiariorum contradictiones conveniri potuerit, Regia Maj. Sueciæ & Aug. Conf. Ordines facultatem ſibi reſervant, eo nomine in proximis Comitiis, aut aliàs, apud Suam Cæſ. Maj. pace tamen ſemper permanente, & excluſa omni violentia & hoſtilitate, ulterius reſpectivè amicè interveniendi & demiſsè intercedendi.*

Singulare hîc beneficium Sileſiis conceditur, utinam propter aliorum odium & invidiam eo liberè ac ſine turbatione alterius perfrui eis liceret. Cæterum declarationem hujus §i à Sacratiſſima Cæſ. Maj. ob factam ejus reſtitutionem ſuperioribus annis, intercedendo petiit in favorem Sileſiorum Sereniſſimus Elector Saxoniæ, cujus ut & Civitatis Uratislavienſis ſupplices hîc ſubjecit D. Fritſchius. (kkkkkk)

Regnis & Provinciis &c. Et §. hic etiam pertinet ad illum nodum de libertate ſacrorum (autonomiam tunc vocare ſolenne erat,) ubi conſtit. quomodo & quatenus exercitium Aug. Conf. in Cæſaris hæreditariis provinciis vigere debeat? Circa ſubditos igitur, de quorum autonomia heîc & in præcedenti §o age-

agebatur, triplex diſcrimen ſtatuebatur. (lllll) Alii quippe exercitium ſuorum rituum publicè aut privatim in domibus ſuis per pacta, diuturnum uſum, aut convenientibus Superioribus hactenus habuerant; alii, cum neutro horum modorum id haberent, ſub Magiſtratu diverſæ Religionis domicilium fixerant; alii denique, cum eadem ſacra cum ſuo Magiſtratu hactenus coluiſſent, deinceps his deſertis alia profeſſuri erant. Pro his in univerſum Sueci ſtipulabantur, ut pari per omnia jure cum reliquis civibus fruerentur. Qui è prima Claſſe eſſent, exercitio ſuorum ſacrorum, quod anno 24. obtinuerant, deinceps quoque gauderent; nam hunc temporis terminum demum Sueci admiſerant, cum initio pro anno 18. contenderent. Cæteris duabus claſſibus Sueci lautiores conditiones paciſci cupiebant; Sed cum eam rem jam antea Catholici abnuiſſent, ac certum duntaxat temporis ſpatium illis indultum fuiſſet, ſatis habebant, alteri claſſi vitæ tempus, tertiæ 15. annos ad habitandum concedi. Cæſarei & Catholici etſi ægrè ad tolerantiam per pacta adſtringi vellent, circa primam tamen Claſſem parum difficultatis movebant. Sueci tandem quoque in tertio gradu cedunt, uti & demum in ſecundo: ita caput de Autonomia in genere in eam formam redactum, prout poſt Tabulis Pacis inſertum

eſt.

eſt. Tractationi huic Cæſarei ſubinde de Civibus ditionum Cæſaris immiſcuerant, ſuper quibus caveri ſibi utique volebant, negantes, antequam de his transactum fuerit, ſe priora de Autonomia in univerſum ſubſcripturos. Et quanquam Evangelici, quoties occaſio ferret, apud Cæſareos pro iisdem diligenter intercederent, ſemper tamen rejiciebantur, dato reſponſo; jam extrema ſe Mandatorum aperuiſſe, à quibus diſcedere nefas ſibi ſit. Et cum ad hanc materiam accederetur, initio audire de eadem aſpernabantur, teſtati, Cæſarem potius Summa imis miſſurum, quàm leges hîc admiſſurum. Diſertè vetitum ſibi de hac agere: & capite ſibi luendum, ſi contra faciant. Et quanquam inficiari non poſſent, Electorem Saxoniæ non ſolum pro Ducibus Sileſiæ Evangelicis, & Uratislavia urbe, ſed & pro Schvveidnicenſi, Jaurenſi, & Glogovienſi Ducatibus liberum ſacrorum uſum certis legibus obtinuiſſe: de eo tamen initio formulæ Pacis inſerere abnuebant, mandati defectum cauſati. Sed ad extremum formulam exhibebant non abſimilem illi, quam ſuperiore anno typis vulgaverant. Succi ab initio prætendebant, cultum ſacrorum in Cæſareis ditionibus in Statum anni 18. planè reponendum: Evangelici autem Ordines, quanquam perſpecta Cæſareorum pertinacia, Suecorum arbitrio id

 nego-

negotium commiſiſſent pro re nata expediendum : tamen] tædio belli, & deſiderio pacis paulatim molliti orabant, potius eo poſtulato deſiſtendum, ac rem Deo committendam, quàm ob eandem Pax retardetur. Tandem res hæc ardua ab Oxenſtierna eſt confirmata.

§. 41. *XIV. A ſola qualitate feudali vel ſubfeudali, ſive à Regno Bohemiæ, ſive ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, ſive aliunde procedant, jus reformandi non dependeat, ſed feuda iſta & ſubfeuda, nec non Vaſalli, Subditi, & bona Eccleſiaſtica in cauſis Religionis, & quicquid juris Dominus feudi prætendat, introduxerit, aut ſibi arrogarit, ex Statu anni* 1624. *d.* 1. *Jan. perpetuò cenſeantur, quæ vel judicialiter, vel extrajudicialiter innovata fuerint, tollantur, & in priſtinum Statum reſtituantur.*

§. 42. *Territorii jure vel ante vel poſt terminum anni* 1624. *controverſo, donec ſuper poſſeſſorio & petitorio cognoſcatur & decidatur, & poſſeſſori præfati anni idem jus eſto, quantum equidem ad publicum exercitium attinet. Subditi verò propter mutatam interim Religionem, pendente territorii controverſiâ, migrare non cogantur. In iis locis, ubi Catholici & Aug. Conf. Status ex æquo jure Superioritatis fruuntur, tam ratione publici exercitii, quàm aliarum rerum religionem concernentium, idem Status maneat, qui fuit anno dieque ſupradictis.*

§. 43.

§. 43. *Sola Criminalis juriſdictio, Centgericht, ſolumque jus gladii, & retentionis, patronatus, filialitatis neque conjunctim, neque diviſim jus reformandi tribuunt. Quæ itaque hoc colore reformationes hucusque irrepſerunt, pactisve intruſa ſunt, caſſantor, gravati reſtituuntor, & inpoſterum ab ejusmodi penitus abſtinetor.* Conf. §. 15. & 21. Als auch den Ständen. &c.

Quoniam §. 12. inter alia actum fuit de iſthac controverſa quæſtione, An jus reformandi juri Superioritatis annexum ſit? quam quoque in utramque partem latè & nervosè diſcuſſam, reperire licet in illa Hiſt. Pac. Weſtphal. (mmmmmm) eidemque hæc etiam media ſententia adponitur: Erant, qui inter utramque ſententiam medii, ita eam temperabant, ut Principi Religionem publicam mutandi poteſtatem facerent, ſi ditionis Ordinum conſenſu juvaretur, allatis & mutuatis velut ab utraque diſſentientium parte argumentis opinionis ſuæ modeſtiam non parum firmantes. Moderatius his quoque Carpzovius (nnnnnn) Hîc autem limitatur jus reformandi. 1. Ob ſolam qualitatem feudalem vel ſubfeudalem: & 2. ob ſolam criminalem jurisdictionem, centenam, jus gladii, retentionis, patronatus Eccleſiaſtici, filialitatis. Ratio eſt, quia hæc omnia ſuperioritatem territorialem, à qua jus reformat. depen-

dependet, non important; atque merum imperium & criminalis jurisdictio nihil commune habet cum Religione, quique eandem habet, non tamen ſtatim ejusdem intuitu Religionem mutare, vel alteri ejusdem mutationem prohibere poteſt: imò non ſequitur: hic habet merum imperium, ergo habet jurisdictonem territorialem, cum à ſpecie ad genus argumentari non liceat; merum verò imperium à jurisdictione territoriali diſtinguitur tanquam ſpecies à genere. (oooooo) Unde Colonia Agrippina jus Religionis decernendæ habet, etiamſi jus gladii ad Archiepiſcopum ſpectet. (pppppp) Idemque obtinet in pago Loſtavv, ubi Dux Würtembergicus exercitium Religionis; Epiſcopus verò Spirenſis merum imperium habet. (qqqqqq) Unde quoque ei, qui inferiorem ſaltem habet jurisdictionem, & fuit in poſſeſſione exercitii Religionis, & poſtea turbatus à Principe vel Epiſcopo ſub prætextu meri imperii, in Camera Imperiali proceſſus fuiſſe decretos, præjudiciis confirmat Wehnerus. (rrrrrr)

Ad verba §. 42. *& poſſeſſori præfati anni, &c.* Si inter duos diverſarum religionum de jure territorii controverſia ſit, ambo publica religionum ſuarum exercitia introducere non poſſunt, ſed is tantùm, qui in ejusdem publici exercitii poſſeſſione vel q. 1. Jan. anno

24.

24. fuit; alter igitur privato Religionis ſuæ exercitio contentus eſſe debet, donec ſuper poſſeſſorio & petitorio deciſum fuerit, non obſtante, unde aut quomodo orta fuerit controverſia? *D.Fr.d.l.*

Ad verba: *migrare non cogantur, &c.* quamvis enim poſſeſſor hactenus pro Domino habeatur, per ſententiam tamen definitivam nondum Dominus declaratus eſt, adeoque tam rigoroſè cum Subditis non eſt procedendum, cum emigratio ſit odioſa. *D.Fr.ibid.*

Ad verba: *In iis locis ubi Catholici & A. C. Status ex æquo jure Superioritatis fruuntur &c.* Si duo diverſarum religionum, unius tamen territorii ex æquo Condomini ſint, an hòc caſu quilibet publicum Religionis ſuæ exercitium ibidem inſtituere poſſit? Remiſſa quidem eſt hæc quæſtio Ratisbonæ anno 53. ad ulteriorem deliberationem; ſed D. Schüz. *Man. Pacif. quæſt.* 16. Negativè reſp. *Confer. D. Fritſch. Elect. J. Publ. part.* 2. *c.* 2.

Ad ead. verba ref. ſubſeqq. cum quib. confer. ſupr. §. 11. In vvelcher Stadt der Magiſtrat und die Bürgerſchafft ad annum 24. d. 1. Jan. in zertheilter Religion gevveſen, und ſein abſonderlich exercitium publ. Religionis gehabt, vvird pro vera definitione Civitatis mixtæ gehalten. Ita Deputatis Aug. Conf. addictis viſum in Cauſa Reſtitutionis Kauffbeuren. Contra in Cauſa Reſtit. Hagenoenſis Ca-

Catholici adſeruere: Es ſeye die Definitio und Unterſcheidung der Civitatum Mixtarum bey dem Reich noch nicht herauſs. In illa cauſa ſc. Kauffbeuren diſputatum fuit, An in Civitatibus mixtis utrique parti liberum ſint, ea, quæ ad augmentum, ornamentum, conſervationem, ſolatium, & neceſſitatem Religionis ſuæ exercitii inſervire poterunt, ſive illa conſiſtant in erectione novarum fundationum, ſacrarum ædium, ſcholarum, &c. introductione vel mutatione perſonarum Eccleſiaſticarum, non obſtante, quod ejusmodi anno 24. 1. Jan. non fuerint; propriis ſumptibus, ſive deminutione boni publici, deinceps introducere & inſtituere? Adfirmarunt Catholici, quibus obſtare viſum Inſtrum. P. art. 5. §. 9. Negarunt Aug. Conf. addicti Status, &c. *vid. D. Wilh. Ign. Schüz. Manual. Pacif. quæſt.* 17. *& D. Fr. Elect.* J. *Publ. Part.* 2. *cap.* 2.

§. 43. *XV. Ratione redituum cujuscunq; generis ad bona Eccleſiaſtica, eorumque poſſeſſores pertinentium, ante omnia obſervetur id, quod in Pace Religionis* §. *Dagegen ſollen die Stände der Augſp. Conf. &c.* §. *Alsdann auch den Ständen der Alten Religion &c. diſpoſitum invenitur.*

§. 45. *Illi verò reditus, cenſus, decimæ, penſiones, quæ vigore jam dictæ Pacis Religionis Statibus Aug. Conf. ob immediatas vel mediatas fundationes Eccleſiaſticas ante vel poſt Pacem Religioſam*

gioſam acquiſitas è Catholicorum Provinciis debentur, quorumque in poſſeſſione vel q. percipiendi anno 1624. d. 1. Jan. fuerunt, absque ulla exceptione ſolvantur. Si alicubi etiam Aug. C. Status quædam protectionis, Advocatiæ, aperturæ, hoſpitationis, operarum aut alia jura in Catholicorum Eccleſiaſticorum ditionibus & bonis ſive intra ſive extra territorium ſitis, legitimo uſu aut conceſſione habuerint, quemadmodum etiam Catholici Status, ſi quid ejusmodi ipſis circa bona Eccleſiaſtica Aug. Conſ. Statibus acquiſita competit, omnes ex æquo jura ſua priſtina retineant, ita tamen, ut ne per uſum ejusmodi jurium bonorum Eccleſiaſticorum reditus nimium prægraventur & exhauriantur.

§. 46. *Reditus etiam, nec non decimæ, canones & penſiones Aug. Conſ. Statibus, fundationibus jam deſtructis & collapſis, ex alienis territoriis debitæ, iis exſolvantur, qui anno 1624. d. 1. Jan. in poſſeſſione perceptionis vel q. fuerunt, quæ verò ab anno 1624. deſtructæ fuerunt, aut in futurum concident, earum penſiones etiam in alienis territoriis Domino deſtructi Monaſterii ſeu loci, in quo id ſitum fuit, exſolvantur. Quæ itidem fundationes d. 1. Januar. anno 1624. in poſſeſſione vel q. Juris decimandi è bonis novalibus in alieno Territoririo fuerunt, ſint etiam inpoſterum, nihil autem novi juris quæratur. Inter cæteros Status Imperii & Subditos id juris eſto, quod Jus commune vel cujusque loci conſuetudo & obſer-*

van-

vantia de decimis ex bonis novalibus conſtituunt, aut per pactiones voluntarias conventum eſt.

Quemadmodum ſine anima corpus ſubſiſtere non poteſt, ita nec Eccleſia ſine dote h. e. reditibus: (ssssss) quin & ſufficienter requiruntur reditus, (tttttt) i. e. tales ac tanti, qui ad celebrationem ſacrorum, ad ſuſtentationem Miniſtrorum, Cuſtodis, & ad cætera ſacræ domus neceſſaria ſufficiunt. (uuuuuu) Hinc bona Eccleſiaſtica ſive res ſacræ ſunt duplicis generis; quædam enim ſimpliciter & directò ad Cultum Divinum conſecratæ, ut Templa, Calices, libb. ornamenta, &c. quædam verò pro ſuſtentatione Miniſtrorum Eccleſiæ fundata, quæ regulariter Bona Eccleſiaſtica dicuntur. (vv vv vv vv vv vv) Providendum itaque, ut fideliter reditus adminiſtrentur, eamque ob cauſam Curatores & Præfecti Eccleſiæ conſtituantur, quibus adminiſtratio redituum demandetur, qui juramento conſtringantur, quorumque fraudibus Magiſtratus occurrere debent. (xxxxxx)

Antiquiſſimus certè eſt uſus *Decimarum* Miniſtris Eccleſiæ ſolvendarum, non modò in S. Literis, (yyyyyy) ſed & in Jure Canonico; (zzzzzz) quin & ratione naturali fundatus, quia recta ratio præcipit, ut eum colamus, qui nobis inſervit, & ut demus Miniſtro Eccleſiæ, qui nos ſpiritualia docet, de

unde vivere queat: (aaaaaaa) quare non ſolùm apud populum Dei, verùm etiam alias Gentes paſſim frequentatus. (bbbbbbb) At, num hodie Miniſtris Eccleſiæ jure debeantur, & neceſſariò ac præcisè ſint exſolvendæ decimæ? Ita communiter ſtatuunt Dd. Juris Canonici, (ccccccc) quibus pro maximâ eſt ſanctio Juris Div. in ſupra allegatis textis, quæ etiam reperitur in Novo Teſtamento: (ddddddd) indeque Noſtrates quoque Theologi omninò conferendas eſſe decimas ad Suſtentationem Miniſtrorum, quibus debetur merces, modum verò & quantitatem ex pietate, charitate & commoditate metiendam aſſerunt; (eeeeeee) Jura enim Sacra ſi exactius perpendamus, fateri neceſſum habemus, ſolvendam omnino etiamnum hodie eſſe decimam, vel aliquid, quô ipſa decima compenſetur, h. e. partem aliquam noſtrorum fructuum ac redituum, neceſſariam ad ſuſtentandos Eccleſiæ Miniſtros, & ad ſolvendum debitum operariis Eccleſiaſticis ſtipendium; ſed non definitè, ac præcisè partem decimam, (quamvis hodie, ſi decima pars omnium rerum ad Sacra adhiberetur, valde laudabile eſſet!) ſiquidem in N. Teſtamento nullum Divinum Præceptum eſt datum, niſi ad Decalogum & mores, ad fidem, ſpem & charitatem, ac Sacramenta à CHRISTO DOMINO inſtituta pertineat: At præceptum de parte deci-

ma ſolvenda tale non eſt, ratione nim. quanti, ut maximè aliquid loco decimæ ſolvendum ſit Miniſtris Eccleſiæ, ex quo vivant. (ffffff)

Licet igitur decimæ inſtitutio non ſit Juris Divini quoad certam quantitatem, eſt tamen quoad congruam Sacerdotum ſuſtentationem. Ideoque retinemus in Eccleſiis noſtris decimas, easq; Miniſtris Eccleſiæ etiamnum præſtandas dicimus, ſed non ratione quanti, h. e. in decima præcisè redituum parte, aſt in portione ex cujusque loci pia conſuetudine vel ſtatuto receptâ: (ggggggg) ex quo vulgò etiam dicitur decima, quæ eſt octava vel interdum viceſima, trigeſima aut quadrageſima pars, quia loco decimæ præſtatur ex conſuetudine, (hhhhhhh) & propterea decima nuncupatur: (iiiiii) & hîc etiam cujusque loci conſuetudo & obſervantia requiritur, cum in præſtandis decimis non tam ſanctio Pontificum, quàm conſuetudo attendi debeat: (kkkkkkk) eique præcisè inhærendum; non enim facilè mutandum, quod ſemel conſuetudine eſt introductum, quia tantum valet conſuetudo, quantum lex ſcripta; (llllll) quin & fortior ac potentior eſt ſtatuto, facitq; illud ſilere. (mmmmmmm)

Cæterum in Tranſactione Paſſavienſi & Pace Religionis hoc juris indultum eſt Catholicis, ut cenſus, decimas & reditus ex ditionibus

nibus ac territoriis Evangelicorum ſibi debitos, jure petere valeant, nec in horum perceptione Status Evangelici eos impedire, vel id prohibere poſſint. Quod idem viciſſim Evangelicis permiſſum, ut reditus & decimas ex diſtrictibus Catholicis ſibi debitas jure & absque ulla Catholicorum prohibitione petant & exigant. (nnnnnnn) Videmus hinc ſæpius decimas inter Catholicos & Evangelicos ita diſtributas, ut ex ditionibus Catholicorum Paſtores Lutherani decimas ſuas percipiant, quæ viciſſim Catholicis ex diſtrictibus Evangelicorum præſtantur, ex prædicta conventione & Pacificatione Religionis.

Si ergo Catholici decimas Paſtoribus Evangelicis ex ſuis territoriis debitas detrectent, num viciſſim Evangelici jure retorſionis decimas Catholicorum ex ſuis diſtrictibus debitas iis denegare queant? omnino ſanè 1. ex Edicto Prætoris: quod quisque juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur; (ooooooo) quod in ipſa æquitate & ratione naturali eſt fundatum, quò ſc. æqualitas obſervetur, nec quisquam cum alterius damno & jactura locupletetur: (ppppppp) nam dicere, ut ſervetur Edictum, (quod quisque juris,) nihil aliud eſt dicere, quàm ut ſervetur æqualitas. (qqqqqqq) Ex quo fit, 2. ut jus retorſionis ad contractus & pacta etiam extendatur. (rrrrrrr) Nec 3. ſolummodo LL.

Civilibus hoc jus nititur, ſed etiam Jure Divino pariter, atque Canonico convenit. (sssssss) Idque 4. omnium maximè propter §. hunc præſentem Inſtrum. P. verſ. ſi alicubi, &c.

Jus Advocatiæ porro, cujus hîc etiam fit mentio, nihil hoc loco aliud eſt, quàm jus defenſionis & protectionis, quod vel Eccleſiaſticum, vel Seculare: ſimplex vel conditionatum: temporaneum, vel hæreditarium: Itemque Jus Protectionis ſive Clientelare activum vel paſſivum. (ttttttt)

Jus verò *aperturæ* eſt jus Regale, quô alicui alterius Civitas, Caſtrum vel Fortalitium, belli, pacisve tempore, ad ſecuritatem, hoſpitium vel tranſitum apertum eſſe debet: eſtque vel ſuperior, vel inferior; limitata & illimitata. (uuuuuuu)

Jus autem *hoſpitationis* vel *albergariæ* eſt onus ordinarium, quod incolæ alicujus loci Dominis, vel aliis cum familiis & comitibus advenientibus debent, in hoſpitio, eſculentis & poculentis præſtandis conſiſtens: eſtque etiam limitata & illimitata; Eccleſiaſtica & Secularis. (vv vv vv vv vv vv vv)

Ad verba: *de decimis ex bonis novalibus, &c.* decantata eſt quæſtio de decimis ex agris novalibus, ad quas hæ pertineant? D. videtur inter Jus Canonicum & jura conſuetudinaria: Illud quod attinet, vid. c. 29. de decim. c. 13.

eod.

eod. Quoad hæc, leg. c. 1. quæ ſint Regal. in Uſib. Feud. & l. 1. C. d. bon. vacant. lib. 10. Et ſic non tantùm in Ducatu Luneburg. ſed & Brunſuic. obſervatur: evolv. Landtags-Abſch. d. anno 1570. & 1601.

§. 47. *XVI. Jus Diæceſanum & tota Jurisdictio Eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus contra Aug. Conf. Electores, Principes, Status, (comprehenſa liberâ Imperii Nobilitate,) eorumq; Subditos, tam inter Catholicos & Aug. Conf. addictos, quàm inter ipſos ſolos Aug. Conf. Status, usque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii Religionis ſuſpenſa eſto, & intra terminos Territorii cujusque Jus diæceſanum & Jurisdictio Eccleſiaſtica ſe contineat. Ad conſequendos tamen reditus, cenſus, decimas, & penſiones in iis Aug. Conf. Statuum ditionibus, ubi Catholici an. 1624. notoriè in poſſeſſione vel q. exercitii jurisdictionis Eccleſiaſticæ fuerunt, utantur eadem poſthac quoque, ſed non niſi in exigendis hiſce penſionibus, nec procedatur ad excommmunicationem, niſi poſt tertiam demum denunciationem. Catholicorum Aug. Conf. addicti Status Provinciales & ſubditi, qui anno 1624. Eccleſiaſticam jurisdictionem agnoverunt, in iis caſibus modò dictæ jurisdictioni ſubſint, qui Aug. Conf. nullatenus concernunt, modò ipſis occaſione proceſſus nihil injungatur Aug. Conf. vel conſcientiæ repugnans. Eodem etiam jure Aug. Conf. Magiſtrat. Catholici ſubditi cenſeantur, interq; hos,*

 qui

qui anno 1624. *publicum Religionis Catholicæ exercitium habuerunt. Jus Diœceſanum quatenus Epiſcopi illud dicto anno quietè in eos exercuerunt, ſalvum eſto.*

§. 48. *In quibus Civitatibus verò Imperii mixtæ Religionis exercitium in uſu eſt, Catholicis Epiſcopis contra Cives Aug. Conf. nulla ſit jurisdictio, at Catholici juxta obſervantiam dicti anni* 1624. *ſuo jure experiantur.*

Jus Diœceſ. & tota jurisdictio Eccleſ. cum omnibus ſuis ſpeciebus &c. usque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii Religionis ſuſpenſa eſto, &c. Exinde colligit D. Schüz. in Man. Pacif. in Concluſ. aliud eſſe non habere jurisdictionem, & aliud eam non exercere ſive eſſe ſuſpenſam, donec per Dei Gratiam mutatio interveniat.

Ad verba: & intra terminos, Territorii cujuscunque Jus Diœc. & jurisdictio Eccleſ. ſe contineret &c. Idem quoque effectus juri Territoriali in terris Statuum Evangelicorum adſcribitur in d. Art. 5. §. 12. verſ. quem. &c. ibi: Cum ejusmodi Statibus immediatis cum Jure Territorii & Superioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi, etiam jus reformandi exercitium Religionis competat, &c. & ibi: Nullique Statuum immediato jus, quod ipſi ratione territorii & ſuperioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere, &c. & Artic. VIII. §. 1. ibi: Libe-

Libero juris Territorialis tam in Eccleſiaſticis, quàm Politicis exercitio, &c. addi etiam poteſt ſæpe laud. art. 5. §. 14. circ. medium.

Ad verba: vel conſcientiæ repugnans &c. ut juramentum ad Sanctos, &c. cum tamen juramentum ad Deum & S. Evangelium permiſſum ſit. (xxxxxxx)

Ad §. 48. In quibus &c. Quamvis enim olim jurisdictio à jure territorii planè fuerit ſeparata, eademque apud Epiſcopos tantum reſèderit, ita, ut hi non haberent territorium temporale, ſive Diœceſin; (quod tamen fallit in Imperii Principibus,) diœceſis enim appellatione propriè territorium vel diſtrictus non venit, nec civitas; & diœceſis eſt in ſpiritualibus, quod territorium in temporalibus, diœceſisque ſignificat adminiſtrationem & diſpenſationem ſacrorum: (yyyyyyy) hodie tamen vigore Transactionis Paſſav. & Conſtitutionis Religioſæ §. damit auch obberührte 20. etiam ad Status Imperii Aug. Conf. per modum ſuſpenſionis, jurisdictio Eccleſiaſtica & Jura Epiſcopalia translata ſunt, ipſisque vigore Superioritatis Territorialis competere cœperunt, ita, ut jurisdictio Eccleſiaſtica cum jure territorii coaluerit, & domini territoriales utriusque exercitia jure territorii ſibi vindicent. (zzzzzzz) Et ita Jurisdictio Eccleſiaſtica, quæ penes Catholicos erat, in Principibus & Statibus Imperii Aug. Conf.

eorumve territoriis in omnibus negotiis & cauſis Religionem concernentibus, planè & plenè ſuſpenſa eſt, acquieſcit. (aaaaaaaa) In Negativam Sententiam inclinare videtur Klok. conſil. 20. vol. 1. n. 333. & mult. ſeqq. Sed Jus Epiſcopale unà cum Eccleſiaſticorum Actuum cognitione, penes Territorii Dominum reſidet, tanquam penes fiduciarium poſſeſſorem, usque ad Chriſtianam & amicabilem Religionis compoſitionem: adeoq; Pax illa Relig. confirmata in hac Pacificatione Oſnabrugenſi inter Imperium & Coronam Sueciæ hoc artic. & verſ. (bbbbbbbb) Quod adeo verum eſt, ut jam à tempore transactionis Paſſav. Principes & Status Imperii Seculares A. I. perſonam duplicem ſc. Principis Secularis & Epiſcopi ſuſtinere cœperint. (cccccccc) quodque novum non eſſe, ex omni antiquitate probant Grotius & Arniſæus; (dddddddd) ita, ut hodie apud noſtrates veriſſimum ſit, cujus eſt Ducatus, Principatus, territorium ſive territorii jus, ejus etiam ſit jus Epiſcopale ſive jurisdictio Spiritualis ſeu Eccleſiaſtica. (eeeeeeee) Quæ tamen jurisdictiones, per promiſcuum uſum, confundi non debent, ſed diſtinctè, & ita quidem expediendæ ſunt, ut altera alteram potius adjuvet, quàm turbet. (ffffffff)

Cum verò præteritis temporibus Epiſcopi in Imperio Rom. Germ. jus Diœceſanum nimium

mium extenderent, ac Pacis Relig. conſtitutionem in ambiguum ſenſum trahere anniterentur; ſicuti ex gravaminibus Principum & Statuum Aug. Conf. anno 46. Oſnabrugæ porrectis conſtat: Ratio ergo hæc erat, hujus diœceſani Juris in Inſtrum. P. de novo ſuspenſi. Quodſi autem in Civitate aliqua Imperiali Auguſtana tantum Confeſſio in uſu ſit, & cives ſolummodo nonnulli Catholicæ religionis ibid. commorentur, in hos Diœceſanus Catholicus jurisdictionem Eccleſiaſticam exercere non poterit, cum jurisdictio illa Eccleſiaſtica, quoad Status Imperii Evangelicos omnino ſit ſuſpenſa, imò ita ablata, ut tota evanuerit. (gggggggg) Et jus diœceſanum ſive jurisdictio Eccleſiaſtica vigore Inſtrum. P. hoc artic. & §o. intra terminos territorii cujusque ſe continere debet, ita, ut quemadmodum nullus Diœceſanus jurisdictionem in Civitatum Imperialium Subditos habet; ita & ex natura correlativorum, nullus ſubditus, nullus civis, etiam Pontificiæ Religionis, hac pace conſtante, & in his terminis, ejus jurisdictionalia agnoſcere poteſt, cum correlativa ad paria cenſeantur, & activum, & paſſivum ſimul exiſtant, & eodem tempore nata ſint. (hhhhhhhh) Et præterea contraria aſſertione via ſterneretur, jurisdictionem ſuſpenſam reſolvendi, quod tamen Civitates Imperiales, etiam ubi dimidia pars Catholicæ Relig. ad-

 dicta,

dicta, vel alii Status Proteſtantes non erunt conceſſuri, ſi nim. Catholici, qui in reformatis Civitatibus, & Provinciis adhuc tolerantur, Vicinum Epiſcopum, ante reformationem ordinariam adhuc recognoſcere, ejusq; jurisdictioni ſubeſſe vellent. (iiiiiiii)

Hinc ſanè ex hac jurisdictionis Eccleſiaſticæ ſuſpenſione inprimis fluit, 1. quod non liceat Magiſtratui Catholico vel Epiſcopo loci, in ſubditos de Aug. Conf. ſuſpectos inquirere, vel eos ad Cenſuram Eccleſiaſticam trahere, multò minus in eos animadvertere; Aliter ſi fiat, ad inſtantiam gravatis, Camera Imperialis competentibus mandatis vel citando, vel inhibendo ſubvenit. (kkkkkkkk) Et tandem fluit ex dicta ſuſpenſione, ut ſi quiſpiam Imperii Princeps vel Status immediatus, ab alio immediato diverſæ religionis in exercitio religionis, poſſeſſione vel q. in ordinatione vel reformatione miniſterii, vel alio jurisdictionis Eccleſiaſticæ actu, turbetur, Camera Imperialis, tanquam in cauſa fractæ pacis Religioſæ, competens judex eſt, nullâ prorſus cauſæ principalis ad Eccleſiaſticos remiſſione concedenda: (llllllll) de aliis ſuſpenſæ jurisdictionis Epiſcopalis ſive Eccleſiaſticæ effectibus evolv. Knipſch. (mmmmmmmm)

Hîc rurſus ſeſe offerunt Concluſiones aliquot Dorſcheianæ, *de quibus in d. Anticr. Th. Sect. 4. quæſt. 5. p. 57. cum aliq. ſeqq.* Primò,

Ju-

Jurisdictio Eccleſiaſtica, uti nunc obtinet in Rom. Eccleſia, ad varia objecta ſeſe extendit; Joh. Lorichius ad 7. claſſes reducit. Non agitur hoc loc. de dogmatum dijudicatione, approbatione vel improbatione, quæ Dd. & Antiſtitum Conſcientiis relinquitur, ſed de actionibus ulterioribus ad forum exterius pertinentibus, quibus poſitis nequaquam liberum religionis alicujus exercitium relinquitur, neque conſcientiæ tranquillæ manent, multò minus fortunæ, corporisque bona reſervantur in tuto; de quibus Alphonſus à Caſtro, Sylveſt. & Navarrus copiose agunt.

Hæ autem actiones in foro exteriori partim non dependent à Jure divino, ſed conſuetudinibus ac ſanctionibus humanis, adeoque ſuâ naturâ remitti & ſuſpendi poſſunt: imò & propter evidentem neceſſitatem remitti & ſuſpendi debent, ſi ſc. probabiliter judicetur, plus incommodi, quàm emolumenti Reip. Chriſtianæ aut Eccleſiæ, ex illorum exercitio oriturum. Unde etiam de facto extra conſiderationem pacis religioſæ per omiſſionem denunciationis, de qua multa tradunt Caſiſtæ, illæ ſolent ſuſpendi. Vid. Bonacin. Partim ita ſunt comparatæ, ut dubium ſit in ipſa Schola Pontificia, an ejusmodi jurisdictionis uſurpatio non etiam dependeat ab Imperatore Rom. & Majeſtate Imperii, adeoque, annon etiam Imperator & Sta-

tus

tus pro exigentia Status Imperii, & præſentium rerum diſpicere poſſit & debeat; utrum conſultius, propter objectas cauſas ſpirituales, ad exercitium jurisdictionis exterioris fori, quæ in civilium malorum irrogatione, aut civilium bonorum ſubtractione potiſſimum conſiſtit, procedere; an verò proceſſum hunc reſervatis interim juribus ipſis ſuſpendere & remittere?

Quæ enim actiones ex ſe & per ſe, jureq; divino non fluent ex poteſtate Spirituali ſive Eccleſiaſtica, ſed ſucceſſu temporis jure humano, vel potius conſuetudine introductæ ſunt, earum exercitium temperare & menſurare poteſt Chriſtianus Imperator pro conditione circumſtantiarum, ad leges ſalutis Eccleſiæ & Reip. adeoque vel admittere, vel ſuspendere. Etiamſi enim Imperator relinquat jus ſententiæ ferendæ Epiſcopis, quâ illa damna inferunt, & auferunt illa bona, ipſe tamen cum Statibus introſpicere poteſt, an ſententiæ latæ executio conducat ſaluti Reipublicæ? Ita enim uni corporis univerſi membro jus ſuum relinquendum eſt in vigore, exercitioque, ne totum corpus peſſundetur.

Et ſanè, ſecularem Judicem poſſe de exceptione excommunicationis coram ipſo oppoſita cognoſcere, tradit *Gl. in l.* 1. *C. de* J. *&* F. *Ign.* quam dicit ſingularem Jaſon *in l.* 2. *C. d.*

SS.

SS. Eccl. & commendat Bl. in l. intelleximus. d. judic. & c. cum contingat. col. 10. *d. dol. & contumac. & in addit. ad Specul. in tit. d. compet. jud. additione in ſ. pro qua opin. citatur tx. cap. poſtulaſti d. homicid. ubi excommunicatio fuit oppoſita coram Rege, & ſic coram* Judice *ſeculari, quem tx. ad hoc notat ibi* Joh. *And. in* 1. *not. & idem tenet* Joh. *Geminian. c.* 1. *§.*2. *vol.* 5. *de except.*

Atque hæc opinio præſupponit alteram, quæ vult, Judicem Laicum de Spiritualibus coram ſe incidenter oppoſitis cognoſcere poſſe, quam ſequitur Bl. *l.* 2. *C. de Carb. Ed. & auth. ei, qui jurat. n.* 26. *C. d. bon. autor. jud. poſſ. quem ſecuti ſunt Ant. Butrius, Romanus, Cravetta, Menoch. Decianus, Guido Pap. quos inibi cit. Id. D. Dorſch. d. loc.* Imò, quod de facto ſolo, quod nihil juris cum Spiritualibus habet mixtum, coram Judice Seculari tractari poſſit; tenent multi alii Auct. nominati ab eod. & eſt communis opinio, ibid.

Quinimò de nullitate ſententiarum eccleſiaſticarum Judicem ſecularem poſſe cognoſcere, communiter receptam refert Marta Neapolit. *d.* J*dict. tom.* 1. *part.* 3. *c.* 16. *n.* 7. *&c.* quamvis contrarium ſentiat.

Quicquid ſit de iſtis concertationibus, hoc ſaltem emergit, hactenus nondum determinatæ & extra diſputationem juſtam poſitæ veritatis eſſe inter Pontificios, quod Imperator

&

& Status Imperii de exercitio jurisdictionis Eccleſiaſticæ in foro exteriori, an, & quatenus extendenda ſit, non poſſint cognoſcere.

Secundò, Principes Politici de poteſtate Eccleſiaſtica ſuſpendenda nihil decreverunt per modum præcepti, ſed ad Principes Eccleſiaſticos omnem in illo negotio reſolutionem detulerunt per modum voti. &c.

Tertiò, Jurisdictionem Eccleſiaſticam reipſa abolitam eſſe, negant contra Erneſtum autores C. P. quæſt. 42. n. 99. Et notabilia ſunt verba M. Mageri: privilegium per non uſum non amittitur, ſi nunquam evenit occaſio utendi, licet quis per mille annos non uſus fuiſſet. Gloſſator & alii in cap. Abbate, de V. S. &c. Quin id refert l. Et Acticilinus de S. R. P. qua probatur, non amittere ſervitutem eum, qui ea uti non potuit. Sic & jurisdictio non præſcribitur, ſi jurisdictionis exercitium & caſus utendi non evenerit. Tx. notab. in d. l. &c.

Quartò, de adminiſtratione bonorum Eccleſiaſticorum non fas eſt abſolutè ex Jure Can. determinare: nam quod ad Gratiani Decreta attinet, notat ex Alciat. Alb. Gentil. diſp. de J. Can. Gratianum iis, quæ adduxit, nullam autoritatem contuliſſe, retinere igitur adducta eam, quam habent ex autoribus, ſive Patribus, ſive Conciliis. Gratianum ſæpius erraſſe, cenſet Covarr. var. reſ.

reſ. 4. & Ant. Auguſtin. Epiſc. Terracon. d. emendat. Gratiani, varia errorum genera proponit. Quod vero ad Decretalia attinet, notum eſt, quod de illis Fr. Duarenus loco ap. Bern. de Sandoval Archiep. Tolet. Indic. Expurg. non expungi juſſo: In Decretalium Vol. multa intueri licet, quæ à Priſca illa diſciplina, quam Decretor. lib. à Gratiano editus, continet, multum degenerant. Conf. quoque Zabarell. Card. Florent. & alios allegatos ab eod. D. Dorſch. dicto loc. Adhæc nondum etiam certum eſt, an Jus Can. liget Imperatorem, uti latè Pet. Oſtermann. tr. & de Jure Codicis, omnes Eccleſias ſubjici Imperatori de jure & de facto voluit Lud. Rudolphinus, M. Ant. Peregrinus, quos id. allegat. Et ſupr. citatus Magerus d. Advocat. tractat quæſt. Si Salvaguardiam violans eſt perſona Eccleſiaſtica, an nihilominus in foro Cæſareo ſuper pœnam conveniri queat? Decidit denique in affirmantem, & notat, Eccleſiaſticos ſe hîc conſiderare, ut Principes Politicos & Status Imperii, cum ratione bonorum feudalium Imperii, Privilegiorum & Regalium ejusd. ſint conditionis & ead. ſuperioritatis jura habeant, quæ Duces, Comites, & alii, in ſuis territoriis. Inde jurisdictio Cæſaris, licet Laicus ſit, adverſus Eccleſiaſticos fundatur ratione bonorum feudalium, Privilegiorum & Regalium, quæ à R. Imp. & S. R.

Im-

Imperio habent, eorumque nomine forum Cæſaris ſortiuntur. cap. ſi Epiſcopus. 18. diſt. Panorm. ibid. n. 8. cum ſeqq. &c.

Quintò, Jurisdictio interioris fori non eſt ſuſpenſa contra errantem religionem. Quomodo exterior ſuſpendi potuerit, jam explicatum eſt. Juri Div. hac pace nihil derogatum eſſe, ex ſuperioribus quoque conſtat. Juri Eccleſiaſtico derogari poſſe, imò jus Eccleſiaſticum poſitivum, ex conſuetudinibus non rarò, & uſurpationibus ſive præſumtionibus controverſ. ortum, ſaluti publicæ & Eccleſiæ cedere debere, ex deductis etiam liquet.

His in hunc modum expenſis, facile eſt expedire poriſma illud: Aliquamne neceſſitas Cæſ. & Statib. Imp. poteſtatem circa eccleſiaſtica tribuat? Evolvatur tantum Joh. Gerſon. Cancell. Pariſ. de poteſtate jurisdictionis Eccleſiaſticæ in foro exteriori ſententia, quæ plurimos illius temporis in Eccleſia Catholica habuit ſuffragatores, & diſertè primum negat, omne jus poteſtatis eccleſiaſticæ in foro ex Jure Divino eſſe, cùm multa ſint poſt donationem Eccleſiæ in bonis Eccleſiaſticis ex conceſſione Principum piorum. Deinde manifeſtum diſcrimen aperit inter poteſtatem ordinis, & jurisdictionis, ob quod nefas ſit concludere, cui communicari nequeat poteſtas ordinis eid. neque poteſtatem jurisdictionis exterioris poſſe communicari; quia illa ſc. merè ſpiritualis eſt; hæc autem ſeculari & temporali mul-

multum aſſinis, & inſuper ex Conceſſione Principum devotorum multam acceſſionem nacta eſt.

Sextò, Conſtans Impp. & Ordinum manet ſententia, illa uno juramento in Capitulatione Cæſ. comprehenſa capita, non pugnare ſecum invicem, ſed potius ita unum eſſe obſervandum, ut alteri nequicquam detrahatur. Quia itaque juramentum de Advocatia Eccleſiaſtica, quatenus in Capitulationibus Auguſtiſſimorum Impp. extat, partim cum aliqua relaxatione inſertum eſt, partim cum aliqua animadverſione Pontificiæ ſedis, partim recepit expreſsè copulam cum obligatione ad autonomiam, non eſt exiſtimandum, ſequens juramentum, quod in Coronatione Romano Imperatori defertur, plus operaturum, aut obſtricturum ad plura Sedi Pontificiæ præſtanda. &c.

Septimò, Gallicana libertas, Proteſtantibus in eo Regno data, in facto ipſo non dat normam ejus, quid in caſu neceſſitatis fieri poſſit. Sit pacto perpetuo non firmata, non ſequitur, quod tali firmari non potuerit. Sed nec Gallicana Pacificatio evadi Erneſti criſin, omnia ferè argumenta, quibus Germanicam labefactare voluit, etiam Gallicanam feriunt. Nam & de hac dicet, quod indirectè & directè hæreſi cooperetur. Indirectè quidem, quia quamvis E. neget Gallicanam libertatem eſſe inconditionatam & perpetuam, tamen

S diſ-

diſſimulanter ita locutus eſt. Novit enim Gallicanæ libertatis edictum eſſe inconditionatum & perpetuum. Petrus Matthæus ſanè non negavit eſſe tale. Notum autem eſt ex actis publicis tale eſſe. Sanè poſt edict proviſiönnel de Januier 1562. edictum proviſionale Januarii , de quo plura in hiſtoria Gallicana occurrunt, alia edicta in Galliarum Regno occurrerunt, quæ pacificationem in perpetuum extenderunt. Clara ſunt verba Car. IX. in edicto anno 1568. promulgato, quod habet Jean le Frere de Laval in hiſtoria des troubles & Guerres Civiles &c. ſub privilegio Regio anno 1574. Pariſiis excuſa. Vult hoc edictum pacificationis inviolabile permanere & obſervari inter cæteros LL. & decreta Regni, donec Deus pleniori efficiat gratia, ut ſubjecti regni in unam religionem rurſus conſpirent. Sed clarius in edicto ad A. Chr. 1570. à Carolo promulgato, quod idem habet Lavalius, voc. edict perpetuel & irrevocable , quod uberioris aſſecurationis cauſa ita per territorium regni promulgatum eſt, ut quibusvis Regiis Miniſtris in aditu officiorum illius obſervantia juramento confirmando injungatur. Et anno Chr. 1595. in Conſilio Henr. IV. diſputatum, An pacificatio religionis cum conditione, an verò inconditionatè promulganda iterum eſſet? refert Thuan. ubi altera ſententia, quæ ſine reſtri-

ſtrictione promulgandam eſſe cenſuit, præ-valuit, quæ & anno 1599. obtinuit. Et Ludovicus XIII. in edicto anno 1616. 13. Jun. Pariſiis excuſo, ſtatim in exordio vocat edict perpetuel & irrevocable. &c.

§. 49. *XVII. Utriusque Religionis Magiſtratus ſeverè & rigorosè prohibeat, ne quicquam publicè, privatimve concionando, docendo,* (Prediger ſollen ſich mit ihren Predigen des Reichs-Abſchieds de anno 1530. §. vvir haben &c. gemäſs halten. Rhetius in diſp. Jur. Publ. de Statutis Rolandinis, deque jure Stat. Imperii &c. p. 75. n. 2. cap. 4.) *diſputando, ſcribendo,* (pluribus D. Fritſch. in tr. de Typogr. & Bibliop. ut & in diſcurſ. de abuſib. typographiæ toll.) *conſulendo, Transactionem Paſſavienſem, Pacem Religioſam, vel hanc inprimis ſive Declarationem ſive Transactionem uſpiam impugnet, dubiam faciat, aut aſſertiones contrarias inde deducere conetur. Quicquid etiam contracti hactenus vel editum, vel promulgatum, publicatumve fuerit;* (Pacem acerbiſſimè oppugn. Jeſuitæ Dillingenſ. in Libro cui Titulus eſt: Compoſitio Pacis. Inprimis etiam virulentus liber eſt, qui ſub nomine Franc. Burckardi, itid. Jeſ. Colonienſ. habet autores, de autonomia, oder von der Freyſtellung in der Religion, &c. It. Bullam Pontif. Innoc. X. Inſtrumento Pacis oppoſitam refutavit JCtus quidam, qui ſibi indidit tit. Ludovici

de Monte ſperato, & Joh. Hornbeck, Theolog. Belga in Examine Bullæ Papalis. Boëcl. ad Jus P. Ott. in Not.) *irritum eſto: ſed ſi dubii quid hinc aut aliunde incidat*, (amicabilis compoſitio hactenus in quibusdam tentata quidem, ſed plenario effectu caruit. Salus certè Imperii poſtulat, eam quocunque modo promoveri. *Fritſch. d. loc.*) *aut ex cauſis Pacem Religioſam aut hanc Transactionem tangentibus reſultet, de eo in Comitiis vel aliis Imperii Conventibus inter utriusque Religionis Proceres, non niſi amicabili ratione tranſigatur.* Conf. & infr. §. 20. verſ. Viſitatio &c. circa princ.

Quò refer. Lex Armiſtitii IX.

Denique dubia & diſceptationes ſuper hoc Armiſtitii Receſſu, aut aliàs deinceps forſitan oriundæ, non viâ facti, aut armorum, directè vel indirectè, nec per ſe, nec per alios, ſed amicabiliter ſec. Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ tenorem, componantur & tollantur.

Ratio Inhibitionis in concionando & docendo prægnans hæc eſſe poterit, ne Miniſtri Eccleſiæ limites officii excedant, & redargutorium Spiritus S. officium in tribunitios clamores, ad ſeditionem contra Magiſtratum excitandam comparatos degeneret; ratio rationis: quia pii Miniſtri Eccleſiæ ſunt præcones converſionum, non turbæ ſeditionis: (nnnnnnnn) quod jamdudum in Receſſibus Imperii ſaluberrimè legitur prohibitum.

tum. (oooooooo) Non ergò eſt, quod Judex Eccleſiaſticus indulgeat Miniſtris Eccleſiæ, limites officii excedentibus, & concionibus ſeditioſis populum ad motus & turbas adverſus Magiſtratum excitantibus; ejusmodi ſiquidem conciones facillimè ruinam Reip. cauſari, motus & ſeditiones excitare poſſe, ac ſæpius excitaſſe, teſtis eſt experientia, quia melius vatibus plebs, quàm ſuis paret ducibus: (pppppppp) quin & ſcandalum haud minimum conciones hæ in Eccleſia præbent, cui obviare Magiſtratui Eccleſiaſtico maximoperè incumbit; imò tantò magis hæc ſollicitudo neceſſaria, quantò fortiori conatu diabolus inſidias ſtruit Miniſtris Eccleſiæ, bene gnarus, horum vitiis & peccatis feneſtram delinquendi auditoribus aperiri; ut hinc Magiſtratus totis viribus laborare debeat, quò ſcandalo huic obvietur, aut, ſi ex pravitate morum à Miniſtris Eccleſiæ propter crimina commiſſa datum jam fuerit, rurſus removeatur. (qqqqqqqq)

Et, ut hîc concionum abuſus contra Sanctiones Pragmaticas; ita etiam porro idem in diſputando, ſcribendo, &c. inhibitus, adeoque actus ſolùm illi, qui in Transact. Paſſav. Pac. Religionis, & Inſtr. P. impugnationem directè tendunt. Ratio, quia intereſt Imperii, turbulentas in Jure Publ. diſputationes vel ſcripta virulenta prohiberi; hac enim

in re non modò indignitas ſumma ineſt, ſed etiam plurimùm periculi: meritò itaque hæc imprudentia publicis pœnis hìc caſtiganda erat: quò quadrat Parœneſis illa graviſſima Dn. A. Fr. de cav. & fug. in refutantis aliorum ſcriptis, vel opin. λοιδορείᾳ, ſive convitiandi libertate & acerbitate.

Aliàs ipſemet Bœclerus p. m. in D. Ott. Jus Publ. not. & animadverſ. inquit: In Inſtrumentum Pacis deſideratur Commentarius, hiſtoriam, & rationes conſultantium, decernentiumque complexus. Et idem alibi: ab initio quidem, antequam pax coiret, multa ſunt diſputata à diverſæ religionis Conſortibus, præſertim Erneſti cujusdam de Euſebiis (ita enim pinxit nomen,) Judicium Theologicum pluribus ſcriptis oppugnavit Dn. D. Dorſchæus p. d. Rurſus oppugnatus à quodam Chriſtiano Fideli, ut ſe nominavit. Extat etiam Joh. Caramuelis Lobkovviz Pax licita, & oppoſitum ſcriptum AntiCaramuel, & plura hujus generis, de quibus etiam ſupr. d. ſed factam ſemel pacem, ejusque Inſtrumentum interpretari, non eſt privatæ autoritatis. Et quædam hactenus in Comitiis ac Conventibus ventilata, nec definita ſunt.

Et præfatus D. Dorſch. d. tr. ſect. 4. qu. 5. p. 51. ex Covarruv. & Tholoſan. ait: Aliud eſt diſputare de D. Thomæ & Magiſtri Sen-

ten-

tentiarum, aliorumque Patrum dictis intra ſepta Scholarum, aliud tractare negotia Reip. Chriſtianæ, in quibus non verbis tantum, ſed factis opus eſt, & ipſa negotia rerum & perſonarum, non ex animi & dictorum ſententia, ſed ſæpe neceſſitate & circumſtantiis præſentibus temperantur.

Neque eſt conſultum, obligare conſcientiam in hujus aut illius opinionis amplexum, propter ſubtilem Doctorum inveſtigationem, ante planam determinationem eorum, quorum intereſt, definitivam ferre in jurium Majeſtatis amplitudine & excellentia contra antiquam poſſeſſionem. Nec minus opprobrium manebit illos, qui idem pennis conati ſunt, quod alii bipennibus. Qui virulentiſſimis & ſcrupuloſis ſcriptiunculis Paci averſati, Magnatum Animos ad bellum inflammarunt, à Pace abſterruerunt. Pudebit uti illos feciſſe, ita hos ſcripſiſſe, quæ evertere Patriam poterant, niſi altior eandem manus ſuſtentaret.

Alioqui, quondam unus vel alter Politicorum hoc quæſitum de Jure Publ. in Academiis profitendo ac diſputando in dubium vocavit: (rrrrrrr) Sed, ad quid, quæſo, Aurea Bulla, ac Receſſus Imperii, addo etiam Transactionem Paſſav. Pac. Relig. & Inſtrum. P. publici facta juris, ſi pro arcanis Imperii haberi debeant, nec de iis ſive in Aca-

demiis, ſive in Aulis Principum diſſerere liceat? Cur etiam Digeſtorum & Codicis Juſtin. Libris Jus Publ. antiquum pariter ut privatum inſertum; ſi omnis diſputatio de eo in Academiis exulare debeat? Tueri quoq; nos poſſumus aliarum nationum exemplis, ut Græcorum & Romanorum, qui de publico jure, de forma Reip. ſuæ, & ita conſequenter de jure, poteſtateque Imperantium diſſeruerunt. (ssssssss)

Neque Reſtauro & Vasquio ullum præbet patrocinium l. 3. C. d. Crim. Sacrilig. ubi reſcribitur: quod diſputare de Principali Judicio ſit inſtar Sacrilegii; (ttttttt) hoc enim grande nefas eſſe dixit Ant. de Padill. excipe, niſi quando ſuper facto aliquo Principis inquiratur, quod ipſum prohibitum non eſt, (uuuuuuuu) quia nonnunquam per ſub- & obreptionem malè inſtruitur & informatur. (vv vv vv vv vv vv vv vv) Igitur aliud eſt, de facto Principis diſputare, aliud verò de ipſo jure Principis, quod habet; de illo temerè diſputare non licet. (xxxxxxxx)

Præterea, nimis arroganter Aulici quidam Juris Publ. cognitionem & diſciplinam ſibi ſolis tribuunt, ab eaque JCtos & Profeſſores in Academiis excluſos volunt; non abs re, ut opinantur, ſiquidem in pulvere Scholaſtico multa ſæpe de poteſtate Principum, tanquam de Ideis Platonicis variè diſſeruntur,

quæ

quæ ſi ad uſum communem exigantur, videtur in ſomniis fuiſſe loboratum, ut inquit Rud. Maximil. Dux Saxoniæ, (yyyyyyyy) ex quo vel parum, vel nihil prorſus addiſcere licet, ſi non etiam temerè & audacter Summa Cæſaris Majeſtas ejusmodi diſſertatiunculis arrodatur, juraque Principum & Statuum Imperii in dubium vocentur, à quorum partibus ſtat ille Anonymus, quisquis etiam ſit, hæcce proferens: Dann dieſes iſt kein privatum, ſed publicum negotium Imperii, damit privati homines de Schola, Oratores, diſcurrentes, und ſolches Volck nichts zu terminiren haben, und iſt gevviſs, daſs dieſe Leuth bey Churfürſten und Ständen groſſen Schaden thuen, auch diſsfalls viel peccirt vvird. Ita ſc. judicant, nobiliſſimam Juris portionem verſantibus in Academiis invidentes. Sed rectius ſentiunt Patres Academici in Supremo Electorali Conſiſtorio. Quid verò illi? Ad Sereniſſimum Saxonem ſub dato 14. Apr. anno his ſcripſerunt verbis: VVir können aber dabey zu erinneren nicht unterlaſſen, vvann die angeführte rationes gelten ſolten, daſs die Profeſſio Juris Publ. in Imperio Rom. Germ. abzuſchaffen, und nur Dd. Juris Priv. zu creiren; und vvürde viel zu lang gevvartet ſeyn, vvann die von Adel und JCti ihr Jus Publ. erſt in Aula (da man keine præcepta, ſondern allein ex-

empla findet,) erlernen vvolte, &c. Quodſi enim diſciplinam hanc usque dum Studioſi juris perfecti evaſerint JCti, inque Aulam ac Regimen fuerint adſciti, differendam dixeris? ecquis tum otium & occaſionem diſcendi ſpondebit: Quis non ſerò nimis ad diſcendum eos accedere exiſtimabit? (zzzzzzzz) Quin nec minima juris publ. portio in fœderibus, teſtamentis, tutelis, & Pactis Principum ac Statuum Imperii conſiſtit, quorum diſcuſſiones & deciſiones ſolis committuntur JCtis, qui nunquam hinc ſuum facient officium, ſubtrahentes ſe huic negotio, vel quod non in Scholis didicerint, vel ad ſe id non pertinere perſuaſi fuerint. (aaaaaaaaa)

Aliis porrò in Academiis Jus Publ. tractari, neminem fugit, & teſtatum id faciunt ſufficienter Diſputationes Baſil. diſtinctis Voluminibus editæ, nec non tomi Juris Publ. qui Autore Dominico Arumæo, aliaque Scripta Juris Publ. nunc & aliàs in lucem prodierunt. (bbbbbbbbb) Nimirum animadvertebant Status Imperii, Jus ſuum circa ſacra per impunem diſputandi licentiam, & aliquorum procacem linguam maximum ſenſiſſe damnum, proinde hoc §o omnes iſtas cavillationes & authenticas privatorum explicationes prohibuerunt.

Caveant itaque Theologi, ſive, qui à Concionibus ſunt, ne cavillationibus odium vulgi exci-

excitent contra eos , quos doctrina potius meliori inſtruere decebat. Hujusmodi enim dicteria & invectiva verba multum infringunt ſpem de componendis religionis diſſidiis, quam tamen Imperator & Status Imperii ſeriò ſibi ſpondent. Artic. 5. §. Transactio 1. Donec per Dei gratiam de Religione ipſa convenerit; & §. Eccleſiaſtica 14. Si verò, quod Deus prohibeat, de Religionis diſſidiis amicabiliter conveniri non poſſit; idque non ſolùm oretenus interdictum, ſed & ſcribendi licentiam reſtringere cenſetur,

Landandi itaque ſunt Status Imperii, qui multùm vident, quanti interſit, hanc dicendi licentiam Theologis non concedere, ut de amicabili religionum compoſitione, quam tantopere optant, ſint certiores. (ccccccccc) Hinc quoque laudanda illa Armiſtitii ſuperius annexa Conſtitutio, quâ dubia & diſceptationes non viâ armorum, aſt amicabili componenda, tollenda, Rat. ſuppeditat etiam Comicus in Eun. act. 4. ſc. 7. omnia prius experiri conſilio, quàm armis ſapientem decet. Multæ inſuper ſunt cauſæ, propter quas Jura noſtra Judicibus ad removendas lites commiſere, cauſam prius concordia, quàm judicio terminare, per tx. in c. 1. d. mut. pet. c. querelam. 15. d. Simon. c. ſi primates. 5. q. 2. c. ſi quis membrorum. 23. q. fin. c. ſi illic. 23. q. 4. c. ſtudendum. 90. diſt. tx. in l. æquiſſimum

eſſe

eſſe ff. d. uſufr. l. 1. §. & poſt operis. ub. Alex. n. 7. ff. de N. O. N. & Al. plur. Primum propter ſumptus immenſos arg. l. 18. ff. de jurej. l. 22. C. mand. Auth. & qui jurat. C. d. bon. auth. jud. poſſ. 2. tum propter diuturnit. & temporis jacturam, l. 15. ff. ut leg. nom. cav. l. 51. ff. de pecul. l. f. C. ad SC. Turp. 3. tum propter moleſtias, labores & curas, l. f. C. Ubi in rem act. & l. 2. C. d. jurisd. tum propter juram. quod vix ſine labecula infamiæ præſtatur. l. 25. §. 1. ff. d. conſt. pec. l. 20. ff. d. cond. & dem. l. 8. ff. d. Condit. inſtit. tum propter calumnias. 4. & diſſidia l. 20. verſ. ſed ſi aliqua. ff. de A. & O. 5. tum propter litis eventum dubium. l. 51. ff. de pecul. Gl. in l. 78. §. ult. ff. ad SC. Treb. Hinc delegationes Principum ad concordiam & juſtitiam inventæ ſunt, ut prius Judices delegati concordiam tentent & perſuadeant, maximè verò in cauſa injuriarum. c. 1. & c. ſtudendum. 90. diſt. c. 1. in f. d. mut. pet. Auth. ſi verò. C. d. judic. c. cauſam, quæ 19. extr. d. teſtib.

Sed, an partes ad tranſigendum compelli poſſint, dubitatur. Et quamvis regulariter de J. Comm. ad transactionem ineundam ſeu compromiſſum faciendum nemo compelli poſſit N. 124. c. 4. collat. 9. c. f. de reſcr. &c. quia pax eſt bonum perſuaſibile, non compulſibile, ut loq. Dd. Fall. tamen 1. ſi partes diu litigaſſent, & cauſa eſſet dubia. Jaſ. in

l. 21.

l.21. C. de Judic. n.4. ubi Dd.com. 2. ſi timor eſſet futuri ſcandali l.æquiſſimum.ff.de uſufr. Jaſ. in d. l. n.4. 3. ſi de ſtatuto partes ad componendum compellantur, Caſt.in d.l.n.6. 4. in transactione alimentorum. Dec. in d.l. n.4. verſ.hoc tamen. 5. ſi conſtet Judici, alteram partem juſtitiam fovere. Dec. in d. l. n. 5. 6. in Criminalibus ante commiſſa delicta. Bl. in l. 18. C. d. transact. & al. 7. in Supremis Judicibus c. cum inter R. ubi Ant. de But. d. Elect. 8. ſi diſſenſio eſſet (ut hoc caſ.) inter Perſonas Inſignes, ex qua Reſp. turbari poſſet. l. 21. §. in Civilibus. ff. d. captiv. &c. Caccialup. d. transact. q.20. n.1. Quare non immeritò commendantur in Jure, qui lites in tantum execrantur, ut malint jus ſuum indiſcuſſum relinquere, quàm in Judicio contendere. c.nihil.2.ubi Panorm. & Fel. in pr. d. præſcript. quod & in S. Literis præceptum erat Matth. 5. Concordat tx. in c. 1. 14. q. 1. & Eccleſ. 28. Si quis voluerit tuniam tuam, & tecum contendere in Judicio, dimitte ei & pallium. Abſtine à lite & minues peccata. Neviz. lib. 6. Sylv. Nupt. n.8. cum aliq. ſeqq.

§. 50. *XVIII. In Conventibus Deputatorum Imperii Ordinariis, numerus ex utriusque Religionis Proceribus æquetur. De Perſonis autem vel Statibus Imperii adjungendis in Comitiis proximis ſtatuatur, in horum Conventibus, itemque Comitiis Univerſalibus, ſive ex uno, ſive duobus aut tribus Imperii Collegiis quacunque*

occa-

occaſione, aut ad quæcunque negotia deputandi veniant, æquetur Deputatorum numerus ex utriusque Religionis Proceribus. Ubi extraordinariis Commiſſionibus negotia in Imperio expedienda occurrunt, ſi res inter Aug. Conf. Status verſatur, ſoli eidem Religioni addicti deputentur, ſi inter Catholicos, ſoli Catholici, ſi inter Catholicos & Aug. Conf. Status, utriusque Religionis pari numero Commiſſarii denominentur & ordinentur. Placuit etiam, ut Commiſſarii quidem res à ſe geſtas referant, & vota ſubjungant, inſtar tamen ſententiæ nihil definiant.

Trigam QQ. ad hunc tx. proponit D. Fr. in Elect. Jur. Publ. part. 1. c. 8. quarum prior: An ſub hoc tx. etiam Collegium Electorale intelligi debeat, quia planè de eodem hîc nulla injiciatur mentio? Electorales id negant 4. argumentis: Conſuli tamen R. I. Ratisb. anno 54. §. den 12ten Pten 191. ibi: daſs in dem Churfl. Collegio &c. Poſterior ita ſe habet: An hæc etiam conſtitutio in Judicibus Auſtregarum locum habeat? de qua Id. D. Fr. in addit. ad Limn. Jur. P. l. 9. c. de Auſtregis. It. Ultima: An Religionis paritas in cauſa moderationis Matriculæ obſervari debeat, ſuperioribus annis quæſitum fuit. Præterea Comitia ſunt Cæſaris, Electorum & Statuum, omnium vel Deputatorum de ſummis Imperii negotiis Conventus; ſuntque vel univerſalia, quorum Cauſa Efficiens eſt Impe-

Imperator, ita, ut illa ſint Conventus Ordinum Imperii ab ipſo, cum Electorum conſenſu indicti: vel Particularia, quando pars Statuum convenire ſolet; aut dicuntur certæ ex Corpore Reip. partis Congregationes, cujusmodi quondam fuit Conventus Regimenti; hodie autem ſunt Conventus Electorum, Churfürſten-und in ſpecie Wahl-Täge; It. Conventus Deputatorum Viſitatorum Cameræ, & Circulorum Congregationes, quarum cauſæ vel ordinariæ ſunt, vel extraordinariæ: (dddddddd) Ille Conventus ſcil. Deputatorum Decreto Auguſtano anno 1555. primò inſtitutus traditur ea de cauſa vel ratione, ut ubi Subditorum motus ſeſe in Imperio exerunt, quibus unicus, duorum vel 5. Circulorum vires non ſufficere videantur, eò promptius totius Imperii nomine malo obviam iri poſſit.

Poſtmodum autem horum Conventuum uſus etiam ad alias Imperii neceſſitates extenſus fuit, præſertim verò, ut mole negotiorum ingruente, quibus in publicis Imperii Comitiis non ſatisfactum, certis quibusdam Statibus à Cæſare & Ordinibus delectis (vulgo Deputatis,) tractanda committerentur. Et licet ab initio munus illud perſonale fuerit, poſtea tamen hæreditarium factum eſt. (eeeeeeeee) Et hi Deputati ſunt certi quidam ex tribus Imperii Claſſibus delecti, quibus con-

conjunctim cauſæ Imperii, quæ celeriorem & faciliorem adminiſtrationem poſtulant, demandantur, de compeſcendis atque ſedandis exortis gravioribus motibus, de uno aut altero articulo propoſitionis, de relatione, collatione, communicatione inſtituenda, de Supplicationibus privatorum à Cæſare ad unum Collegium vel remiſſis, vel à partibus omnibus Ordinibus exhibitis. (ffffffff)

Modum ſuffragandi & quidem diverſum ab illo, qui in Comitiis univerſalibus obſervatur, deſcribit Paurmeiſterus. (gggggggg) Olim in noſtra Rep. in Comitiis Primum Ordinem tenuerunt Epiſcopi: II. Principes: III. Civitates; olim enim Epiſcopi & cæteri Prælati à Principibus ſegregatam Curiam habuerunt; poſtquam autem ſummam poteſtatem circa Religionem Pontifex ab Imperii Comitiis in ſuam ditionem pertraxit, Epiſcopi ad Comitia non amplius ut Epiſcopi, ſed ut Seculares Principes vocati; & ita una Curia cum Principibus concluſi. Poſtea verò, quum Electores præ reliquis Principibus prærogativam acceperunt, hi ſeparatam ab ipſis inſtituerunt Curiam. Hodie itaque tres ſunt Imperii Curiæ ſive Collegia, nim. Electorum, Principum & Civitatum: quam diſtributionem Ordinum in claſſes diſpar eorum qualitas & autoritas cauſata eſt. (hhhhhhhh) Cæterum Deputatorum ad prædicta Comitia

tia numerus hoc artic. & §. ex utriusque Religionis Proceribus æquatus & auctus fuit; perſonæ tamen in Comitiis demum anno 54. §. Und vveil man beſ. Fridenſchluſs &c. nominatæ; quamvis plures ex familiis nominatis competant, admitti; (iiiiiiii) nam anno 45. Deputatorum Imperat. Ordinariorum (Reichs ordinari-Deputirten,) paritas numeri ab Evangelicis flagitata, & deſuper Catholicorum reſponſum. (kkkkkkkk) Et in ipſis Comitiis ad Deputationes, zu Auſsſchüſſen, ipſarum quoque Civitatum Imp. Legati ſemper fuerunt electi, & adhucdum eliguntur. (llllllll)

§. 51. *XIX. In Cauſis Religionis, omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam unum Corpus conſiderari nequeunt, ut etiam Catholicis & Aug. C. Statibus in duas partes euntibus, ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, non attenta votorum pluralitate.* (Ratio, quia res concernens fidem internam, conſcientiam & animam, non poteſt plurium hominum opinionibus & arbitrio non æquè regulato tutò committi: multitudo errantium non præſtat errori patrocinium. D. Fr. in Elect. J. P. d. part. 1. c. 8.) *Quod verò ad pluralitatem votorum in materia collectarum attinet, cum res hæc in præſenti congreſſu decidi non potuerit, ad proxima Comitia remiſſa eſto.* Sed nec in iſtis Comitiis, neque in his adhuc durantibus deciſa

ciſa eſt, ob planè contrarias omnium trium Claſſium ſententias. A. der Grundv. p. 3. c. 7. pag. 286. conf. Limn. tom. 5. in addit. ad lib. 9. c. 1. n. 182.

Si in uno vel altero Collegio Status diſſentiant, & Vota diſcrepent, more Comitiorum receptum, (mmmmmmmmm) ad plura (quæ clara & pura eſſe debent,) reſpectum haberi, (nnnnnnnnn) quod Catholicis ita indubitatum eſt, ut generaliter in omnibus cauſis, in Comitiis anno 1613. ad majora calidè provocarint: cui tamen Correſpondentium Legati literis 20. Aug. ejusd. anni contradixerant, ac illa non niſi limitativè accipienda proteſtati ſunt. (ooooooooo) Quamvis Id. Limnæus d. loc. n. 90. arbitretur: Si Religionis pace ex aſſe uti frui velimus, multas ex illis admittendas, tutiſſimum eſſe adhærere regulæ, quæ majora Jure Civili, ut, ſi quid à pluribus decernendum fuerit, conſenſus majoris partis minori prævaleat: (ppppppppp) Jure Naturali vel Gentium, quo ſemper major pars judicaſſe fertur, veluti apud Romanos: (qqqqqqqqq) qui mos etiam apud Neapolitanos ſervatur: (rrrrrrrrr) nec non in Curiis Regni Hiſpaniæ: (sssssssss) ut & in Supremo Luſitaniæ Senatu. (ttttttttt) Jure Canonico: (uuuuuuuuu) & Publico, quod ipſum elucet ex A. B. cap. 2. ubi ſufficit: Majorem Electorum partem Imperatorem eli-

eligere: & ex Receſſu Imperii Trevirenſi & Colonienſi: (vv vv vv vv vv vv vv vv vv) atque Eslingenſi: (xxxxxxxxx) Sed nim. regulariter hoc ſe ita habet, ſi Status conveniant; at hiſce invicem diſcrepantibus, ſi utraque pars hoc caſu ad Cæſarem recurrat, non niſi ex conſenſu eorum, id, quod Cæſar comprobat, conſtitutum cenſeri debet, ut proinde & tum utriusque, Imperatoris nempe, ac Statuum conventione, mutuoque conſenſu Receſsûs Comitiorum dicantur promulgari.

Et eſt Ratio: quod ſi in pondere conſiſtere deberet Votorum majoritas, res exitum non ſortiretur; (yyyyyyyyy) quilibet enim (cum homines ad diſſentiendum faciles ſint) ſuum adferret votum ſanius, ut adeo litium finis non eſſet. Addit Limn. d. loc. n. 177. donec exceptio doceatur, qualis eſt cauſa Religionis: nam in ea alia obtinet Apoſtolica maxima, quod noſtrûm unusquisque de ſe ipſo Deo reddet rationem: (zzzzzzzzz) quod itidem confirmat deciſio hujus loci; Ratio, quia res concernens fidem internam conſcientiam & animam, non poteſt plurium hominum opinionibus & arbitrio non æquè regulato tutò committi: multitudo errantium non præſtat errori patrocinium. (No.1.) Et verum eſt, etſi cauſa Religionem non directò, ſed per indirectum Religionis negotium concernat: aut ubi occaſione diverſæ

Religionis conſcientiæ ratio juris æquitati præponderare poteſt. (No.2.) Supradictæ regulæ non obſtat vulgata illa regula: quod ad omnes pertinet, ab omnibus approbari debet. (No.3.) Nam reſp. ad eam tripliciter, primo, diſtinguendo, an ad omnes pertineat quid ut univerſos, an verò ut ſingulos: in hoc caſu, quod ad omnes pertinet, ab omnibus approbari debet. Secundo reſp. regulam noſtram ita intelligendam eſſe, ut omnes citari debeant, non autem conſentire. Tertiò reſp. regulam ita declarando, quod ad omnes pertinet, illud ab omnibus vel majore parte approbari debet. (N.4.) Ut autem pluralitas ſuffragiorum in cauſa Rel. obtineat, requiritur I. ut hæc ſuffragia fiant ab iis, qui locum Judicum obtinent, non partium. II. ut ad hoc congregati ſint, quò Sententiam in Religione ferant. III. ut, qui congregati ſunt, ſint facultate judicandi præditi, ingenio, doctrina, eruditione & induſtria inſtructi, quanta maxima ad hoc negotium requiritur. IV. ut Eccleſia profeſſione doctrinæ ſit una & conſentiens. V. ne parti minori per res judicatas, decreta, transactiones vel pacta jus quæſitum ſit. (No.5.)

Præterea, neque ipſi Catholici ſemper diffiteri potuerunt, majora vota in cauſis Religionis non concludere, ut ex deliberatione eorum Cæſari anno 1613. facta pateſit: (No.6.) itemque propter deciſionem hujus rei hoc

ſo 19. Cæterum & aliæ cauſæ ac exceptiones numerantur, quibus majora obtinere non debent, quemadmodum earum 12. potiſſimum recenſentur: (No.7.) ſub quibus etiam comprehenſa eſt materia collectarum, quæ hîc quidem ad proxima Comitia remiſſa eſt, ſed in Comitiis anno 1655. Ratisb. habitis indeciſa permanſit, neque in his adhuc durantibus deciſa eſt, ob planè contrarias ſententias, ut ſupr. d. (No. 8.) Pro majoritate Votorum in Collectis Imperialibus contra D. Nic. Myleri Additiones ad Rümelin. concludit Stamlerus; (No.9.) ante eum Klockius; (No.10.) ubi, an & quatenus in Conſilio Imperiali generali, Circulorum ac Provinciarum, aliisq; Univerſitatum Conventibus & Conſiliis majora vota valeant, & major pars minori præjudicare poſſit, plurimis docet. Sed contra Eum, Socer Ejusd. Dn. Cancell. Schüz. (No.11.) Ratio, juxta vulgatum illud: daſs keiner auff des anderen Seel oder Seckel votiren könne; ſi enim obſervantiam Imperii hactenus & Praxin Comitiorum inſpicias, contrarium obtinet, nonnulla ratione fundatum, utpote, quod actus ſit ſingulis & in individuo præjudicialis. (No. 12.) Alii diſtinguendas volunt Collectas, num neceſſariæ ſint, an voluntariæ? in illis vota majora; non verò in his admittentes: (No.13.) quamvis & in hoc ſit ſcrupulus, quænam neceſſa-

riæ aut voluntariæ cenſeantur? (No.14.) Sanè opinioni D. Schüz. & Limn. tamdiu inſiſtendum eſſe videtur, donec in Comitiis aliud ſtatuatur, adjecta tamen declaratione, ſi Imperii Status ſupra facultates ſuas obligaretur: quo caſu S. Cæſ. Majeſtatis Auguſtum Officium implorandum. (No.15.)

52. XX. *Præterea, cum ob enatas ex præſenti bello mutationes, & alias cauſas, de Judicio Cameræ Imperialis ad alium* Univerſis *Imperii Statibus commodiorem locum transferendo*, (olim Francofurti fuit. v. Knipſch. d. Privil. Civ. Imp. lib. 3. c. 14. n. 20. Civitas Erfordenſis quibusdam Statibus in Conventu Oſnabrug. locus commodus videbatur, ad quem Camera transferri poſſet, ſed ea decreverat per Memoriale Status permovere, ne Erfordia eligeretur, 17. rationibus contra translocationem prolatis. D. Fritſch. Elect. I. P. part. 1. c. 9.) *& Judicem, Præſides, Aſſeſſores, & quoscunq; Judicii Miniſtros, pares numero utriusq; Religionis præſentando, ſicut etiam de reliquis ad Judicium Camerale ſpectantibus, quædam in medium allata fuerint, ſed in præſenti congreſſu ob negotii gravitatem, non tam plenè expediri queant, in proximè indicendis Comitiis de his omnibus agi & conveniri, deliberationesque de Reformatione Juſtitiæ in Deputatorum Imperii Conventu Francofurtenſi habita, effectum dari, & ſi quæ in his deſiderari videntur, ſuppleri & emendari*

de-

debere conventum eſt. Ne tamen res hæc prorſus in incerto maneat, placuit præter Judicem & quatuor Præſides, & quidem duos horum ex Auguſtana Confeſſione à ſola Cæſarea Majeſtate conſtituendos, numerum Aſſeſſorum Cameralium ad quinquangita in univerſum adaugeri, (conf. D. Fr. in addit. ad Limn. Jus P. lib. 9. cap. de Cam. Imp.) *ita, ut Catholici computatis duobus Aſſeſſoribus Imperatoris præſentationi reſervatis, viginti ſex, Aug. Conf. Status viginti quatuor Aſſeſſores præſentare poſſint & teneantur, atq; ex ſingulis Circulis mixtæ Religionis, non tantùm duos Catholicos, ſed etiam binos Aug. Conf. addictos aſſumere & eligere fas ſit, cæteris ad Judicium Camerale pertinentibus, ut dictum eſt, ad proxima Comitia rejectis.*

§. 53. *Ac proinde Circuli de præſentandis maturè in locum demortuorum novis ad Camerale Judicium Aſſeſſoribus, ſecundùm Schema ſubſequens admoneantur. Aſſeſſores Aug. Conf. præſententur ab Electore*

Saxonico		
Brandenburgico	- - - 6.	
Palatino	*fac.* 18.	

1. *Circulo ſuperiori Saxoniæ*	- - 4.	1. *alternando per hos* 2. *Circulos: Et fac.* 2.
2. *Inferiori Saxoniæ*	- - - - 4.	

Circuli Franconici Statibus.

3. *Auguſtanæ Confeſſionis* -	2.	1. *alternando per hos* 4. *Circulos.*	*fac.* 2.
4. *Suevici* - - - -	2.		
5. *Superioris Rhenani* - -	2.		
6. *Weſtphalici* - - -	2.		
		Summa 24.	

7. Et quamvis ſub ſchemate nulla fiat mentio Statuum Imperii Aug. Conf. qui ſub Circulo Bavarico comprehenduntur, nihil tamen ex eo ipſis præjudicetur, ſed ſalva maneant horum jura, privilegia & libertates. Catholici etiam ſuo tempore de ordine præſentandi convenient, Cæſareaque Majeſtas mandabit, ut non ſolùm in iſto judicio Camerali cauſæ Eccleſiaſticæ, ut & Politicæ inter Catholicos & Aug. Conf. Status, vel inter hos ſolos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Catholicos Status litigantibus tertius interveniens Aug. Conf. Status erit, & viciſſim, quando Aug. Conf. Statibus contra ejusdem Confeſſionis Status litigantibus tertius interveniens erit Catholicus, adlectis ex utraque Religione pari numero Aſſeſſoribus, diſcutiantur & judicentur, ſed idem etiam in Judicio Aulico obſervetur, (vid. Eund. D. Fr. d. loc. c. de Judic. Aulico,) *huicque fini aliquot Aug. Conf. doctos & rerum Imperii peritos viros, ex iis Imperii Circulis, ubi vel ſola Auguſtana Confeſſio, vel ſimul etiam Catholica viget Religio, adſciſcant, eo quidem numero, ut, eveniente caſu, pariter*

Judi-

Judicantium ex utraque Religione Aſſeſſorum obſervari poſſit. Idem etiam quoad paritatem Aſſeſſorum obſervetur, quoties Aug. Conf. Status immediatus à mediato Catholico, vel immediatus Catholicus à mediato Auguſt. Conf. Statu Judicio convenitur.

I. Membrum hujus Articuli.

Judiciorum Imperii conſtituendorum modus ab Evangelicis anno 1645. poſtulatus; (No.16.) & deſuper Catholicorum reſponſum und Bedencken anno 46. hacque de re Saxonicorum ſententia: (No.17.) repetitaque Cæſareorum oblatio acceptata: (No.18.) ſed tandem anno 48. Punctus hic Juſtitiæ hoc modo eſt transactus, ut videlicet Evangelicis Tribunal Spirenſe pari ex utraque Religione numero conſtitueretur, aliaque Civium æqualitati congrua flagitantibus, cui ſatis conſuli Cæſarei exiſtimabant, ſi Evangelico ex quacunque cauſa cum quocunque litigaturo Judices dentur, ex utroque ordine æqualiter adlecti. Ceſſere tamen Evangelicorum Conſtantiæ, ut quatuor Præſidibus, duobus eorum Aug. Conf. addictis, 50. Aſſeſſores adderentur, quorum 26. Catholici, reliquos Evangelici conſtituerent, & pari ex utriſque numero Judices darentur, quando de quacunque Evangelici cauſa quæſtio foret; adjectis aliis, firmandæ juſtitiæ, & quæ reſtabant, ad Comitiorum diſquiſitionem remiſ-

ſis. Subſcripſere conventis, (idque etiam in reliquis transactionis capitibus poſtea ſervatum,) Cranius, Salvius, Reigersbergius, & Thumshirnius, Cæſareorum, Suecorum, Catholicorum atque Evangelicorum nominibus, magno horum gaudio, qui, ut ipſi fatebantur, plus quam ſperare auſi eſſent, adepti, atque, quod prima provenerant, alacriores, neque in cæteris adeo parcos rati, iſta tam liberaliter largitos, Judicem quoque, (den Gammer-Richter,) Fiſcalem, ejusque Advocatum, alterna ſerie Evangelicos, tum cæterorum quoque nominum officia, miniſteriaque ſuis communia depoſcebant, comiter à Cæſareis atque Moguntino auditi, eluſique. (No.19.)

Dicitur autem hoc Judicium Cameræ Imperialis, ratio, quia ejusdem jurisdictio dependet à toto Imperio, i. e. Cæſare & Membris, Imperatore & Ordinibus, ubi & Imperator & Status de novo Aſſeſſores conſtituunt, majorque numerus ibid. à Statibus enumeratis à Circulis conſtituitur. Imò in R.I. d. anno 54. ab Imperatore & Statibus ordo juſtitiæ emendatus eſt. Idem R. I. pro illis fortiter pugnat, qui Status cum Cæſare jungunt, & quidem in §. Damit denn auch, ubi: Unſer und deſs Reichs Cammer-Gericht &c. (No.21.) & Imperator illud vocat, ſein höchſtes Gericht: d. R.I. 45. §. Als auch bey

den Allgemeinen &c. ſed hoc leve putatur; tum quod nuſpiam neque in Ord. Cam. tanq. propria ſede, neque alibi dicantur Status una cum Cæſare jurisdictionem conceſſiſſe, nec potuiſſe; cum ante inſtitutam Cameram ea ſolius Cæſaris, non Statuum fuerit. Adde, quod Decreta Cameralia, cæteraque ſub Sigillo & Nomine Imperatoris expediantur omnia. (No.22.)

Jurisdictionem itaque accipit Camera ab Imperatore & Statibus, non ut ſingulis, ſed ut univerſis, (No.23.) & quidem non mandatam, ſed propriam & ordinariam: ratio 1. quia à Judice delegato datur appellatio ad delegantem; à Camera verò Imperii non poteſt appellari ad delegantes. (No.24.) 2. Omnis jurisdictio delegata deſinit morte ejus, qui dedit; (No.25.) jam autem, Imperatore mortuo, Camera non ſubſiſtit, nec minus Cancellaria & Lectoria ſuos labores continuant. (No.26.) 3. Cameræ Jurisdictio in eam communi Imperatoris & Statuum Imperii placito, vi Ordinationis Imperii, adeoque à Lege eſt delata; jam verò jurisdictio, quam Lex defert, eſt ordinaria. (No.27.) 4. à judice delegato avocari poſſunt cauſæ; à Camera autem avocari nequeunt: quamvis multas hîc tritas nectat diſſentiens Hippol. à Lap. (No.28.)

Ratio de Loco illius Judicii ad alium univerſis Imperii Statibus commodiorem transferen-

ferendo, quod Spira ſit ſita in finibus Germaniæ vel in confiniis Lotharingiæ. Camera nonùm variata ſede, ultimam tandem Spiræ nacta eſt anno 1527. eamque hodie fixam ac perpetuam, ita, ut inde non niſi ex urgentiſſima cauſa Imperatoris & Statuum Conſenſu concurrente, aliorſum transferri queat. (No.29.) Quid tamen ſi belli, peſtisve violentia tutò Tribunal illud Spiræ conſiſtere vetet? (No.30.) Olim quidem Francofurtum ad Mœnum prima Cameræ Imperialis ſedes fuit conſtituta, poſtea Wormatiam, Noribergam, hincque Ratisbonam: (No.31.) & in Conventu Osnabrug. Civitas Erfordenſis quibusdam Statibus locus commodus videbatur, ad quem Camera transferri poſſet, ſed ea decreverat per Mem. Status permovere, ne Erfordia eligeretur, 17. rationibus contra translationem prolatis. (No.32.) Aliis Magdeburgum, aliis alias Civitates nominantibus, ſed res ad proxima Comitia tum rejecta, in quibus autem viſum fuit translationem ejus è re Imperii non eſſe, adeoque omittendam. (No.33.)

Cameræ Moderator ac Judex eſt Princeps Imperii, aut certè Comite aut Barone Dignitate non inferior: Princeps verò ex Eccleſiaſticis ſit, an Secularibus, ita non refert, ut tamen hunc præferat. (No. 34.) In Imperio Rom. Germanico natus, unaque ex Religionibus

nibus publicis Imperii Legibus permiſſis addictus. (No. 35.) Conſtituitur à Majeſtate Cæſ. vel Romanorum Rege. (No.36.) Ordinationis Aſſertor & Cuſtos eſt, quin imò totius Conſilii Caput ac Director. (No. 37.) Non verò Autoritas Exteri in Judice Cameræ ſolicitè quæſita? (No.38.) Ratio; Alienigenam enim dominum nemo lubens patitur, & placidius eſt parere ſuis: adde, quod Germaniæ conſuetudinum & obſervantiæ perquam gnarus deſideretur Judex. (No.39.) Et ubi Linguæ Germanicæ ſtatim peritia? extra quam & Latinam, Imperii noſtri laudandus rigor, aliam tolerare neſcit: Sic Lingua Gallica non admittitur. (No. 40.)

Ejus abſentis vices gerunt Præſides, quorum numerus primum binarius, poſtmodum in ternarium, Maximiliano II. tertium addente, (No.41.) ac tandem in quaternarium à Ferdinando III. redactus; horum Catholicæ Religionis duo, & duo Auguſt. Confeſſ. ſint. Præſidum tamen horum appellatio recentior videtur, antea ab Aſſeſſorum claſſe nominibus vix diſtinctorum, illorumque Munus Vice-Directorium dici poteſt. (No.42.)

Aſſeſſorum numerus hactenus nunquam certus, ſed pro diverſitate temporum, vel major, vel minor fuit, & remoram explend. numer. objiciunt tam arctè computatæ & minus ſufficientes Statuum collectæ, ceu il-

lud

lud Literæ Illuſtris Collegii Cameralis ad Conventum Deputatorum Francofurtenſem 10. Nov. 1655. miſſæ teſtatum faciunt; olim XVI. fuere, poſtea XLI. adſignati. (No. 43.) Quid hoc loc. in Inſtrumento P. noviſſimè cautum, ſuperius dedimus demonſtrandi. Conf. quoque R. I. Ratisb. d. anno 54. §. 169. Sed hæc conſtitutio in hunc usque diem executioni non eſt mandata, & Aſſeſſorum numerus 20. non excedit, qui tamen ut augeatur, Reip. maximoperè intereſt: Ratio, ſi enim pruriginem litium, & multitudinem appellationum hodiernam reſpicimus, nondum iſte Judicum & Aſſeſſorum numerus videtur ſufficere. Solum Parlamentum Pariſienſe quot perſonis conſtat? Cui, Bodini tempore, 150. Judices præfuerunt: Apud Venetos 120. Viri litibus dijudicandis deputati. (No. 44.) Sic Cameræ hujus Spir. tardi proceſſus ab Evangelicis anno 45. incuſati, eorumque circa eam conſtituendam poſtulata leg. in Hiſt. P. W. p. 205. cum ſeq. lib. 2. Exemplum Comes Saynius, qui litem à Proavis cum Electore Treviro de dimidia Dynaſtiæ Valenthurenſis parte cœptam, & ſententia poſt 50. demum annos finitam, Reviſione tamen à Treviro petita ſuſpenſam, ſolito Reviſionem flagitantibus Juramento Calumniæ poſt 39. annos nondum præſtito, adhuc vivere, grandi, protractæ juſtitiæ dolore, quereba-

rebatur. Utcunque Hiſtoria Actorum Pacis Weſtph. referat, t. t. in diæta iſta Status nonnullos non ſine multis querelis bina adhuc dictis Judiciis vel hisce Tribunalibus Germaniæ Illuſtribus jungi conſuluiſſe, quorum alterum quidem in Saxoniæ Infer. & Superioris tractu, in Regione Franconiâ & Suevicâ alterum ſtatueretur, ita ut Circuli Utriusque Rhenani ac Burgundici litigia Judicio Spirenſi; Auſtriaci verò ac Bavarici Aulæ relinquerentur Imperiali, omni penitus inter dicta Dicaſteria ſeclusâ præventione, cauſarum avocatione, aliove jurisdictionis cujusve judicii ſufflaminatorio impedimento; Res tamen Succeſſu penitus caruit, dum propoſitio iſthæc Cæſari juxta ac reliquis Statibus durior, quàm quæ attendi debeat, viſa eſt.

Aſſeſſores verò hodie in Camera præſentant I. Imperator, 2. ſc. Catholicos: (N.46.) II. Electores, Moguntinus Catholicos 2. Trevirenſis Catholicos 2. Colonienſis Catholicos 2. Bavaricus Catholicos 2. Saxonicus Aug. Conf. 2. Brandeburgicus Aug. Conf. 2. Palatinus Aug. Conf. 2. III. Circuli, Auſtriacus Catholicos 2. Burgundicus Catholicos 2. Bavaricus Catholicos 4. Franconicus Catholicos 2. & Aug. Conf. 2. Suevicus Catholicos 2. & Aug. Conf. 2. Rhenanus Superior Catholicos 2. Aug. Conf. 2. Weſtphalicus Cathol. 2. & Conf. Aug. 2. Et hi 4. Circuli

Franc.

Franc. Suev. Rhen. Weſtph. alternando A.C. 1. Saxonicus Superior Aug. Conf. 4. Saxonicus Infer. Auguſt. Conf. 4. Et hi 2. Circuli alternando Aug. Conf. 1. Hodie itaque 9. Circuli jus præſentandi habent, quum tamen antiquitus ſolummodo 6. Circuli illud habuerint: (No. 47.) Igitur in multis ſanè in Inſtrum. P. hoc loc. gravaminibus Evangelicorum eſt ſatisfactum, inprimis verò in Comitiis poſtea anno 53. & 54. Proceſſus quoque Cameralis fuit emendatus; & obtinuerunt inſuper, ne Cauſæ à Camera avocentur, ut mox audiemus. Jurisdictioni præterea Cam. omnes perſonæ & cauſæ Statuum ac Subditorum Imperii vel in I. vel in II. Inſtantia ſubjiciuntur, niſi quæ perſonæ ab ea ſint exemptæ, & cauſæ quædam peculiariter exceptæ. Inter illas ſunt Archiduces Auſtriæ, Duces Brabant. Burgund. & Lotharingiæ, Helvetiorum Cantones: (No. 48.) Omnesque Status & Ordines in Camera Imper. non conveniuntur, qui, licet Imperio immediatè ſint ſubjecti, à Cameræ tandem jurisdictione vel Privilegio, vel per conſuetudinem & præſcriptionem legitimam exempti ſunt. Perſonæ etiam ſunt, quæ Cameræ jurisdictioni planè non ſunt ſubjectæ, veluti etiam Clerici; ratio, quia à jurisdictione ſeculari ſunt exempti: (No. 49.) hoc tamen non procedit quoad Principes Archiep. Epiſcopos, Abbatiſſas,

Præ-

Prælatos, Præpoſitos, & Eccleſiaſticos, qui Regalia, Feuda, & alia Privilegia ab Imperatore & Imperio habent, Status ſunt Imperii, & ratione hujusmodi feudorum Imperial. conſiderantur ut Politici, & ejusdem ſunt conditionis, eademque jura ſuperioritatis habent, quæ reliqui Principes, Comites, & alii in ſuis territoriis. (No.50.)

Porrò jurisdictio Cameralis fundatur, & ad eandem cauſæ deferuntur vel per viam ſimplicis querelæ, vel per viam appellationis. O. C. p. 2. t. 1. & t. 31. Regulariter autem cauſæ per illam viam, ſive in prima Inſtantia ad Cameram non pertinent. Gail. 1. obſ. 1. n. 1. ſed vel ad Judices Mediatos, vel Auſtregas, (de quibus mox in ſubſeqq.) vel alios Judices Privilegio conceſſos pertinent, & ad Cameram demum per hanc viam ſc. appellationis devolvuntur: ſunt tamen certi caſus, quibus etiam in prima Inſtantia lites ad Cameram pertinent, idque fit vel ratione perſonarum, vel cauſarum, uti ex Rodingero præprimis, & aliis hæc exequitur Knipſch. d. jurib. &c. C. J. lib. 2. c. 33. n. 68. & 112. cum mult. ſeqq. Attamen in multis reſtrictior eſt jurisdictio Cameræ, quàm Cæſaris, ſicuti pluribus demonſtrat Paurmeiſt. d. jurisd. lib. 2. c. 6. n. 253. & ſeqq.

Quanquam autem jurisdictio Cameræ ſit latiſſima & maxima, non tamen ſub illa om-

U nium

Hanc felicitatem, ut hominum eſt ingenium, cum non pauci obliquo inſpiciant oculo: (O) muneris noſtri eſſet, hîc, quid reponi poſſet, allegare, quod tamen cum jam anteverterit Autor, (P) cui jungatur Bembellona, (Q) hîc nihil præterea addimus. Præter duas itaque has Pontificiam & Lutheranam Religiones, nulla ante Pacificationem Osnabrugenſem in Imperio publicè tolerata fuit Religio, (R) ut nec Calviniana Religio ſub Lutherana tuta fuerit. (S) Noviſſimè demum tamen & ea jura, quæ Pax Religioſa donat, Calvinianis quoque conceſſa ſunt d. hoc artic. nr. 7. quibus tamen non abſolutè, ſed cum obligatione ad præfinitos in d. artic. modos fruuntur.

Coronidis loco, ſi & quid apud Pontificios, quid apud Calvinianos, quid Auguſtanæ Confeſſionis Socios credatur, pauca anneĉterem, non peccarem, utpote quod difficile ſit, unumquemque dignoſcere, niſi ejus nobis propoſuerimus differentiam; verum de omnibus dicere & paginæ nolunt, & labor

eſſet inutilis. Cæterùm cùm ab initio naſcentis Religionis Lutheranæ illa inviſa eſſet, plerisque quid contineret, ignorantibus, utpote quod ejus aſſeclæ confunderentur cum Pelagianis, Manichæis & Anabaptiſtis, (T) ad evitandam hanc calumniam, teſtimonium ſuæ fidei ediderunt, quod Auguſtanam poſteritas vocavit Confeſſionem, de cujusque certitudine & conſtantia vid. Dn. Cancell. Schüz. (U) Cujus & nos mentem, hac vice enarrando ſumma fidei noſtræ capita, ſequemur. Cum ergo Religionis duplex ſit finis, alter Politicus, alter Spiritualis, deque ultimo loco poſito fine, propriè ut agamus neceſſe, quando religionis rationem reddimus, ab eo quoque, utpote quod finis in practicis primò conſiderationem incurrat, faciemus initium. Ille autem eſt futura felicitas, quam in extremo Judicio reſuſcitatis è morte, unitisque rurſum cum anima corporibus, ſperamus omnes, quotquot in vera fide ſumus perſeveraturi, cæteris ad locum æterni cruciatûs conjiciendis A. C. art. 17. Hujus finis ſolummodo capax eſt homo, qui certo reſpectu ad Deum dirigitur, qui eſt Ens omnium perfectiſſimum, nimisque vaſtum, quàm ut ſub rationem noſtram cadat, Unus in Eſſentia, Trinus in Perſonis, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus, non tamen ſe quicquam Dignitate ſuperantibus. A. C. art. 1.

Sum-

Summum hoc Ens omnium eorum, quæ ſunt, Cauſa eſt Ultima, & Unicè colenda, non Sancti, qui quidem honorandi, ſed ita, ne Divinum quid illis tribuamus A. C. art. 21. Ea autem, quæ ſunt, vel corporea ſunt, vel incorporea. Hæc ſunt Angeli, qui ab initio in perfectione creati ſunt, Hiob 1. & 2. poſtea tamen quidam eorum deſciverunt, Joh. 8. ℣. 44. qui finem ſuæ miſeriæ fruſtra ſperant: A. C. art. 17. §. 2. quidam perſtiterunt, qui ita confirmati ſunt, ut amplius labi non valeant, Matth. 18. ℣. 10. Corpora quæ creavit, ſunt homo & omnia alia, quæ exiſtunt ad ſervitium Ejus. Gen. 1. & 2. Pſ. 8. Homo præterea, cum ab initio in perfectione ad imaginem Dei eſſet creatus, Gen. 1. ℣. 20. à ſuo ſtatu pomum comedendo vetitum, deſcivit. Hinc periit Imago Dei, remanente tamen informationis & perfectionis ſubjecto: præterea autem totus homo corruptus eſt, Eph. 2. v. 3. qui non alium, quàm ſibi ſimilem dein procreare potuit, Gen. 5. v. 3. unde peccatum tam actuale, quàm originale, quod verum peccatum eſt, in omnes fuit propagatum; A. C. art. 2. nec tamen ejus rei cauſa Deus, ſed liberum hominis arbitrium. A. C. art. 19. Cùm verò nihilominus Deus, finem, quem ſupra attigimus, hominibus non invideret, ad eos ſuam convertit Gratiam, Eph. 1. v. 5. ſuumq; Filium in hunc mundum miſit, ad expiandum

dum genus humanum. Qui homo factus & incarnatus, duas naturas, tam divinam, quàm humanam adeo arctè univit, ut unus ſint Chriſtus, Θεάνθρωπος, qui inter homines vixit, paſſus, mortuus, & ſepultus, deſcendit ad inferos, aſcendit ad cœlos, ſedet ad dextram Dei omnipotentis, unde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Aug. Conf. art. 3. Media illa ut nobis applicentur, ſola facit contritio cum fide; Aug. C. art. 12. non bona opera, A. C. art. 4. licet ſtatim ſequantur juſtificationem: quæ eſt remiſſio, ſeu non-imputatio peccatorum, ob merita Chriſti facta divinitus, ex miſericordia. Fides verò & contritio generantur per Verbum Dei, in cordibus hominum, A. C. art. 5. quod per operationem Spiritus Sancti cordibus noſtris infuſum, fidem excitat, non liberum arbitrium, quod in Spiritualibus ad bonum nullum eſt. A. C. art. 18. Fides ita ſemel concepta per Sacramenta confirmatur, d. art. 5. quæ duo ſunt, Baptismus, qui omnino eſt neceſſarius, A. C. art. 9. & Euchariſtia, in qua verum Corpus & Sanguinem Jeſu Chriſti, pro nobis crucifixi, in- cum- & ſub pane accipimus. A. C. art. 10. De Sacramentis etiam creditur apud nos, quod non tam ſint ſignum diſcretivum Chriſtianorum ab Ethnicis, quàm teſtimonium divinæ Voluntatis, erga nos, ut fidem confirmemus. Aug. C. art. 13. Teſtimonia autem

hæc

hæc ſeu Sacramenta, ſicuti fidem confirmant, ſic ubi ea ſemel invaluit, tranquillitas ſequitur conſcientiæ; Rom. 5. v. 1. bonaque opera, A. C. artic. 6. quæ tamen non in imaginaria quadam Sanctitate conſiſtent, A. C. art. 20. quàm ad regulam Divinæ Voluntatis ordinata erunt. * Cæterum ex hominibus credentibus componitur Eccleſia, quæ eſt viſibilis & inviſibilis: hæc eſt numerus fidelium; A. Conf. art. 7. illa cœtus hominum docentium & diſcentium Verbum Dei, & utentium Sacramentis, quos ſub Capite Chriſto conjungit aut fides, aut fidei profeſſio; in qua licet multi ſint hypocritæ, etiam prædicantes Verbum Divinum & utentes Sacramentis; nihil tamen mali ab illis nec fideles timebunt. A. C. art. 8. Eos inſuper, quos docentes diximus, nullos eſſe juſſit Deus, nî legitimè ſint vocati: A. C. art. 14. ex quibus conflatus cœtus, quem Eccleſiam vocamus, Magiſtratui Civili ſubjacet. A. C. artic. 15. Hactenus D. Cancell. Schüz. d. tr. Vol. 2. exerc. XIII. th. 5.

Præterea ex Comitiali Decreto, in Imperio Romano-Germanico oritur, quod præter conceſſas religiones, nullatenus alia publicè exercenda; (quinimò Anabaptiſtæ diverſi generis, & Arriani, Sociniani, Weigeliani, Quackeri ſive Tremulantes, aliique ejus fæcis nedum in Imperium tolerari poſſunt; tales enim ne Chriſtiano quidem nomine cenſendi

ſendi ſunt!) eum ad modum, quô conceſſæ exercentur. (W) Aſt, quid de reliquis ulterius ſtatuendum ſit, ambigi poterat; & quod ejus aſſeclæ contra legem quid committant, ne quidem dubitamus amplius, ſi verbis, factoque contravenient, nam rigidiori modo conſcientias hominum inquirere non æquum eſſe putamus. (X) Quam verò pœnam mereantur, (nam ad aſſentiendum cogi nequeunt,) (Y) non eſt in facili. Duriorem ſemper tulere ſententiam Pontificii, recenſiti à Mylero ad Rümel. (Z) & Calviniani non pauci ibidem exhibiti. Nam non modò ſubſtiterunt in irrogatione ſupplicii ultimi, verùm etiam ea denegarunt, quæ Juris ſunt Gentium, imò omnem fidem, omne commercium. (No. 1.) Aut nec illi, qui aliter, quàm publicis LL. cautum eſt, de religione ſentiunt, quatenus tales, pœnam aliquam merentur, cum faciant neceſſariò, quicquid faciunt, ob fidem in intellectu poſitam, nec aliter formatam. (No. 2.) Quatenus tamen aliena de religione perſuaſio inhæret tali ſubjecto, quod membrum eſt Reip. coërcitione aliqua eſt reprimenda & eò graviori, quantò fortiùs jugulum ejus petit. (No. 3.) Qui itaq; levi aliquo errore infecti ſunt, nec adeo rationi imperii repugnante, tolerabuntur potius, quàm ejicientur, aut ad ſupplicium trahentur. (No. 4.) Addendum tamen & hîc

eſt,

eſt, ab iis, quibus ad publicam religionem tranſire animus eſt, omnem amoliendam venire injuriam, interdum etiam ad id monendos, imò, dum rem odioſam tractant, omnem propagandi ſui dogmatis rationem ipſis eſſe præſcindendam. (No. 5.) De reliquis, qui gravius in Remp. delinquunt, pœna ſtatuta eſt non una, & eadem, ſed pro gravitate erroris diverſa, colligenda non tam ex Pontificum decretis, quam Imperatorum Conſtitutionibus. (No.6.) Omnes verò pœnæ cum non in genere ſtatutæ hæreticis, temerè faciunt, qui omnes eodem metiuntur modulo, urunt, ſecantque: (No. 7.) Imò quosdam pœnis onerare ſatagunt, licet nondum hæreſin facere ſint pronunciati, quod omnino neceſſarium notat Mynſingerus. (No.8.) Aliàs in Univerſo licet Imperio plures tolerari receptum ſit religiones, non tamen in territoriis ſuis Status eas tolerare ſimul tenentur, ſed prout illis placuerit, religionem inducunt atque ejiciunt, niſi pactis ſpecialibus deſuper aliud conventum. (No.9.)

De cætero liquet, in Imperio Romano-Germanico Pacem Religioſam, & Inſtrumentum Pacis Cæſareæ Majeſtati pro forma eſſe, vigore cujus indifferens religionis libertas non conceditur, ſed tres illæ ſæpe nominatæ Religiones æquali jure gaudent; quemadmo-

admodum etiam idem Cæſar eſt hujus Pacis Religioſæ Cauſa Efficiens, unà cum Electoribus, Principibus, atque adeo univerſi Romani Imperii Statibus. Materia autem, circa quam verſatur conſtitutio eſt libertas prædictarum Religionum, aliis omnibus ſuperius enumeratis excluſis. Forma verò Pacificationis conſiſtit in libero exercitio religionis, & rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratione, ad quod exercitium tria maximè neceſſaria ſunt: publica doctrinæ profeſſio, diſciplina Eccleſiaſtica, & Miniſteriorum Conſtitutio. (N.10.) Finis denique ſaluberrimæ conſtitutionis eſt publica tranquillitas, ne ex illicitis motibus & turbis bello involvatur Germania, quæ naſci plerumque ſolent, ſi quis alterum aggrediatur, & poſſeſſionibus ſuis exuat. Pacis Religioſæ capita ampliſſimè tr. Blum. d. Proc. Cam. t. 28. per tot. ubi egregiè Inſtrum. P. cum Pace Relig. confert, & multa loca artic. 5. Inſtr. P. illuſtrat. (No.11.)

Sic anno 1570. Rex Gall. cum Calviniſtis pactum iniit, quod dicitur Edictum Januarium: (No.12.) cujus capita potiora recenſet Dn. D. Gockelius: (No.13.) Et fuit hoc Edictum Nanneticum anno 22. & 29. denuo confirmatum. (No. 14.) in quibus Hugenotis amneſtiam, liberam Religionis profeſſionem, & publica exercitia concedit, & quoad Judicia utramque Religionem exæquat. &c

An-

Anno 1638. Rex Hiſpaniæ in Concilio Toletano hanc legem dedit, ut quisquis ſuccedentium temporum Regni ſortiretur apicem, non antea conſcenderet Regiam ſedem quàm inter reliqua conditionum Sacramenta polliceretur: non ſiturum ſe degere in Regno ſuo eum, qui non eſt Catholicus, ſi verò poſtquam ad Regni gubernacula acceſſiſſet, hujus ipſe temerator exiſteret promiſſi, eſſet anathema maronatha in conſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficeretur ignis æterni. (No.15.)

Reges Succiæ itidem Sacramento confirmant, ſeſe Auguſtanam Confeſſionem, excluſa Romanenſium, in ſubditos propagaturos &c. (No.16.) Quo pertinent Ubſalicum Conſilium de anno 1593. Religioſum Statutum Orebroënſe d. an. 1617. ut & Leges an. 1655. à Carolo Guſtavo Rege publicatæ. (No.17.)

In Anglia ex eo, quo eliminato Pontifice Romano, intra Regni ambitum Eccleſia recepta eſt, & ſubditis accenſeri cœperunt diu reluctantes Clerici, tum demum Rex Cuſtos evaſit Utriusqe Tabulæ, nec minus in Eccleſiaſticis, quàm Civilibus Supremus Dominus, (ut ſemper extitit,) ita denuo agnitus eſt, legibusque confirmatus quaſi Regni Pontifex; etiam in Epiſcopis promovendis, Dignitatibus conferendis, jejuniis indicendis, etiam

ceremoniis, ritibus Eccleſiæ præcipiendis (non tamen inconſultis rerum divinarum Myſtis ,) ſacroſanctam poteſtatem exercuit. (No. 18.) Unde Rex Angliæ Carolus anno 60. de die Dominica, Sacra Cœna, Baptismo, Leithurgia, de Epiſcopis & Clericis, atque tunicis lineis albentibus Leges divulgavit , ſec. ſuorum Anteceſſorum morem. (No. 19.)

(a) Conſtit. P. R. §. Doch ſollen alle andere. Cran. d. Pac. R. part. 1. probl. 13. Referens ap. Lehem. de P. R. 3. cap. 21. vot. 9. f. 167. (b) d. conſtit. P. R. 8°. conf. quoque Carpz. de L. R. G. cap. 6. ſect. 4. n. 23. Gothofr. Suevus de P. R. diſput. 3. th. 1. & 2. (c) Frider. I. d. Proceſs. cap. 29. n. 3. Donavvert. Relat. part. 2. f. 109. Rümelin. 3. ad A. B. diſſert. 2. coroll. 2. & 3. Cran. d. probl. 13. Limn. 1. de J. Publ. c. 13. nu. 32. (d) vid. Lehem. d. tr. lib. 5. cap. 1. & ſeqq. (e) Suevus d. tr. diſp. 3. poſit. 4. (f) hoc artic. nr. Thabor. de Regim. in Sacr. ſect. 2. poſit. 8. Balduin. in caſ. Conſc. lib. 2. cap. 6. caſ. 3. (g) Fr. in tr. d. pecc. princ. concl. 3. Müller. in Atheismo devicto. Thabor d. tr. poſit. 9. (h) d. l. 3. c. 30. (i) Pluribus in Hiſt. P. W. lib. 5. p. 636. cum ſq. (k) fuſius d. tr. & libr. p. 638. cum aliq. ſeqq. (l) d. loc. p. 651. & 653. (m) d. ſede. p. 654. & 659. cum aliq. ſeqq. (n) in tr. Rer. Suec. lib. 20. §. 112. & 209. (o) D. Schüz. in Colleg. P. vol. 2. exerc. 14. th. 5. lit. A. (p) Coraſ. ad l. 2. ff. de LL. Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 20. num. 44. (q) Arniſ. d. Rep. lib. 1. cap. 4. ſect. 2. nu. 52. (r) Machiav. lib. 1. d. Rep. cap. 12. (s) Conring.

ring. d. pot. circ. ſacr. th. 85. (t) Idem d. c. th. 82. & Beſold. Synopſ. Pol. lib. 2. cap. 2. n. 9. (u) Ariſt. 5. Pol. 1. Cic. lib. 2. d. nat. deor. & Mæcenas ap. Dion. Caſſ. lib. 52. (vv) lib. 13. d. Rep. cap. 5. nu. 6. & lib. 7. cap. 18. nu. 14. add. Cambd. Annal. Angl. appar. (x) Gebh. de pot. Eccl. §. 7. n. 45. Tholoſ. d. tr. lib. 8. cap. 2. n. 15. (y) Bembellona de Godentiis intempeſt. ſuſcit. part. 2. c. 3. (z) Autor pacis licitæ demonſtratæ part. 3. quæſt. 19. (A) de Cive c. 18. num 14. (B) de auton. lib. 2. c. 24. (C) Grot. d. tr. lib. 2. c. 2. n. 7. Spring. d. pact. relig. c. 1. §. de Appellat. (D) Matth. 16. v. 26. Rom. 3. v. 8. Erneſt. d. Euſeb. in Jud. Theol. ſect. 3. §. 6. (E) Iterum Grot. d. tr. lib. 2. c. 1. n. 3. (F) leg. Tr. noviſſ. Autore anonym. d. pac. in Imperio licit. demonſtrata. (G) 1. Joh. 3. v. 4. (H) Ariſt. 5. Eth. 8. (I) Burch. d. aut. part. 2. c. 19. Scip. Amirat. in Tac. lib. 11. diſc. 3. (K) Conring. de pot. circ. ſacr. n. 4. (L) Keckerm. Pol. ult. Bodin. 1. de Rep. c. 2. Clapm. lib. 4. d. arc. Rerumpl. c. 2. (M) ad L. R. cap. 3. ſect. 5. n. 53. (N) Höpfn. Saxon. Evang. ſect. 1. part. 2. c. 2. (O) Burghard. Dillingenſes, & noviſſimè Erneſt. d. Euſ. Jud. Th. per tot. (P) diſp. 4. d. tr. & vol. 2. th. 18. (Q) in ſuſcitab. part. 2. cap. 12. & aut. pac. lic. antea cit. (R) R. A. de an. 1555. doch ſollen alle andere. (S) R. A. d. anno 1530. §. folgends haben Uns. juncto R. J. d. anno 1566. §. Auff deſs &c. & Ord. Cam. d. an. 1555 part. 1. tit. 3. §. Und inſonderheit. Carpz. ad Conſtit. Relig. §. Doch ſollen. & vol. 2. diſp. 4. th. 12. lit. B. (T) Epiſtola Adriani ad Joh. Frider. Saxonem. to. 3. Concil. pag. 710. Edictum Wormatienſe Car. V.

ceremoniis, ritibus Eccleſiæ præcipiendis (non tamen inconſultis rerum divinarum Myſtis,) ſacroſanctam poteſtatem exercuit. (No. 18.) Unde Rex Angliæ Carolus anno 60. de die Dominica, Sacra Cœna, Baptismo, Leithurgia, de Epiſcopis & Clericis, atque tunicis lineis albentibus Leges divulgavit, ſec. ſuorum Anteceſſorum morem. (No. 19.)

(a) Conſtit. P. R. §. Doch ſollen alle andere. Cran. d. Pac. R. part. 1. probl. 13. Referens ap. Lehem. de P. R. 3. cap. 21. vot. 9. f. 167. (b) d. conſtit. P. R. 8°. conf. quoque Carpz. de L. R. G. cap. 6. ſect. 4. n. 23. Gothofr. Suevus de P. R. diſput. 3. th. 1. & 2. (c) Frider. I. d. Proceſs. cap. 29. n. 3. Donavvert. Relat. part. 2. f. 109. Rümelin. 3. ad A. B. diſſert. 2. coroll. 2. & 3. Cran. d. probl. 13. Limn. 1. de J. Publ. c. 13. nu. 32. (d) vid. Lehem. d. tr. lib. 5. cap. 1. & ſeqq. (e) Suevus d. tr. diſp. 3. poſit. 4. (f) hoc artic. nr. Thabor. de Regim. in Sacr. ſect. 2. poſit. 8. Balduin. in caſ. Conſc. lib. 2. cap. 6. caſ. 3. (g) Fr. in tr. d. pecc. princ. concl. 3. Müller. in Atheismo devicto. Thabor d. tr. poſit. 9. (h) d. l. 3. c. 30. (i) Pluribus in Hiſt. P. W. lib. 5. p. 636. cum ſq. (k) fuſius d. tr. & libr. p. 638. cum aliq. ſeqq. (l) d. loc. p. 651. & 653. (m) d. ſede. p. 654. & 659. cum aliq. ſeqq. (n) in tr. Rer. Suec. lib. 20. §. 112. & 209. (o) D. Schüz. in Colleg. P. vol. 2. exerc. 14. th. 5. lit. A. (p) Coraſ. ad l. 2. ff. de LL. Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 20. num. 44. (q) Arniſ. d. Rep. lib. 1. cap. 4. ſect. 2. nu. 52. (r) Machiav. lib. 1. d. Rep. cap. 12. (s) Conring.

ring. d. pot. circ. ſacr. th. 85. (t) Idem d. c. th. 82. & Beſold. Synopſ. Pol. lib. 2. cap. 2. n. 9. (u) Ariſt. 5. Pol. 1. Cic. lib. 2. d. nat. deor. & Mæcenas ap. Dion. Caſſ. lib. 52. (vv) lib. 13. d. Rep. cap. 5. nu. 6. & lib. 7. cap. 18. nu. 14. add. Cambd. Annal. Angl. appar. (x) Gebh. de pot. Eccl. §. 7. n. 45. Tholoſ. d. tr. lib. 8. cap. 2. n. 15. (y) Bembellona de Godentiis intempeſt. ſuſcit. part. 2. c. 3. (z) Autor pacis licitæ demonſtratæ part. 3. quæſt. 19. (A) de Cive c. 18. num 14. (B) de auton. lib. 2. c. 24. (C) Grot. d. tr. lib. 2. c. 2. n. 7. Spring. d. pact. relig. c. 1. §. de Appellat. (D) Matth. 16. v. 26. Rom. 3. v. 8. Erneſt. d. Euſeb. in Jud. Theol. ſect. 3. §. 6. (E) Iterum Grot. d. tr. lib. 2. c. 1. n. 3. (F) leg. Tr. noviſſ. Autore anonym. d. pac. in Imperio licit. demonſtrata. (G) 1. Joh. 3. v. 4. (H) Ariſt. 5. Eth. 8. nb. (I) Burch. d. aut. part. 2. c. 19. Scip. Amirat. in Tac. lib. 11. diſc. 3. (K) Conring. de pot. circ. ſacr. n. 4. (L) Keckerm. Pol. ult. Bodin. 1. de Rep. c. 2. Clapm. lib. 4. d. arc. Rerumpl. c. 2. (M) ad L. R. cap. 3. ſect. 5. n. 53. (N) Höpfn. Saxon. Evang. ſect. 1. part. 2. c. 2. (O) Burghard. Dillingenſes, & noviſſimè Erneſt. d. Euſ. Jud. Th. per tot. (P) diſp. 4. d. tr. & vol. 2. th. 18. (Q) in ſuſcitab. part. 2. cap. 12. & aut. pac. lic. antea cit. (R) R. A. de an. 1555. doch ſollen alle andere. (S) R. A. d. anno 1530. §. folgends haben Uns. juncto R. J. d. anno 1566. §. Auff deſs &c. & Ord. Cam. d. an. 1555 part. 1. tit. 3. §. Und inſonderheit. Carpz. ad Conſtit. Relig. §. Doch ſollen. & vol. 2. diſp. 4. th. 12. lit. B. (T) Epiſtola Adriani ad Joh. Frider. Saxonem. to. 3. Concil. pag. 710. Edictum Wormatienſe Car. V.

& R. J. d. anno 1524. §. als auch vielged. Unſere &c. (U) d. tr. vol. 2. diſp. 4. th. 12. lit. B. (VV) R. A. d. anno 1555. §. Doch ſollen alle andere. (X) Carpzov. ad L. R. cap. 3. ſect. 5. nu. 20. (Y) Grot. d. l. c. 6. n. 6. Lampad. de R. R. G. part. 1. n. 23. (Z) part. 3. diſſ. 2. coroll. 4. (No. 1.) Concil. Conſtant. Seſſ. 19. (No. 2.) Joh. 4. v. 8. Henel. d. cur. mag. civ. relig. th. 29. (No. 3.) l. 6. C. Theod. de hæret. V. 2. D. 4. T. 12. lit. B. (No. 4.) Carpz. ad L. R. cap. 3. ſect. 5. & Lehem. in RH. lib. 3. cap. 5. (No. 5.) Conring. d. Mag. Civil. aut cir. ſacra n. 106. (No. 6.) Meier. in quæſt. capitali: An Proteſtantes ſint Jure Cæſareo hæretici? pag. 339. (No. 7.) Beſold. conſil. 95. n. 128. (No. 8.) 2. Obſ. 43. (No. 9.) P. O. art. 5. §. 12. verſ. pacta autem. (No. 10.) D. Schüz. adm. prolixè hæc 4. genera cauſ. P. R. exequitur d. tr. Vol. 2. Exerc. 4. th. 11. cum aliq. ſeqq. (No. 11.) D. Schwed. Introd. J. P. part. General. cap. 3. nu. 11. (No. 12.) Caramuel S. R. J. pax licit. p. LXIII. Piaſec. p. 152. & 172. (No. 13.) d. tr. cap. 11. n. 13. (No. 14.) Gramond. lib. 12. pag. 572. & lib. 18. pag. 797. (No. 15.) Lipſ. 4. Pol. 2. ad. 2. 4. 13. (No. 16.) Piaſec. Chron. p. 114. & 117. Reverſal. Reg. Car. Guſtav. nu. 8. (No. 17.) Suecic. Regni Concluſ. §. 2. (No. 18.) Bath. Elench. mot. lib. 1. p. 6. & 21. (No. 19.) Thulden. part. 4. lib. 3. p. 3. p. 420.

De Juribus Electorum, Principum, Comitum, Baronum ac Civitatum Imperii Romano-Germanici.

Articulus VIII.

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Elogium & Hiſtoria hujus Articuli.*
2. *Status & Forma Politica Imperii hoc artic. continetur.*
3. *Generalis Confirmatio jurium & privilegiorum etiam ad ſpecialia extenditur.*
4. *Prærogativa* Jurium *Electoralium.*
5. *Aurea Bulla quare condita? Ejusque delineatio.*
6. *Origo Sereniſſ. Dnn. Electorum controverſa:* Opinio *probabilis D. Schvveder. adducitur; & noſtra exponitur.*
7. Unde *dicantur Electores? Cur olim Septem- & hodie Octo-Viri?*
8. *Quibus æquiparentur, imò præferantur?*
9. *Quare diſtinguantur in Eccleſiaſticos & Seculares? & cur illi duplicem perſonam habeant?*
10. *Contra eosdem gravamen Evangelicorum, remiſſivè.*
11. *Intereſt Imperii formæ hodiernæ, ut* Jura *Electorum præcipua ſerventur.*
12. *Diſparitas* Jurium *Status Politici Imperii inter Principes, Comites, Barones, & Civitates.*

13. *Jura Statuum Imperio communia; hinc Jura in Imperio ſunt univerſa & particularia.*
14. *Prærogativa Jurium Principum Proteſtant.*
15. *Quomodo decreta & LL. in Comitiis fiant?*
16. *Deductio Comitiorum Imperii ſuccincta per 4. genera cauſarum.*
17. *De Origine Regum Romanorum.*
18. *De Cauſa Effic. Electionis R. R. Mater. in qua & circ. quam, Forma, Fine, Sim. Contr.*
19. *De Origine Capitulationum; C. Effic. Objecto; Forma, ubi quoq;, quæ Capita per Capitulat. perpetuam definienda, remiſſivè. &c. &c.*
20. *Banni Vocis Originatio; & definitio; diviſio; C. Eff. vel quis habeat Banni decernendi jus: Mat. in qua; & c. quam; Forma; Effectus; Affinia; Contraria.*
21. *Quare, quando, & quomodo Imperium Germ. in Circulos vel Regiones certas diſpertitum? Eorund. Cauſa Eff. Cauſæ Inſtrumentales: Cauſa Mat. res & perſonæ &c. Forma: Finis conſtituti Circul. multiplex: Simil. Diſſim. & Contraria.*
22. *Notatio & Delineatio Matriculæ; ejusd. origo; occaſio conſcrib. Matric. bellum Huſſiticum; diſtinctio; ſubjectum; objectum; Forma de renovanda & moderanda Matr. & de Matric. Moderatoribus, qui & à quibus conſtituantur? Finis Matr. Effect. & Contraria.*
23. *Materia Collect. ead. methodo ſec. cauſas, varias ſpecies & contraria pertractata.*

24. *Ex-*

24. *Exemptionis deſcriptio; diviſio continens Cauſas & Modos exemptionis; exemptæ Regiones Imperii quæ? & Catalogus eximentium & exemptorum, remiſſ. Quis Judex & quomodo procedendum in cauſis exemptionum? itemque de remediis contra exemptiones.*

25. *De Reformatione Politiæ, cujus vocab. homonymum: ejusdem encom. Ordinationes Politiæ quid denotent? non de earund. omnibus, ſed de quibusdam capitibus heîc agendum: Policey-Sachen an ſint appellabiles?*

26. *Compendium Receſſ. Imp. de ann. 54. quoad emendationem Juſtitiæ, ut ead. omnibus ſec. jus & æquum adminiſtretur, ad rationes ſtatus Germaniæ omnino pertinet. Quæ ad Juſtitiam vividam in genere requirantur?*

27. *Sub tertia Claſſe Statuum Imperii ſunt Civitates Imp. de harum ſyn. & homony. remiſs. quomodo deſcribantur? qua ratione diſtinguantur? Quænam ſcamno Rhenano & Suevico conſideant? Origo eorund. ambigua. Quænam potiſſima Civitatum Imp. jura? an votum deciſivum quoque competat & quare? de earund. Regiminis forma & ſpecialibus quibusdam Privilegiis.*

28. *De Solutione debitorum calamitoſorum, eosdem cum Creditoribus per ſcalam X. prædicamentorum methodicè proponendo.*

§. I. V*T autem proviſum ſit, ne poſthac in Statu Politico controverſiæ ſuboriantur,*

tur, omnes & ſinguli Electores, Principes & Status Imperii Romani in antiquis ſuis juribus, prærogativis, libertate, privilegiis, libero juris territorialis tam in Eccleſiaſticis, quàm Politicis exercitio, ditionibus, Regalibus, horumque omnium poſſeſſione, vigore hujus tranſactionis ita ſtabiliti, firmatique ſunto, ut à nullo unquam, ſub quocunque prætextu, de facto turbari poſſint vel debeant. Conf. Art. 8. §. 1. Inſtr. Gall.

§. 2. *Gaudeant ſine contradictione jure ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii, præſertim, ubi leges ferendæ, vel interpretandæ,* (evolv. d. artic. 5. §. 17. in f.) *bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hoſpitationes militum inſtituendæ, nova munimenta* (vid. Fr. de Jure Fortalitii.) *intra Statuum ditiones extruenda, nomine publico, veterave firmanda præſidiis,* (conf. eund. d. Jure præſidii:) *nec non ubi pax aut fœdera facienda, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum aut quicquam ſimile poſthac unquam fiat vel admittatur, niſi de Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu, cumprimis verò jus faciendi inter ſe & cum exteris fœdera* (conf. Fr. addit. in Limn. lib. IV. cap. 8. & Inſtr. P. Gall. §. ut eò ſincerior. vers. ult.) *pro ſua cujusque conſervatione ac ſecuritate ſingulis ſtatibus perpetuò liberum eſto, ita tamen ne ejusmodi fœdera ſint contra Imperatorem & Imperium, pacemque ejus publicam, vel hanc*

hanc inprimis transactionem, ſiantque ſalvo per omnia juramento, quô quisque Imperatori & Imperio obſtrictus eſt. Conf. d. art. 8. J. G. §. 2.

§. 3. *Habeantur autem Comitia Imperii intra ſex menſes à dato pacificatæ Pacis, poſtea verò, quoties id publica utilitas aut neciſſitas poſtulaverit. In proximis verò Comitiis emendentur inprimis anteriorum Conventuum defectus.* (vid. Fr. ad Limn. lib. 4. cap. d. Comit.) *ac tum quoque de Electione Romanorum Regum, certâ, conſtantique Cæſarea Capitulatione concipiendâ, de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in Bannum Imperii,* (tria hæc negotia ſunt graviſſima, à quibus magnam partem Salus Imperi dependet, de quibus in Comitiis Ratisb. adhuc durantibus diu multumque actum fuit. Vid. Projectum perpetuæ Capitulat. It. renovat. ordinat. Executionis. Fr. l. c.) *præter eum, qui aliàs in Conſtitutionibus Imperii deſcriptus eſt, tenendo, redintegrandis Circulis, renovandâ Matriculâ, reducendis Statibus exemptis, moderatione & remiſſione Imperii collectarum,* (plurimum intereſt Imperii, cauſſam hanc vel tandem expediri; & experientia nuper docuit, quantum impedimenti hæc res attulerit in puncto ſecuritatis publ. Imperii,) *reformatione Politiæ, & Juſtitiæ, taxæ, ſportularum in Judicio Camerali, ordinariis Deputatis ad modum & utilitatem Reip. ritè formandis legitimo munere Directorium* (Directorium non

Magiſterium, ſed Miniſterium eſſe, nonnulli Status publicè dixêre. v. Herden Gr. des R.R. & Fr. Elect. J.P. part. 2. c. 7.) *in Imperii Collegiis & ſimilibus negotiis, quæ hîc expediri nequiverant, ex communi Statuum conſenſu agatur & ſtatuatur.* Conf. d. art. J. G. & ʃʃ. 2.

§. 4. *Tam in univerſalibus verò, quàm particularibus diætis, liberis Imperii Civitatibus non minus quàm cæteris Statibus Imperii competat votum deciſivum:* (v. Fr. add. ad Limn. lib. 9. c. 9. d. Com.) *Iisque rata & intacta maneant Regalia, vectigalia, reditus annui, libertates, privilegia confiſcandi, colle͏ctandi, & inde dependentia aliaque jura ab Imperatore & Imperio legitimè impetrata, vel longo uſu ante hos motus obtenta, poſſeſſa & exercita, cum omnimoda jurisdictione intra muros & in territorio caſſatis, annullatis & in futurum prohibitis iis, quæ per repreſſalias, arreſta, viarum occluſiones, & alios actus præjudiciales, ſive duranto bello quocunque prætextu in contrarium facta & propria authoritate hucusque attentata ſunt, ſive dehinc, nullo præcedente legitimo juris & executionis ordine fieri, attentarive poterunt.*

De cætero omnes laudabiles Conſuetudines & S. Romani Imperii Conſtitutiones, (exinde patet, quod Jus Publ. Imperii duplex ſit, ſcriptum vel non ſcriptum, ſeu conſuetudinarium Fr. d. loc.) *& LL. Fundamentales, impoſterum religiosè ſerventur, ſublatis omnibus, quæ bellico-*

rum

rum temporum injuriâ irrepſerant, confuſionibus. Conf. d. art. & §. 3.

§. 5. *De indagandâ aliquâ ratione & modo æquitati conveniente, qui perſecutiones actionum contra debitores ob bellicas calamitates fortunis lapſos, aut nimio uſurarum curſu aggravatos, moderatè terminari, indeque naſcituris majoribus incommodis, etiam tranquillitati publicæ noxiis obviam iri poſſit; Cæſarea Majeſtas curabit exquiri tam Judicii Aulici, quàm Cameralis vota & conſilia, quæ in futuris Comitiis proponi, & in Conſtitutionem certam redigi poſſint:* (factum id eſſe patet ex R. J. Ratisb. de anno 54. §. Nachdem auch in dem Frieden-Schluſs.) *interea tamen temporis in hujusmodi cauſis ad Judicia cum ſumma Imperii, tum ſingularia Statuum delatis, circumſtantiæ à partibus allegatæ bene ponderentur, ac nemo executionibus immoderatis prægravetur, ſed hæc omnia Holſatiæ Conſtitutione ſalvâ & illæsâ.* Conf. Art. 8. Inſtr. Gall. §. 4.

HUjus Articuli §o primo, ejusque ſui vera obſervatione revera nititur Salus Reip. Germanicæ; illius autem Violatio ſive directè, ſive indirectè fiat, non poteſt non, ut ante bellum tricennale factum, nova gravamina, & ex gravaminibus novam belli civilis flammam excitare. Fr. c. l.

Ecce hîc quoque §o ſecundo Dnn. Elect. Principum ac Statuum Imperii, ſumma jura,

&

& planè Regia, quæque analogam quandam Majeſtatem his competere ſatis arguunt. De illis latè, poſt Knipſch. in ſæpe cit. Tr. de Jurib. &c. C. J. paſſim, tr. Myler. in nunquam non etiam alleg. Tr. d. PP. & Stat. Imp. &c. hinc quoque nobiliſſimum hunc artic. Dn. E. F. von H. in egregio libro, cui tit: Grundv. des H. R. R. doctè & nervosè illuſtravit, quem nos in Membra XIV. præcipua, præmiſsâ tamen Pufendorfianâ hujus rei hiſtoriâ, (a) diſpeſcimus.

In Artic. VIII. circa Statum Imperii ferè conſentiebant, niſi quod Cæſarei verſiculum de præfectis tabellariorum, quem typis impreſsâ ſuâ pacis formulâ probaverant, expungi nunc vellent: qui tamen in præſens retentus fuit, quod Ordinibus expedire videretur hoc modo caveri, evitandis fraudibus circa reſignandas & ſupprimendas epiſtolas. Etſi Cæſarei putarent, id mox ſecutura pace haud metuendum, ac inter indigenas Germanos atque infidos, ac malitioſos homines, quam inter exteras nationes inveniri poſſe. Et rurſus alibi: Idem Articulus d. juribus Statuum itidem in expedito erat, niſi, quod de præfectis tabellariorum ad Moguntinum rejiciebatur, ut cum Ordinibus conveniret; & Moguntini atque Saxonici Erfordiæ immediatam conditionem, quam Sueci aſſertum ibant, abnuerent. Qui ne id quidem

dem ferre volebant, ut hoc loco, ubi tantum de Immediatis ageretur, ejusdem mentio velut oppidi municipalis fieret. Horum impulſu Ordines inter ſe decernebant, id caput delendum, velut huc non ſpectans, additâ tamen declaratione, urbi jura ſua ac privilegia in ſacris & civilibus ſarta tecta fore. Equidem acriter contendebant Sueci, ut ejusdem ſaltem verbis generalibus mentio fieret; nec ſe Moguntini, aut Saxonicæ Domus prætenſionibus quid detractum cupere, ſed, ut urbi caveatur, ne affectum in Suecorum res hoc bello expromptum aliqu. forte luat. Sed nihil proficiebant, nec aliam cautionem pro iſta obtinere poterant, quam per communem clauſulam Articulo de Executione inſertam, quâ in univerſum urbibus præſidio Suecico inſeſſis cavebatur. Circa §. autem tam in univerſalibus verſiculo caſſatis & annullatis in gratiam Ratisbonæ potiſſimum poſt verba, vel longo uſu inſertum, ante hos motus: quod notorium eſſet à Bavaro occaſione hujus belli haud pauca onera iſti urbi impoſita.

Membrum I. Principio hujus §. 1. ſtabiliuntnr & in perpetuum confirmantur Regalia, Privilegia & Jura Territorialia ſingulis Imperii Statibus in ditionibus Imperialibus competentia: quin imò patet ex hoc toto artic. 8vo Status & Forma Politica Reip. Imperii

perii Romano-Germanici, adeò, ut is, qui hunc artic. legit, & tamen adhuc illam in eodem haud agnoſcit, is cerebrum in calcaneo gerere, & peponem loco cordis habere neceſſe ſit, de quo autem, quia nos in noſtra cynoſur. A. & A. Cæſari Auguſtiſſimo conſecrata (b) ſigillatim egimus, ne vano κοκκυσμῷ utamur, vel coccycis more eandem ingeramus cantilenam, quod inibi aliquantò pingui, nos heîc rudi tantum Minervâ in tam ſublimi articulo explanando præſtabimus. Certa verò Reip. Imperii forma in hoc articulo data, uti ſua Cæſari, ſua etiam Statibus per §um primum generali confirmatione, (licet aliàs Jura Electoralia in illa Lege Carolina (c) & omnibus Cæſ. Capitulationibus ſatis ſint confirmata:) ratio, quia ſpecialia generalibus inſunt; ſic quoque eadem Jura ſpeciatim iisdem per §um ſecundum reddita, Juraque Majeſtatis publica Imperatori & Ordinibus ſunt facta communia; ita, ut dimidium illorum Imperator, tanquam Imperii Caput, alteram verò partem Imperii Membra in Statione Reip. ſibi vindicent. (d)

Quod jam ulterius Jura Statuum Imperii in ſpecie attinet, inter illos Eminentiſſimi ac Sereniſſimi Dnn. Electores habent quædam præcipua, loco eximii, præ cæteris Ordinibus, numero plurima, momento graviſſima, qualia Jura ſunt: I. Jus eligendi Imperatorem,

rem, in Aurea Bulla (cujus Exemplar Authenticum literis Monachalibus in membrana exaratum, eique rotundum Imperii Sigillum, & quidem aureum appenſum, in Curia Francofurti ad Mœnum aſſervatum, in qua A. B. condenda cauſa verè impulſiva Car. IV. fuit, ut præſcinderet diſſidium Procerum Germaniæ, qui communiter in Electione novi Imperatoris ac Regis Germaniæ diſſidebant,) (e) ab univerſo Imperio confirmatum.

De Origine laudatiſſimi Septemvirorum Collegii variæ variorum extant opiniones: Alii ad Caroli M. vel Conradi II. vel Frid. I. tempora referunt; Alii ad Gregorium V. vel X. Alii ad Innoc. IV. Alii tacito Conſenſui Dnn. Electorum ortum adſcribunt; Alii ſunt alterius opinionis. Communis tamen illa Ottonis III. temporibus eandem adſcribens ſententia quidem refutatur, & probalis opinio hæc exponitur: (f) Dnn. Electorum Conſtitutionem Seculo XIII. poſt tempora Frid. II. cœpiſſe. Sed nos exiſtimamus (g) inde ortam iſtam incertitudinem, quod res diverſas, Nominationem, Electionem, Conſenſum non rectè disjunxerint quidam Germanicæ Hiſtoriæ Scriptores. Nominationem quandam Principum reliquorum præceſſiſſe Electionem ſolennem Dnn. Electorum, & demum aſſenſum aliorum Principum acceſſiſſe ad Dnn. Electorum electionem, diu ante Frid. II. tempora, veriſſimum & certiſſimum nobis

vide-

videtur. Unde orta eſt confuſio Hiſtoriarum illius temporis, quorum aliqui nominationem vel conſenſum, vel utrumque, nominationem, electionem & conſenſum, una generali voce electionem vocarunt. Quod cum faciunt, Electionem latiori illo ſenſu acceptam omnibus tribuunt, cum ipſe ſtrictè dictæ & ſolennis electionis actus, ad præcipuos nonnullos inter reliquos Principes, (quibus & munera Archi-Cancellariorum, Pincernæ, Dapiferi, Mareſchalli, Camerarii, antiquiſſimis temporibus, & diu ante Frid. II. tempora competiiſſe, nemo Antiquitatis paulò peritior dubitare poteſt:) qui & Electores dicebantur, pertineret. Rem, ita ſe habere, primò ex Abbatis Stadenſis verbis illis conjecimus, quæ in Chronico leguntur: Ex prætaxatione Principum & conſenſu eligunt Imperatorem, Trevirenſis, Moguntinus & Colonienſis: adjicit deinceps ſeculares quatuor. Prætaxare verò idem eſt, ex ipſa vi vocis, & iis, quæ præcedunt ac ſequuntur, quàm nominare, teſte etiam Voſſio lib. 4. d. vitiis ſerm. c. 17. p. 753. nec non Melch. Goldaſto atteſt. in Replica pro Imperio cap. 38. in f. Welbertus Conr. III. Imp. Capellanus, cum de Electione Lotharii agit, hoc diſertè ·tr. Initio in magna Curia collecti erant omnes, qui ibi fuerunt Seculares ac Spirituales Principes, quorum plerique nudè & ſimpliciter no-

nominabant, quem optabant per alios eligi, & tamen ipſi non eligebant, quia non habebant voces ſuffragiorum realium; & paulò poſt: Pauci autem ſpirituales & temporales Primates eximiantes Perſonam Lotharii & bellicoſa facta, & merita erga Chriſti ſervos & univerſam Eccleſiam, eum votivè elegerunt. Alii Principes, qui nulla dabant ſuffragia, libenter eum amplexati ſunt ſuo favore & habuerunt pro Rege. Nec minus expeditus eſt, Amandi, Frid. I. Imperat. Secretarii locus: anno MCLII. multi Illuſtres Heroës ex &c. in V. FFt. plurimo numero PP. convenientes differunt per ſuos Internuntios ad 6. aut 8. Principes officiatos Regni reſidentes in arcano loco Curiæ Regalis. Nos & tota patria teſt. nullum aptiorem eſſe Regno regendo quàm Fridericum de Waiblinga & Stauffa &c. Quem &c. In hunc ſi veſtris vocibus, ô Officiati, conſentitis, firmum robur habebit ſui Imperii: cum ex ſecreto Conclavi prodirent Officiati, judicantes ipſos unanimiter Frid. in Regem ſervatis de jure ſervandis, elegiſſe &c. Sic Speculum Saxonicum part. 3. art. 57. duplicis Electionis mentionem facit, quod vid. Atque hæc Electio ſtrictè dicta illa eſſe videtur, quam Petrus de Vineis Cancellarius Frid. II. ſolennem appellat Epiſt. 2. Nec aliud velle videtur Otto Friſing. Epiſc. d. geſtis Frid. lib. 2. c. 1. ubi

expreſsè Primatibus inter Principes conſultationem tribuit, omnibus autem petitionem vel nominationem, quod nobis ſynonymum eſt: cunctorum demum favore illum perveniſſe ad Imperium perhibet, quod aliorum quidem favorem nominatione, aliorum electione ſenſiſſet. Nec valde mirum eſt, ſed conſuetudini iſtorum temporum conveniens, ut jus nominandi ſæpè aliis, aliis jus eligendi ad officia competeret, quod & hodie in beneficiis ſæpiſſimè uſu venire nemo facilè ignorat. Oſtendunt iſta evidenter, autoritate Scriptorum idoneorum, fuiſſe eligendi jus jam ætate Frid. I. quin imò & Lotharii, ac adeo diu ante Frid. II. tempora, penes Electores, eo tamen diſcrimine, à moribus hodiernis & temporibus, quæ exceperunt Frid. II. ut quæ poſterioribus neceſſaria eſſe deſiit, Principum Prætaxatio vel Nominatio, acceſſerit.

Dicuntur Electores à Poteſtate eligendi Caput Imperii, qua ex conſuetudine A. B. firmata gaudent: à numero ſeptenario, quo Collegium eorum, velut Myſtico, olim conſtitit, diu Septemvirorum nomen geſſere; hodie vero Electoratu octavo, publicæ tranquillitatis cauſa, inſtituto, ea ratione, Octo-Viri appellantur. (h)

Secundum Jus Electorum præcipuum eſt, quod Regibus æquiparentur, imò in Actibus

Cu-

Curiam Imperialem ſpectantibus anteferantur, (extra Curiam tamen Imperialem iis cedunt:) & cæteris quoque Imperii Principibus præferantur, eorundemque Legati in Aula Cæſaris Regum, ſed non liberarum Rerump. Legatis cedant. (i)

Diſtinguuntur ratione Status in III. Eccleſiaſticos, & V. Seculares: rationes hujus diſtinctionis variæ redduntur. (k) Eccleſiaſtici duplicem perſonam habent, unam Eccleſiaſticam à Capitularibus per Electionem; (l) Pontifice per Archiepiſcopalis pallii transmiſſionem & confirmationem: atque tandem Capitulo per Archiepiſcopalem conſecrationem: alteram Secularem ab Imperatore per traditionem regalium inveſtiti accipiunt. Contra Electores Evangelicorum Procerum gravamen multa recenſet A. Hiſtoriæ P. Weſtphal. (m)

Præterea Jus Elector. III. eſt, ut in illos Crimen Læſæ Majeſtatis committatur: (n) ratio, quia corporis Cæſaris Pars ſunt, ejusq; & Imperii Summi Officiales, (o) Sec. nota Officia Imperii auguſta, quibus præter-& ante Electionis Jura Sereniſſimi Septem-Viri honorati fuerunt. Sicut & pariter ad dignitatis Electoralis Eminentiam referunt, quod ab Imperatore communiter Nepotes Electores Eccleſiaſtici (p) ſalutentur, & ab Eodem Secularibus Nomen Cognatorum communiter

niter tribuatur, quarum appellationum duæ à Cluten. Heig. & Limnæo rationes redditæ, (q) nudæ ac meræ ſunt conjecturæ. Proin ex noviſſimis Juris Publ. Dd. A. Limnæ. enucl. inquit: multa ſanè de Stylo Curiæ Imperialis obtinent, quorum ratio (ſc. adaquata) non poteſt reddi, adeoque etiam hîc forſitan hac formula utendum: Non liquet. Et Bœcler. in titulo Nepotum ſcr. plerique fateri coguntur ignorantiam, ſed potius queri de defectu hiſtoriæ, niſi, quod ad honorem excogitatum videtur, ut ſingulari & diverſo ab áliis titulo appellitarentur. IV. Suffragia Dnn. Octo - Electorum tantidem ſunt, quanti in univerſo Imperii Senatu fere dimidia Ordinum pars valere poteſt. (s) V.tum jus eſt, quod ſinguli Dnn. Electores habeant jus præſentandi Aſſeſſorem Cameræ, quod ipſum ſeorſim nemo Principum habet, ſed ſolùm nomine totius Circuli idem competit. (t) VI. Dnn. Electores ſoli, Rege Bohemiæ excepto, hactenus electo Imperatori Capitulationem præſcripſerunt. VII. Ipſi ſoli cum Cæſare prandent & cœnant in publico, in ſua quisque menſa, pompatico paratu, inſtructuque, & eadem exactitate, quia Confratres & dignitate æquales, cum cæteri Principes-Viri menſæ occumbant, aut adſtantes ſpectent. VIII. In curia Cæſaris & coram ipſo Cæſare habent ſuos Baldachinos ſive Ura-

Uraniſcos, aut menſæ penſile cœlum. IX. Ipſorum primarii Legati coram Imperatore caput tegunt: dein eorundem Legati etiam in actu proceſſionis ad propoſitionem Cæſaream equis vehi poſſunt. X. In renovatione feudorum & laudemio per A. B. à ſolutione honorarii ſunt immunes. Ex eadem XI. Electoratus tam Eccleſiaſtici, quàm Seculares integri & indeciſi manent. XII. Gerunt ipſi ſoli officia realem Reip. Gubernationem ſpectantia v. g. ArchiCancellariatûs, Vicariatûs Imperii. XIII. In nonnullis negotiis Imperator citra Dnn. Electorum conſenſum nihil ritè & validè diſponere valet, quamvis ſine reliquis Statibus ea expedire queat. XIV. Jus nova vectigalium privilegia impertiendi vel etiam vetera extendendi cum eorum conſenſu. XV. Gaudent Privilegiis de non appellando ſimpliciter & indeterminatè. XVI. In Summis Imperii negotiis vel cum Cæſare vel inter ſe præconſultandi facultatem habent. XVII. Dnn. Electores quoque ſemper totale, formale, ſolenne, indiviſum, impermixtum, legale & perpetuum, per ſe ſubſiſtens, proprium & ſingulare corpus atque Collegium tam in Conventibus Imp. quàm omni reliquo tempore extra Comitia, & ad omnia negotia expedienda habent. (u) Huic innexum eſt pactum XIIX. Unionis ſive fœdus, quod Electorum appellatur, eſtque vel univerſale,

 omnium

omnium Dnn. Electorum, Bohemo excepto, Francofurti anno 1446. primò initum, in cujus capita quisque, quamprimum Regimen Electoratus aggreſſus, Vicino Co-Electori jurat; (vv) vel particulare IV. Dnn. Electorum Rhenenſium Veſaliæ ad Rhenum anno 1519. tempore InterRegni inſtitutum. (x) XIX. Jus itidem habent Comitia Electoralia vel ordinaria, vel extraordinaria, itemque vel Cæſaris monitu, vel motu proprio inſtituendi. (y) Et denique XX. Jus Elector. præcipuum eſt, quod Comitia non indicentur, niſi de conſenſu Dnn. Electorum: (z) & ſi quæ fortè ſunt alia Jura Elector. præcipua & Privilegia quæ hodie ſunt renovata. (aa)

Et licet forſan nonnulli ægrè ferant hanc Jurium Dnn. Electoribus competentium prærogativam, tamen utilitas Reip. hodiernæ omninò exigit, ut æqualitas (bb) inter Ordines ſancita juxta proportionem Geometricam, inviolabiliter ſervetur. Huc maximè refer. D. Joh. Leonh. Sauter Actes & Memoires des Negotiations de la Paix de Nimegue, ubi (cc) tr. von eigentlichem Verſtand dieſes 8ten im Osnabr. und Münſt. Frieden-ſcluſs enthaltenen Articuln, bevorab desjenigen, vvelcher der ſämptlichen Churfürſten Recht und ſonderbare hohe Præeminentien angehet. &c.

Si verò nunc conſideramus Jura reliquorum

rum Dnn. Principum & Comitum, magna etiam apparet Diſparitas, quam inprimis inde videre licet, quia Principes Imp. pro ſe quisque ſeorſim voti jus uſurpavit in Comitiis; ex adverſo Comites omnes ratione Collegiorum ſuorum, nempe Wetteravici, Suevici, Franconici & Weſtphalici 4. tantum Vota exercent, adeoque ſunt inferioris Auctoritatis, quàm Principes. Quod attinet Civitates Imp. Illæ tantum ratione 2. ſcamnorum duplicis Voti jus habent. (dd)

Jura Imperii Dnn. Electorum, Principum & Statuum communia, vel ratione poſſeſſionis territorii, vel absque ejus reſpectu ipſis competentia præcipua ſunt; Votum & Seſſionem habere in Comitiis univerſalibus, uti hîc §. 2. Poteſtas ferendi LL. ſc. particulares in ſuis territoriis. v. Inſtr. P. l. c. Hinc jurium in Imperio duplex eſt ratio, ita, ut alia ſint communia, quæ in Imperio, ut una Respublica eſt, conſiderato, vigent; alia particularia, quæ in iſtis peculiaribus Rebusp. peculiariter introducta, vel vi ſuperioritatis territorialis conſtituta: (ee) Diſpenſandi etiam poteſtas, adeoq; jus aggratiandi, modò pœna ipſo Jure Divino non ſit ſtatuta, conceſſa eſt. (ff) Conceſſionem veniæ ætatis impertiri: (gg) itemque inter perſonas cognatione vel affinitate gradibus, non Jure Divino, ſed Canonico prohibitis, junctas

matrimonia permittere. (hh) Nundinas minus ſolennes quoque Principes Imperii concedunt. (ii) Inter eminentia Principum & Statuum Proteſtantium Jura, ſimiliter etiam Jus Sacrorum, quod vulgò Epiſcopale vocant, (kk) & vi juris territorialis ante Pacem Relig. competiit, tribus illis Conſtitutionibus ſuper Pac. Relig. nim. Transact. Paſſavienſ. de anno 1552. Pac. Rel. ſtrictè dicta, quæ habetur in R. I. de anno 1555. §. 14. usque ad 33. confirmatum, & demum per Inſtrum. P. articulo quinto ulterius declaratum fuit. Competit porro Principibus & Statibus Imperii Jus conducendi. (ll) Jurisdictio tam Secularis, quam Eccleſiaſtica: (mm) Jus belli, pacis ac fœderum; poteſtas circa monetam; Jus tributorum ratione Superioritatis Territorialis; Jus Auſtregarum; jus Judæos recipiendi; jus auri, argenti, cupri, ferri, ſalis fodinarum, & aliorum mineralium; jus percipiendi commoda ex mari & fluminibus publicis; jus viarum publicarum; jus vectigalium; jus venandi, piſcandi, aucupii; jus Foreſt. ſive Sylvarum; jus apprehendendi bona vacantia, itemq; quæ auferentur ut indignis; theſauri inventio; jus molendinorum; jus legitimandi ſpurios & reſtituendæ famæ quoad ſuum territorium; jus petendi decimas emigrationis; jus angarias & parangarias & ripatica exigendi; jus ponendi fortalitia; jus confiſcandi; &c. (nn)

Mem-

Membrum II. tr. de Juribus Majeſtatis Imperio toti, i. e. Imperatori, Electoribus, Principibus, & Statibus reliquis in perpetuum aſſertis: primò vel expreſsè hoc §o 2do ſancitur, quod in negotiis Imperii ſine deliberatione, ſuffragio & conſenſu Statuum, in Comitiis univerſalibus congregatorum nihil fieri debeat; in illis enim Status Imperii nudis conſulendi terminis notoriè non ſubſiſtunt, (uti nec ipſe Imperator, dum de Imperii negotiis conſulit,) ſed inſuper liberam ſuffragandi facultatem habent, & tandem cum Imperatoris ſuffragio ſua ſuffragia per majora unientes de rebus Imperii, hactenus in tribus Imperii Conſiliis ſive Curiis in deliberationem adductis, decernunt, & Receſsus Imperii condunt. Unde aſſeritur hîc ſecundò toti Imperio jus ferendarum & interpretandarum LL. quod nim. Leges Univerſales poſitivæ in Imperio non ferantur, niſi accedente ſuffragio Imperii Statuum. Quare Receſſus Imperii ſunt communes Imperii, h. e. & Imperatoris & Statuum Conſtitutiones, ad Imperii negotia ſpectantes, variis in Comitiis ſancitæ. (oo) Tertiò in bello univerſali decernendo Impp. ab antiquo Statuum conſenſum adhibuiſſe probat Limnæus ad Capitulat. Car. V. idemque promiſerunt juratò omnes, quotquot ab eo tempore electi Imperatores. (pp) Ratio, ut ita quisque in regione ſua ſe

inſtruat, quò adverſus violentiam improviſam tutus ſit, & aliis ſubſidio eſſe poſſit. (qq) Quartò. Et quia pars juris belli ſunt, delectus ſive hoſpitationes militares; ideo hîc porro diſpoſitum, quod & delectus & hoſpitationes militum cum conſenſu Statuum ſint inſtituendæ, ut proinde ſummè interſit Reip. redire ad priſtinos mores, & pro milite mercenario uti delecto, ad exemplum majorum: (rr) ratio, quia vix aliàs fieri poteſt, ut libertas publica ſalva ſit à civilibus invaſoribus ob defectum pecuniæ, ſine cujus immani copia miles mercenarius conduci & haberi nequit. Si verò in propriam ſui, ac Subditorum ſuorum in provinciis hæreditariis defenſionem milites conſcribat, Statuum omnium Imperii conſenſu haud opus habet. (ss) In colligendo autem milite ex Imperatoris conceſſione, (tt) ab exteris Principibus in Imperio, Conſtitutiones Imperii obſervandæ ſunt. (uu) Quintò. Sicut ante Inſtrum. P. jus indicendorum tributorum ad Imperii Comitia pertinuit; (vv vv) ſic idem jus hîc in Inſtr. P. ſec. antiquam Imperii Praxin & Capitulationes Impp. quoties neceſſitas exactionem poſtulat, toti Imperio aſſeritur. (xx) Modus collectandi olim in Imperio fuit duplex, alter ſec. expeditionem Romanam, alter ſec. communem denarium: hic exolevit ab an. 1548. (yy) ille quidem à tempore Car. V. expiravit;

mo-

modus tamen collectandi ob faciliorem ac promptiorem exactionem poſteriore remanſit. (zz) Solvuntur Collectæ à Statibus in den Läg-Städten, Nürnberg, Augſpurg, Franckfurt, Leipzig, & initio quidem easdem juxta taxam Expeditionis Romanæ indictas (AA) ex Cameræ ſuæ proventibus ſolverunt; (BB) aſt ipſis poſtea conceſſa eſt poteſtas (non tantum inhabilitatem & nimia onera, ſed etiam, ne hæc ſoli exſolvendo ſuos adeo imminuerent reditûs, ut poſtea egere neceſſe haberent:) ſubditos ſuos ſubcollectandi, quatenus quemlibet ſua ab Imperio aſſignata portio tangit. (DD) Sextò. Ubi nova munimenta nomine Imperii intra Statuum ditiones extruenda, aut vetera præſidiis militaribus firmanda ſunt, id prævio Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu fieri debet. (EE) Statibus tamen licet munimenta in ſuis territoriis communi gentium & territoriali jure extruere, atque ut id fiat, libertatis Germanicæ intereſt, & obſervantia Imperii hoc ipſum docet, quò facilius ſe ac ſua ab incurſione hoſtili defendere atque tueri poſſint; caveant tamen ne inde Imperio damnum emergat, ne ad æmulationem vicinorum, aut contra eorum privilegia jus fortalitii ita exerceatur: quodſi enim factum fuerit, per Mandatum ſine Clauſ. demolitio injungitur. (FF) Septimò. Jure fœderum

rum pangendorum in Imperio, (quod ipſum hoc §. 2. diſertè confirmatum legitur,) antiquo libertatis favore & titulo, etiam Electores, Principes & cæteri Imperii Ordines gaudent, ita, ut ipſi non ſaltem inter ſe, ſed cum exteris quoque, pro conſervanda pace publ. ac ſua cujusque conſervatione & ſecuritate, fœdera particularia licitè inire queant, modò non cedant in Imperii detrimentum ac damnum, & Imperator cum Imperio in iis excipiatur. Quamvis autem in fœderibus Statuum Imperii auctoritas, conſenſus & confirmatio Imperatoris non ſit neceſſaria, haud perperam tamen agent Principes, qui cauſas, ſcopum & finem in fœderibus per ſe licitis, ad Imperatorem referunt, ut omnis ſiniſtra ſuſpicio evitetur. (GG) Conditiones, ſub quibus fœdera contrahi ſolent, interdum æquales, quandoque inæquales conſtituuntur, quarum reſpectu fœdera vel æqualia, vel inæqualia; perpetua vel temporaria; defenſiva in ſpecie ſic dicta vel defenſiva & offenſiva ſimul. (HH)

Membrum III. de Comitiis Imperii in genere, corundem frequentia & defectibus emendandis: qua de materia egi in tr. de Cynoſ. A. & A. (II) ſub Imperio Corpori humano comparato: eandemque omnium optimè tr. Dn. E. F. von H. ut & Spreng. in Luc. & Ellychniis Imperii, itemque D. Gokelius

kelius in Tr. de R. Europ. per 4. genera cauſarum, videlicet Etymol. & Synon. à coëundo vel comeundo: & alio nomine dicuntur diætæ, (uti §. 4. h. artic. 8.) Conventus publici, Panegyres. Cauſa Effic. Summus Princeps uniuscujusque Regni ex. gr. in Imperio Imperator Rom. In Gallia Conceſſio Comitiorum Regis eſt, petita concedens, ſi è Rep. eſſe videbuntur. In Anglia Dynaſtis ſeu Paribus per Reſcripta ipſis viritim diſtributa, & Regia Manu ſubſcripta, indicantur futura Comitia, quibus præcipiuntur adeſſe. Cauſa Impulſiva interna eſt amor paternus, inſtigans Regem, ut vigilantibus oculis impendentia mala à populo, patrioque Regno averruncet, ex princ. R. I. de anno 54. Externa vel publica utilitas vel concedens Statuum Supplicatio, vel hoſtilis vis ex artic. h. 8. §. 3. R. I. de anno 1541. §. darzu haben vvir. Kayſ. Maj. Leopold Convocations-Schreiben d. anno 62. ſub fin. Cauſæ Inſtrumentales: Literæ Convocatoriæ e. gr. de anno 52. & 62. ſub materia delib. certo loco & die emiſſæ. Materia in qua vel Perſonæ Principales, vel Mandatariæ v. c. Caput Imperii; quod ſequitur reliquum Corpus, quod conſtat Collegio Electorali, Principum & Civitatum, vid. ſubſcr. Receſſ. Ratisb. d. an. 54. Sic in Gallia ad materiam in qua referendi ſunt tres Regni Ordines, Clerus, Nobiles & Populus,

ex

ex Grammond. Hiſt. Gall. lib. 1. p. 58. & lib. 2. p. 158. In Regno Daniæ & Succiæ ſunt Senatores & Status, ſc. Comites, Barones, Epiſcopi, Equeſtris Ordo, Nobilitas, Clerici, Officiales militiæ, Cives & Ruſtici, vid. Prooem. des Schvved. Reichs-Schl. In Anglia Epiſcopi, Proceres, puta Duces, Marchiones, Comites & Barones; ut & Equites & Burgenſes ex Bath. in Elench. Mot. p. 11. Materia circa quam ſunt omnes res, quæ in deliberationem veniunt, ſic anno 62. in Imperio R. G. materiæ tractandæ erant: nova emergentia & remiſſa ad dicta Comitia. Locus genericus in Imperio R. G. ſpecificus apud Germanos fixus nullus eſt. In Succia Holmiæ Comitia habentur. Materia analogica eſt genus Comitiorum, nim. eſſe Jus Majeſtaticum. Forma eſt vel Lex Regni, vel Conſuetudo à Statibus introducta, vid. Capitul. Leop. anno 59. artic. 17. Forma loci eſt Magiſtratus Civicus, ejusve decreta. Finis ultimus & univerſaliſſimus eſt Salus Publ. & ut concluſis ritè obedientia præſtetur ex R. I. d. anno 1559. §. 38. Ex præmiſſis cauſis definitio Comitiorum eruenda: quam excipit diviſio, ut apud Romanos in Calata, Centuriata & Curiata; ſic hodie in ordin. qualia olim in Germania fuere annua: vel extraordinaria, ita hodie in Imperio R. G. totiens Comitia habentur, quotiens publica neceſſitas id impe-

imperat h. artic. & §. 3. In Gallia Comitia ſunt vel generalia ex Clero, Nobilitate & Populo: vel Notabilium ex præcipuis Cleri, Parlamenti & Nobilium ex Gram. H. G. lib. 1. p. 57. & lib. 3. p. 181. Comitia itidem ſunt vel togata, qualia in Imperio R. G. habentur: vel paludata ſc. in quibus Status militari manu ſtipati conveniunt, qualia Polonis ſunt frequentia. Potiora propria in Imperio R. G. ſunt habitatio & tabulæ ſuſpenſio, Seſſio, Propoſitio, Votum, Re-& Correlatio Capitis & Membrorum &c. Abſentia Statuum, luxus ſumptuum Comitialium, lentæ conſultationes, controverſia de præcedentiis, intermiſſione Comitiorum, quæ etiam gravamen peperit Proteſtantium Politicum ſec. H. Pac. W. lib. 3. p. 299. &c. Sed, ne ex ſcriptis ſcripta plura conficiantur, Lector Beniv. ad præallegata Volumina remitto, & me converto ad

Membrum IV. de Electione Romanorum Regis, qui Imperio vacante eligitur, ſolumque in eo de ordinario eligendi caſu agitur; idque ex mente A. B. (KK) cujus verba: quotiescunque & quandocunque &c. haud laxiore interpretatione ad alios caſus trahenda, ſed ex aliis locis (LL) in hunc ſenſum: quoties & quando inpoſterum Imperium vacabit, & ſic caſus electionis Regis Rom. ex neceſſitate emerget &c. explicanda. Electio enim,

enim, quæ nonnunquam in ſolatium Imperia (&, ne Succeſſor, ad evitandum rarò felix InterRegnum, in incerto ſit, atque ut ſic pravæ aliorum ſpes, monente Tacito 3. Ann. 56. cohibeantur, cum aliis Regnis, cumprimis verò Electitiis, nimia eligendi libertas, propter partium ſtudia, notante Conringio ad Lampad. part. 3. cap. 2. §. 13. ſummè ſit noxia.) ex juſta cauſâ, vivente adhuc Imperatore ſuſcipi ſolet, extraordinaria eſt. Vix quidem eſt, ut ſententia hæc ex A. B. probari queat, ut eam probare nititur Arumæus, Rümelinus, Carpz. & Bechmannus, (MM) animadvertente Limnæo. (NN) Interim tamen vera eſt; quamvis enim de hoc nil expreſsè in A. B. diſpoſitum reperiatur, eaque de caſu mortis Imperatoris loqui videatur; attamen Imperatori & Electoribus in neceſſitatis caſu diſpenſandi jus quis denegabit? Et cum A. B. in ſalutem, incolumitatem & perpetuitatem Imperii ſancita ſit, quis eam in detrimentum Imperii interpretabitur? Accedit hiſce Conſuetudo inveterata, qua obtinuit, ut in neceſſitatis caſu, vivente Imperatore, Rex Rom. eligi poſſit. Sic Carolus M. vivus conſtituit Filium Lud. Pium, hic Lothar. hic Lud. II. Henr. Auceps Fil. Otton. M. & hic Ott. II. vivi Succeſſores declararunt. Idem obſervatum circa Henr. III. IV. V. Frid. I. vivo in Cæſarem electus Henr. VI. & hoc

vivo

vivo Frid. II. ſimiliter Frid. II. Fil. Conradus electus. Ex eo tempore rarius hoc contigit. Poſt Frid. III. Max. I. Frid. Ferd. I. Car. V. cujus rationes pro eligendo Rege Rom. easque improbantes Electores annot Sleidanus. (OO) Ferd. etiam fecit inaugurari Fil. Maxim. II. & hic Rud. ſimiliter Ferd. II. vivo electus & coronatus Ferd. III. & hoc vivo Ferd. IV. Quin & ipſe Car. IV. Conditor A. B. Auream Bull. ita interpretatus eſt: dum ſe vivo adhuc Filium ſuum Wenceslaum Reg. R. creari ſollicitè nimis curavit. (PP) Ut autem viventi Succeſſor deſtinetur, cautum primùm fuit Capitul. Imp. Matthiæ, & repetitum hoc in Capitulat. Ferd. II. It. Ferd. III. (QQ) Cæterum de Electione Rom. Reg. in Comitiis univerſalibus communi Statuum Conſenſu agi & ſtatui debere cautum eſt hoc §. nr. hincque jam & reliqui Status ſibi jus cognoſcendi de cauſis Rom. Regis eligendi vindicant. De qua tamen re graviſſima, quando & quibus de cauſis eligi debeat Rex Rom. inter Sereniſſ. Dnn. Electores & Principes nondum convenit, easque non-nemo ad arcana Imperii retulit. (RR)

Præterea Materiale Subjecti in Electione Rom. Regis eſt ipſa ſacratiſſima Regum Perſona, quæ cujusque Regni gubernacula temperat, vel vacante Imperio, aut abſente, vel impedito Imperatore, Imperium regit ac mode-

deratur. Hodie in Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Slavonia & Servia eſt Divus Leopoldus Imperator, & Rex in Gallia Ludovicus XIV. In Hiſpania Carolus. In Anglia Jacobus II. In Suecia Carolus XII. In Dania Chriſtianus V. &c. &c. Aliàs Rex Roman. legitimè electus 1. perpetuus eſt Imperii Vicarius. 2. Vacante Imperio Imperatoris Succeſſor. 3. Caput Imperii Vicarium vel Secundarium, Majeſtatem habens. 4. Abſente vel impedito Imperatore Jura Imperialia exercet, non Cæſaris tantum ſed etiam ſuo Nomine. 5. Ei etiam licet Nobilium Dignitatum Titulos conferre; Academias confirmare, in Bannum reos declarare. Poteſtatem autem hanc atque aliam nec unquam, nec aliter exercet, niſi tunc, quando & quomodo illi ab Imperatore permiſſa. (SS)

Materiale objecti verſatur vel circa perſonas, vel circa res, quæ ſunt vel corporeæ, vel incorporeæ, præcipua videlicet jura Majeſtatica &c. Adjunctus locus, in quo Reges Sedem & domicilium figere dicuntur, eſt in ipſo Regno vel Imperio: Sic Impp. Romano-Germ. cum Succeſſoribus Regum Rom. juratò promittunt, ſe Cæſaream Reſidentiam & Curiam in S. Romano Imperio Nationis Germanicæ, niſi rerum Status interdum aliter requireret, omnibus Membris & Statibus

ac

ac Subditis in bonum publ. & honorem velle tenere. (TT) Sic Sueci ea conditione & lege anno 50. Carolo Guſtavo Palatino Regni Borealis Diadema promiſerunt, ut inter alia Regius Princeps perpetuò in Suecia ſit habitaturus, etiamſi illi alibi locorum, & extra Sueciæ Regnum, Provinciæ & Dominia fuerint delata. (UU) Sic Hiſpaniarum Rex Madriti, quæ Mantua Carpentanorum à multis dicitur, & ita in ipſa Caſtilia reſidet. Rex Galliarum Lutetiæ, omnium orbis Chriſtiani urbium Principis ſe præſentem exhibet, & ita in ipſa Gallia. Rex Daniæ Hafniæ, Capitis Selandiæ Inſulæ, & ita in Dania habitat. Rex Angliæ Londini Britanniæ Imperii Sedis, inter præcipua Chriſtiani Orbis Emporia numerandi, & ita in ipſa Anglia commoratur.

Forma ſpecifica quidem eſt uniuscujusq; Regis, Regnique Lex Fundamentalis: aſt Electionis Reg. Rom. ſpecialia potiſſimum ſunt ſequentia: Si Rex Rom. electus Imperatoris forte Filius, Deputatus Electoralis Collegii Dn. Parenti denunciat Dn. Filii Dignitatem: inde ille in Conclavi comparens Dnn. Electoribus 10. Gratias refert, pro iſto in Familiam ſuam affectu, ſuamque pollicetur operam & opem tum in informando ad Gubernationem arduam Filio, tum in ferendo, ubicunque res poſtulaverit, auxilio; dein Filium quoq; de grato erga Dnn. Electores animo

admonet. Poſt actas ita gratias Porta Conclavis à Mareſchallo reſeratur, exeuntibus Dnn. Electoribus & Rege Electo, qui, dicto jam in Sacriſtia ſuper Capitulationis Punctis Sacramento, ad Summam Aram deductus, ſuper eam à Dnn. Electoribus elevatur, machinis, campaniſque & tubis ac tympanis interim ſonantibus & applaudentibus. Sic elevato Dn. El. Brandenburgicus Coronam detrahit, à Dn. El. Palatino reponendam. Rege de Altari levato, Vicarii Menſam accedentes recipiunt Inſignia Dnn. Electoribus, ſi adſunt, tradentes, abſentibus autem illis ſibi ſervantes, & competenti ordine Regem in ſolium deducunt, ſingulis ſedes & ſolita Latera tenentibus. Hinc unus ex Capitularibus Moguntinis, & ordinariè quidem Præpoſitus, omnibus electum denunciat, quem poſtea in Regem Roman. Auguſtæ 31. Maji anno 53. Ferd. III. Filio Ferd. IV. Mem. Glorioſiſſ. (WW)

Finis Electionis eſt partim, ut abſente forte Imperatore ſit, qui vices ejus obeat, Imperium moderando; partim verò, ut hoc in certo habeat Succeſſorem, ne quicquam turbulenti ex ambigua pòſt Electione vel Interregno metuendum habeat. Equidem confuſionibus, vacante Imperio Remp. turbare ſolitis, ſaluberrima illa Car. IV. A. B. duorum Imperii Vicariorum Confirmatio obices

quo-

quodammodo poſuit, attamen, ubi bellum externum vel Civile imminet, aut Resp. vicinæ bellis ardent, ſicque major ſpe metus eſt, quidni tempus ſit cavendi? Aliàs notatu digniſſima ſunt auguſta Verba Sacratiſſimi Imperatoris Leopoldi, fatentis, ſe Imperatoriam Dignitatem propter Dei gloriam in ſeſe recepiſſe. Itemque alibi: Primùm quod velimus, durante tempore Regiæ Dignitatis, Officii & Regiminis noſtri, Chriſtianitatem, Sedem Romanam & Pontificiam Sanctitatem, ut & Dilectos Nobis Cognatos, Tres videl. Electores, Saxonem, Inſtrumento P. Brandeburgicum, & Palatinum unà cum Religioſa Pace, & Eccleſia Chriſtiana, tanquam ejus Advocatus, ex æquo & bono fideliter tueri atque defendere. Idemque iterum: Volumus & debemus A. B. Relig. Pac. Receſs. Imp. Inſtrum. P. Capitulat. & in fúturum emanaturos Receſſus Imperii inviolabiles, ſartos & tectos obſervare, defendere, neminemque lædere, neque permittere, ut contra Receſſus Imp. de anno 1555. Executionis ordinationem directè vel indirectè peccetur. Tandem: Suſcepimus Imperatorium nomen & Imperii tutelam propter publicam utilitatem atque ſalutem. (XX)

Sequuntur ſimilia: Comparantur verò Regibus Reſpublicæ, quæ Regna quondam à Regibus poſſeſſa, ſuæ ſubjecerunt jurisdictioni &

poteſtati, atque in Capitular. Imperatoriis dicuntur Gecrönte Resp. quales ſunt: Venetiæ; Genua, & Batavia. Civitates item Immediatæ & Mediatæ, ut & Univerſitates aliæ quatenus Regio comparantur Moderamini, quamvis rerum ſumma careant. Status quoque Imperii Romano-Germ. puta Dnn. Electores, Principes & Comites, nec non Principes Italiæ Regibus æquiparantur, idemque in proprio territorio poſſunt, quod Imperator in Imperio. Denique Vice-Reges Regibus comparantur, quia Regia fere Poteſtate ſunt muniti; Sic Hiſpaniarum Rex, Vicarios & Vice-Reges, Neapoli, Mediolani, &c. multos habet. Belgium Confœderatum in Oriente & Occidente ſuos habet Gubernatores. Sic conveniunt Rex Rom. & Imperator ratione dignitatis, ſalva tamen huic prærogativâ. Et hinc etiam vocatur Rex Rom. Caput Imperii poſt Imperatorem, (YY) & in Literis Car. V. ad Commiſſarios ſuos Auguſtam ad Comitia anni 1555. deſtinatos datis d. 9. Jun. ejusd. anni, ibi: Seine Liebden, als einen Römiſchen König, und nach Uns im Heil. Reich das oberſte Haupt handlen und ſchlieſſen laſſen. Quo autem ſenſu? evolvatur Limnæus. (ZZ) Sed omne ſimile eſt etiam diſſimile. Nam in Monarchia unus eſt Rex; in Rebusp. verò ſive dici mereantur coronatæ, vel non coronatæ, ſive ſint Ariſtocraticæ, ſive Democraticæ,

Opti-

Optimates vel populus jura Regni adminiſtrant, atque Remp. gubernant: Civitates aliæ ſive ſimilitudinem Ariſtocratiæ, ſive Democratiæ referunt, planè carent Majeſtaticis Juribus: Status Imperii, ita, aliæque PP. partim ſoli, partim plures, ſed non Reges, Provincias, Civitatesque proprias habent. (No.1.) Cæteroquin Rex Rom. vivo Imperatore in futurum ejus Succeſſorem electus, (nam ille, qui in caſu jam vacantis Imperii eligitur, mox in Cæſarem promovendus, etiam ſæpius quidem hoc nomine Regis Rom. in A. B. tit. 1. venit, ſed à Cæſare ſive Imperatore ipſo, non niſi Nomine ſive Nominis ſono fere differt,) (No.2.) & Imperator differunt 1. Inſignibus: 2. Titulis: 3. Poteſtate. (No.3.)

Inter Contraria Elect. R.R. dinumerari poteſt diſſenſus Dnn. Electorum, PP. & Statuum Imp. qui non raro fomes eſt, & cauſa infinitarum calamitatum. Itemque Legati ab iisdem fines Mandati negligentes, malè mandato munere funguntur. Similiter, ſi ex PP. externis Reges adſciſcuntur, iisdemque peregr. faſces traduntur contra ſanctionem, præſertim Rom. Imperii. Ideo etiam Galli Imperium ad exteros non deferunt, ac ne ad fœminas quidem: (No.4.) ſimiliter Inter Regna, quæ plena periculorum. Dein ſunt, qui etiam hodie exiſtimant, non eſſe è re Imperii,

 ut,

tur, vivo adhuc Imperatore, Succeſſor deſignetur, idque eo obtentu, quod videatur libertati Principum & Electorum minus bene conſuli: neque vulgares homines trad. ne ſub prætextu hujuscemodi Electionis Impp. Succeſſionem hæreditariam affectent. (No.5.) Defectum porro A. B. in cæteris eſſe, quod de Electione Reg. R. extraordinaria parum aut nihil diſponat, quamvis controvertant Interpretes. (N.6.) Quare inſignem paſſa mutationem tum in aliis uſu vel lege mutatis, tum maximè in ſeptenario Collegii Electoralis Numero, hactenus veluti ſacro, ſed per Inſtrum. P. artic. 4. aucto Architheſaurariatûs acceſſione; unde quibusdam conſultum videtur, ſi nova A. B. conficeretur. (No.7.) Et tandem hanc Electionem extraordin. Reg. R. coactam, ſicut ordinariam liberam Aſterius, qui nomine Germanici Tilemanni Stellæ exuto, imitari voluit Aſterium illum, cujus meminit Hiſtoria Eccleſ. (No.8.) æquè enim impio & nefario calamo impudentiſſimis mendaciis in ipſam S. Cæſ. Maj. & Electores Sereniſſ. maximè injurius, Imp. Ferd. III. Glorioſiſſ. Mem. Electionem t. t. cenſuræ iniquiſſimæ ſubjicere volens, Examen Comitior. Ratisb. in lucem emiſit, quo Electionem eam, tanq. illegitimam incuſare & oppugnare conatus fuit, Pſeudopolitica disquiſitione oſtenſurus, neque Conventum Electoralem ritè

eſſe

eſſe inſtitutum, neque Regis R. deſignationem legitimè factam, quem veritatis amore refutavit D. Cancell. Schüz. (No.9.)

Membrum V. de perpetua Capitulatione condenda. Hæc ſive Lex, ſive Conſuetudo Germaniæ, quo tempore primum inceperit, & quemadmodum conjecturæ ſunt non unius generis, antiquiſſimam verò eſſe, nemini eſt dubium, quandoquidem tot numerare jam per longa tempora licet Impp. qui omnes hoc Germaniæ Jus Regium Exemplo ſuo comprobarunt. Crediderim ſanè, Impp. priſcos Romano-Germ. qui adhuc ſolutiùs imperitaverunt, ac propè ad Monarchiam acceſſerunt, primùm liberè magis, ut nim. tantò majorem de ſe facerent ſpem & confidentiam, Ordinibus promiſiſſe, quod velint juſtè ac moderatè ſuo defungi munere; poſtmodùm verò hoc idem pedetentim, cum & Ordines majoris inciperent eſſe auctoritatis, eaque res per tot Impp. Exempla continuaretur, demum in jus tranſiſſe. Quicquid ſit, illud omnino conſtat, non certam aliquam ſeſe obligandi formulam publicè extare, ſed ſolitos fuiſſe Status Imperii, quoties novus Cæſar eligendus eſſet, novam quoque deſiderare Capitulationem; ex qua adeo re contigit, ut habeantur diverſorum Impp. diverſæ Capitulationes, ac quamvis ſequiora tempora, in formandis Capitulationibus, plerumq;

aliorum exempla inſpexerunt, tamen pro re nata, ſæpenumero varia fuerunt ſuperaddita; ita, ut quò recentior quæque eſt Capitulatio, eò etiam plura ac ſtrictiora videatur habere Capitula. Quia ergo Jura Statuum, quantum ſc. illi de Rep. participent, inter alia maximè ex Capitulationibus Cæſareis, vagis ac uno Schemate perpetuo conceptis debuerunt eluceſcere, hinc evenit, ut fere nullâ publicâ ac certâ Lege comprehenderetur, ſed debuit tota illa res, modò ex uſu diverſorum temporum incerto, ac Electoralibus, aliisve Comitialibus actis variè obſervari. Propter quam cauſam deſideratum eſt quandoque huic rei conveniens adhibere remedium, ſicut fecit ſuo tempore Sigismundus Imp. in Comitiis Francofurt. anno 1427. ſed ea res ad plenum effectum non fuit perducta, ſed ſingulis fere eligendorum Impp. vicibus, enatæ ſunt ſingulæ ac diverſæ Capitulationes. Quapropter, cum multa Juris Publ. capita in Inſtrumento P. partim tractata, partim ad tractandum fuerint propoſita, inter alia etiam placuit, fieri perpetuam aliquam Legem Imperatoriam ſive Capitulationem. (No. 10.)

Aliàs Cauſa Effic. Capitulationis eſt populus, vel vice populi Status, Ordines vel Proceres uniuscujusque Regni: maximè verò penes eos, quorum in manu eſt eligere, quem

ve-

velint, jus eſt & poteſtas, electum quibus velint conſtringere Legibus, hocque per ſesquiſeculum teſtatur Dnn. Electorum Ordo Germanicus. Cauſa Mat. ſive Objectum, cui præſcribitur Capitulatio eſt Rex, qui vel purè, vel in eventum & conditionaliter in Regem adſumitur. Sic anno 58. purè Electo Leopoldo I. Imperatori Sacratiſſimo Romano-Germanico Capitulatio data eſt. Similiter electus conditionaliter Ferd. IV. anno 53. in Capitulationem juratò conſenſit. Succi pariter anno 50. Carolo Guſtavo Palatino in eventum deſignato Succiæ Regi, Legibus prius Regni conſcriptis, Summam Imperii tradiderunt. Cauſa Mat. analoga eſt Capitulationis genus, nim. pactum publicum. Forma Capitulationis eſt mens & conſenſus articulorum, vel articuli de certis juribus obſervandis conſignati: Id. D. Textor Capitulationi perpetuæ ſequentia capita eſſe inſerenda putat: (No. 11.) 1. Imperium Romano-Germ. eſſe ac permanere mixtum, & conſtare ex Cæſare, tanquam Capite, & Ordinibus, veluti Membris, ſic ut cuncta publica ab iis dependeant. 2. Cæſarem eligi per Collegium Electorale, & Natione Germanum, omninò tamen liberè & absque reſtrictione ad unam, vel plures Familias. 3. Cæſarem fieri præcisè per Electionem, non verò per Pontificis Coronationem. 4. Ex parte

parte Ordinum in Capitulat. exprimendum, quod ſimul ſumpti medietatem Reip. ſibi vindicent, ſi non omnibus ſaltem reſpectu Comitialium negotiorum, adeoque in publicis Imperii juribus &c. Plura ap. eund. quò me remiſſum volo. Varius Capitulationum finis eſt, nim. ut Rex ad earum obſervantiam obligetur, abuſus abſolutæ poteſtatis limitetur, temperetur que, vetus Imperii forma retineatur, & populus aliqualiter naturalem libertatem habeat; quò enim magis conditiones præſcribuntur, eò magis etiam populi libertas amplificatur: ut verò libertas bona ſit, opus eſt, ut moderata ſit. (No.12.) Ratio diverſitatis inter populorum variorum varias Capitulationes eſt, uniuscujusque populi idioſyncraſia & diſſona inter ſe invicem ingenia, in quibus cognoſcendis maximè Principis prudentia emicat: nam aliter Gallum hominem, aliter Germanum cohibere notoriè oportet. Sic quoque Gallorum & Hiſpanorum diſpar temperamentum Gramondus his delineavit verbis: Arrogantia, inquit, ab Hiſpanis vincimur, Galli urbana natio: innata Hiſpanis parſimonia eſt, aurum argento & ſerico intertextum veſtimentis raro apud illos in uſu; quo Gallis cedunt in luxum diffuſis ſeu ſpectes veſtes, ſeu habendo molliter corpori curam: moroſa Hiſpanis conſilia & tarda; aſt firmiora noſtris. Galli magnanimi,

mi, alacres, in prima conamina fortes domandis hoſtibus, expugnandis arcibus validi, invicta, niſi quod mutabilis gens. Aſſuetudine laborum nihil Hiſpanis ſupra vires, indefeſſi laborant, & ſi laſſantur fortius figunt pedem. Gallis propera, lenta Hiſpanis virtus, hinc bella apud illos cunctatione tractantur, nob. prælia & feſtinati caſus placent. Imus properi quid juſſi, aſt regreſſus perſæpe injuſſus & præceps. Nob. vita ingenua, libera, compta, facilis; illis cynica, obſcura, rudis & ſuperba. Hiſpani ſua tantum mirantur; Gallis æqua ſunt judicia, &, ut quisque metuit, laudant. (No.13.) Quoad contraria, vitioſa eſt argumentatio à Capitulatione unius Regni ad alterius Regni Capitulationem: dein ſubſannatio Capitulationum: contraventio promiſſorum: ſuppreſſio libertatis: abrogatio & caſſatio Capitulationum: (No.14.) Itemque otioſa illa quæſtio, cum aliis: An Capitulatio deroget Majeſtati Imperatoriæ? (No.15.) nedum de Capitulatione perpetua, & à quibus formanda, Evangelicorum eam in rem gravamine atque poſtulato. (No.16.)

Membrum VI. de Banni fulmine ſive Excommunicatione Imperiali. Banni vox eſt obſcura, ignotæque originis; (No.17.) idem tamen notat ſec. Cujac. (No. 18.) ac Edictum, unde Heribannum: alii ſed remotè de-

du-

ducunt à Banderia vel Banner ſive vexillo: (No. 19.) barbarum eſt vocabulum, Latinis Interdictum vel Proſcriptio dicitur: Germ. Acht, vel etiam Bann, hinc verbannen, quamvis illud magis h. loc. uſurpetur. (N. 20.) Definitur autem à Gailio d. ſede, quod ſit judicialis cenſura, quâ violatoribus pacis publ. aqua & igni interdicitur, ita, ut á nemine in clientel:m, fidem aut amicitiam recipi; ab omnibus verò tam in perſona, quàm rebus impunè offendi poſſint. Diſtinguitur 1. in bannum delicti & conventionis, eine vvilkührliche Acht; (No. 21.) hoc tamen non rejicit Id. Gail. (No. 22.) 2. In bannum violatæ pacis & contumaciæ. (No. 23.) 3. In bannum generale, ſive Imperii, & ſpeciale, ſive territorii, Land-Acht und Under-Acht. Vetus eſt diſtinctio in Acht- und Ober-Acht; illud primum decretum Imperiale, quo alicui ſub pœna banni injungitur, ut Mandato Imperiali pareat; hoc ſecundum vel reiteratum dicitur decretum, quo contumax in antè oſtenſam pœnam ipſo jure & facto incidiſſe denuò declaratur. (No. 24.)

Banni autêm hujus decernendi jus competit Imperatori, (Eoque abſente Regi Romanorum,) ac Cameræ Imperiali in omnes Imperii Subditos tam Seculares, quam Eccleſiaſticos, qui ratione dignitatis, Regalium & Feudorum Imperialium immediatè Cæſari & Im-

Imperio ſubjecti, vel pacem publ. turbant, vel adverſus Imperium contumaces ſunt, ita, ut concurrant, adeoque præventioni locus ſit. (No.25.) Requiritur verò ideo Collegialis etiam Electorum Conſenſus, ut Banni declaratio rectè procedat. (No. 26.) Et Principes inſimul in Monitis ad d. Capitulat. Comitialem Conſenſum itidem neceſſarium putant; olim enim Impp. non niſi Principum ſuffragiis adhibitis id auſi ſunt: &, quia ex ſuprema jurisdictione oritur Banni irrogatio ſive proſcriptio: imò à minore ad majus, ſc. ſi Statuum requiritur Conſenſus in minoris præjudicii negotiis, quidni in hoc majoris periculi & damni actu ille quoque neceſſarius cenſendus erit? ratio rationis, cum magni momenti ſit proſcriptio Statuum, in quo nim. totius Imperii Intereſſe verſetur; bellum etenim ſapit, ſi executionem ſpectamus: ſapit quoque imminutionem Imperii, quia numerus Statuum minor fit. Unde etiam, quod totum Imperium tangit, à toto quoque Imperio meritò approbari debet. (No.27.)

Materia in qua & circa quam ſunt cauſæ ſive delicta, ob quæ bannum Imp. decernitur, conſiſtentia vel in committendo, vel in omittendo: Committendo peccat, qui aliquid agit contra Conſtitutiones Imperii, ut qui Statum Imperii, aliumve Aug. Conf. vel Romano-Catholicæ Religionis, propter eam

ipſam

ipſam religionem de facto, vi & armis turbat & perſequitur: (No.28.) qui quacunque de cauſa, vel ſub quocunq; prætextu aliquem armis oppugnat, ſpoliat, obſidet, de poſſeſſione dejicit: (No.29.) qui alio quocunque modo aliud delictum, quo totius Imperii ſalus publica impeditur aut violatur, committit, & contra Conſtitutionem de P.P. aliquid tentat, minatur, conatur, ita tamen ut in actum aliquem externum conatus prorumpat. dd. txx. Omittendo peccant, qui Imperii Conſtitutiones in uno vel pluribus articulis neglexerunt, illis non paruerunt, ſed in parendo ſe negligentes præbuerunt, aut moram fecerunt: (No.30.) qui collectas, tributa vel pecuniam Imperio debitam exſolvere recuſant, vel in iis exſolvendis dolosè moram nectunt: (NO.31.) qui Cameralibus Citationibus, Mandatis, Sententiis non obtemperant; hac tamen obſervata differentia, quod tale bannum in Imperiali Camera adverſus Secul. ſub dio, adverſus Eccleſiaſticos in ipſo Conſiſtorio, Judice ſedente, evibretur. (NO.32.)

Forma ſententiæ Banni hæc fere eſſe ſolet: Nachdem Beklagte aus Urſachen dem Landfr. zuvvider gehandelt, derhalben denunciren und erklären vvir dieſelbe, als offenbare Aechter in der Kayſ. Maj. und des H. Reichs Acht, ſetzen die aus dem Frieden in den Unfrieden, und erlauben ihr Leib, Haab und Gü-

Güther dem Klägern und jedermänniglich v. R. vv. (NO. 33.) Cæterum Sententiam Declaratoriam præcedere debet legitimus proceſſus, & ordo Juris, etiam in delicto notorio obſervandus, (No. 34.) cujus partes ſunt 1. Citatio: (NO. 35.) 2. Litis Conteſtatio; 3. Cauſæ Cognitio: (NO. 36.) 4. Sententia, (NO. 37.) in cujus publicatione peculiares notandæ ſunt ſolennitates: (No. 38.) & 5. Executio. In notoriis quoque Proceſſum, ſed Summarium, cujus formam & typum exhibet Schvvamannus. (NO. 39.) De Modo procedendi in Cauſa Banni cavetur etiam hoc §o. 3. Inſtr. P. art. 8. quam Conſtitutionem adhuc expectamus, præprimis, quum monitum fuerit à Statibus, ut declaratio Banni inpoſterum fiat in Comitiis Univerſalibus, Conſenſu omnium Statuum. (NO. 40.)

Effectus Banni varii ſunt: 1. Bannitus cujusque invaſioni exponitur: (NO. 41.) Seynd derovvegen die Banniti ſo frey, als der Vogel in der Lufft. (NO. 42.) Hinc oritur quæſtio, Quid ſub hac permiſſione invadendi licitum ſit, an bannitum impunè liceat interficere? Communiter ita ſentire ſolent, unde vocant bannitum Vogelfrey. (NO. 43.) Alii tamen mitius & forſan melius ſtatuunt, tantum ſingulis dari licentiam injiciendi manus & capiendi bannitum Magiſtratui ad pœnam tradendum; quamvis, ſi à Magiſtratu privatis

occiſio ejus permiſſa ſit, impunè exequi poſſunt. (NO.44.) Sed hodie Bannum maximè contra Superiores iſto rigoroſo effectu pœnæ raró exerceri ſolent, ſurrogata pœna pecuniaria. (NO.45.) Imò adeo exoſi ſunt banniti, ut etiam ipſorum receptatores ead. cum ipſis pœna teneantur, & in bañum incidant; (NO. 46.) niſi ſint eorum parentes aut liberi, conjuges, conſanguinei &c. vel ſpecialiter Privilegiati, ut Archiduces Auſtriæ, Duces Würtemberg. Comites de Leiningen, & Aquisgranenſes, Ulmenſes, &c. (NO. 47.) 2. in bannum declaratus Sacris interdicitur: 3. infamis redditur: 4. feuda ac bona ſuâ, omniaque jura ante- & poſt Bannum quæſita amittit: 5. In Banno ultra annum & diem perſiſtentes Cenſurâ etiam Eccleſiaſticâ notantur. Durat verò Bannum irrogatum tamdiu, donec per Sententiam Abſolutoriam ad banniti ſupplex petitum ritè iterum relaxetur, & bannitus in eum ſtatum, quem ante Bañum habebat, ab eo, à quo bannitus eſt, reſtituatur, quæ reſtitutio fit vel per modum Gratiæ, vel Juſtitiæ. (No.48.)

Maximam cum Banno habet affinitatem Excommunicatio, quæ eſt pœna Eccleſiaſtica, privans Communione fidelium, eſtque vel major, vel minor. (No. 49.) Modus autem puniendi procul dubio manavit ab inſtituto Romanorum, qui facinoroſis ſolebant aqua

aqua & igni interdicere, & aucto Imperio eosdem deportare in Inſulam, quod deinceps mutatum eſt, attritis & diminutis viribus ejusd. Imperii, ut neceſſariò redeundum fuerit ad proſcriptionem ſive excommunicationem Imperialem, quam hodie Bannum appellamus. (NO.50.) Terribilior, præ cæteris, eſt illa Banni proclamatio, quæ olim uſitata an dem Kampffgericht des LG. zu Francken, ubi ita inter cætera: Wir erlauben dich männigl. auff allen Straſſen deinen Leib und dein Fleiſch den Thieren in den Wäldern, den Vögeln in den Lüfften, und den Fiſchen in den Waſſern, und vveiſen dich die 4. Straſſen der Welt in des Teuffels &c. (No. 51.) Locum contrar. ſuſtinere poterit error Speidelii dum omnium Statuum Votum in Cauſa Bañi non requiri contendit, quod aliàs raró aut nunquam ſententia Banni ad effectum deduci poſſet: injuriam inſuper tacitè Imperii Statibus inurit, quaſi illi aut publicam ſalutem hoc caſu ſusque-deque habere, & affectibus plus nimio indulgere velint, quæ præſumtio utique in tam Illuſtribus perſonis minimè locum invenit, (NO.52.) vid. tamen Capitul. Leop. art. 28.

Membrum VII. de Redintegrandis Circulis. Ut Regna & Imperia ab omni ævo apud omnes fere gentes, commodioris adminiſtrationis cauſa, in certas Provincias, Circu-

los & Diſtrictus diſtribui conſuevit Reinkingius; (N. 53.) Et terram benedictam Ipſe Jehova in 3. Circulos diſtribui juſſit; (NO. 54.) Imò Gallia olim in 3. partes diviſa fuit, teſte Julio Cæſare; (NO. 55.) Ita S. Imperium noſtrum in certos quosdam Circulos vel Regiones diviſum videmus. Idque omnium 1. à Maximil. I. in Ordinatione Regimenti Auguſtana. (NO. 56.) Ratio, nam Cauſa Effic. Circulorum & inſtituendorum & augendorum Sacratiſſima Imperatoria Maj. omniumque Statuum conſenſus. Et quidem primitus Imperium à præfato Imp. Statuum adſenſu in 6. Circulos diviſum fuit, Franc. ſc. Bavar. Suev. Rhenan. Weſtphal. & Saxonicum. (NO. 57.) Poſtea illis, neceſſitate publ. urgente, acceſſere duo, Auſtriacus & Burgundicus, atque ita 8. facti ſunt Circuli, quibus jus eſſet, Cameræ Adſeſſores præſentare. Denique adhuc duo additi, Elector. Rhenanus & Superior Saxonicus, ſicque Provinciæ Germaniæ in X. Partes ſive Circulos diſtributæ: (NO. 58.) Hinc noſtrum Imperium univerſo orbe veteri Romano longè anguſtius dividitur, quia hoc Conſtantinus M. in 4. Partes ſive Diœceſes diviſit, videl. Ital. Gall. Illyricum & Orientem; his omnibus IV. quoque Rectores impoſuit, Præfectos-Prætorio dictos. (No. 59.) Aliàs quodlibet Circuli Membrum duplicem habet conſiderationem; vel

enim

enim bona, vel perſonas ejus reſpicimus: illa abſque omni dubio à Cæſareæ poteſtatis plenitudine vel in Ducatum, vel in Comitatum, vel in Civitatem eriguntur liberam: Quoad Perſonas ſunt vel Eccleſiaſticæ, vel Seculares &c. Cauſæ Inſtrumentales Circulares ſunt Legati Secretarius, Collector, Adminiſtrator pecuniæ ad Suſtentationem Cameræ Spirenſ. Crayſs-Wardein, Pedelli &c. Legatus eſt vel Capitis, ut Cæſar. Commiſſarius, vel Membrorum, & mittunt Conſiliarios atque Præfectos: vel Extraneorum Legati, & ſinguli cum Mandato ſpeciali, ſubnexa Clauſula ſubſtituendi &c. (No. 60.) Ad Cauſam Mat. referuntur res & perſonæ: eæque vel ſunt continens, collectivè ſumta tota regio Circuli hujus vel illius; vel contentum, ut Epiſcopatus, Ducatus, Prælaturæ, Comitatus, Civitates & Caſtra, eorumque Poſſeſſores: Suntque vel in Circulo, vel de Circulo. Cuique Circulo competit in regione ſua ejusd. defenſio, tranquillitas Statuum & P.P. ſervanda, executio juſtitiæ, ſententiæ ac mandatorum Imperialium, cura annonæ, & probandæ vel reprobandæ monetæ, contributio, ejusque moderatio, inquiſitio de vectigalibus, & ad redintegrationem Matriculæ Imperii, præſentatio Aſſeſſorum Cameræ, quæ quomodo cum Circul. expediatur, pluraque negotia in diætis Circularibus tractari ſolita,

 expo-

exponit D. Gockelius. (NO. 61.) Breviter, Cauſæ, de quibus in Conventibus Circulorum conſultatur, certo adhibito Moderamine, ferè eædem ſunt, quæ in generalibus Imperii Comitiis deliberari ſolent. Quod formam & Ordinationem inſtitutorum Circulorum attinet, cernitur illa in jure Circulorum: quod vel 1. ad Statum Membrorum; vel 2. ad regimen; vel 3. ad vires, opesque eorum pertinet. (No.62.) Ad Politiam quippe Circuli pertinet diſtributio officiorum & functionum, quæ partim pacem, partim bellum reſpicit: Hinc Circulus habet unum vel duos Directores, Eccleſiaſt. & Secularem; nec non Ducem ſive Præfectum, cui adjunguntur alii Status ejusd. Circuli, Principes, Comites, &c. (No.63.) Ad formam etiam refero Ordinat. LL. vel Statuta Circularia, Receſſus, Ordin. in Conventibus, Ærarium &c. &c. Sed Car. V. qui Status cuique Circulo ſubſint, determinavit, (No. 64.) hocque ordine: 1. Auſtriacum, 2. Burg. 3. Elector. Rhenanum, 4. Sax. Superiorem; 5. Francicum, 6. Bavaricum, 7. Suevicum, 8. Rhenanum Superior. 9. VVeſtphal. 10. Saxonicum Infer. ibique Nomina Statuum ſub ſingulis Circulis comprehenſorum legimus. Varia ac differens eſt collocatio, ſi ordo Scripturæ ſpectetur, (No.65.) ut vix etiam liqueat, quo quisque ponendus ordine, exortæ inter eos de præceden-

dentia controverſiæ, propter variam illam obſervantiam; variantque quoque Receſſus & Acta Imperii in membrorum iis incluſorum enumeratione. (No.66.)

Cæterum habuit ac habet etiamnum hodie partitio illa in Circulos Imperii utilitates, quarum I. olim conſiſtebat in conſtituendis Aſſeſſoribus Regimenti; quo ſublato, in præſentandis Aſſeſſoribus Cameræ hodie eadem conſpicitur utilitas. (No.67.) II. Utilitas in collig. & moderandis Imp. collectis conſiſtit. (No.68.) III. Utilitas, ut eſſet unde Senatus Imperii, qui ſumma auctoritate jus dicebat, suppleretur. (No.69.) IV. Deprehenditur in Jure Conventus & Senatus Circularis, ut, præter Pacem publ. LLum Imperii, latarumque ſententiarum executionem ac collectorum moderationem, etiam monetæ & vectigalibus proſpiciatur. (No.70.) V. Verſatur in eo, ut militia Imperii, collectio copiarum & apparatus bellicus tam ad internam, quàm ad externam vim propellandam eo melius ad ſubita bella diſponi & ordinari poſſit. (N.71.) VI. Ad Comitia Imperii univerſalia pertinet, ut προβυλία in iis inſtituatur rerum in Comitiis generalibus tractandarum. (No.72.) VII. In eo conſiſtere videtur, ſi quid circulariter in Comitiis deliberandum veniat. (No.73.) VIII. In inquiſitione conſiſtit ad perfectionem matriculæ faciente. (No.74.) IX. Ut eſ-

eſſent denique communia conſilia, quibus crebræ de finibus & juribus inter Status exortæ controverſiæ finirentur, referente Thuano. (No.75.) Præterea ſimilia & diſſimilia ſunt: Circulus & Imperium. Itemque Comitia Circuli particularia & univerſalia. Ad Contrar. referenda Exemptio alicujus Membri Circularis totalis ſive partialis, gravamina Eccleſiaſtica & Politica, privatum commodum, non convocari ad Comitia Circularia, nec comparere in iisdem, Lis ſeſſionis, nimia æſtimatio bonorum, moroſus in ſolvendo Cameralem Collectam, Statusque Circuli in exequendo moroſi, depauperatio. Goldaſtus Imperium Germ. primo in Circulos partiri cœptum eſſe anno 1387. in Comitiis Mergenheimii in Franconia celebratis, iisque Cæſarem VVenceslaum interfuiſſe ſcribit. (No. 76.) Idemque ſibi ipſi contrarius, tradenti Bohemiam XIum Imperii Circulum à cæteris conſtituere, cum tamen in Comitiis Trevirenſibus anno 1512. deliberatum non tantum de novo Circulo Bohemico, ſed & Boruſſico, qui tamen reſtiterint. (No.77.) Præterea ſuperioribus annis diſputatum, Regem Daniæ Ducem Circuli Saxonici, ſalvis Imperii Legibus, non conſtitui potuiſſe: ſed Sereniſſimus & Potentiſſ. Rex Epiſtolas non ſolùm Prædeceſſorum, aſt & aliorum in contrarium allegavit. (No.78.) Principes illi, vo-

votum & ſeſſionem in Imperii Comitis habentes, nec tamen hactenus certo alicui Circulo adſcripti, adeoque onera Imperii haud ſuſtinuere in materia collectarum, & conſimilibus in caſibus. (NO.79.) Porro varias mutationes v. c. in apparatu militari, executioni circulari, mutua correſpondentia &c. Circuli paſſi, de quorum Reformatione & redintegratione in Osnabr. Tr. hinc in Comitiis anno 54. deliberatum; verùm ob temporis anguſtiam, in prorogata Comitia hoc negotium rejectum, & ordinandæ Deputationi commiſſum: (N.80.) ſed nec in Conventu Deput. Francofurtenſi res confecta. Interea tamen Ordinatio illa d. anno 1555. & 1570. confirmata, & Circulis, ut juxta eam omnia reſtaurarent, mandatum eſt, ſecuti quoque ſunt Conventus, non tamen qui ſperabatur, effectu. (N.81.) Urſerunt hinc Stat᾽ Imperii in Monitis ad Capitulat. Leop. (No. 82.) oblatis eidem hoc punctum inſerendum. Plura verò emendanda veniunt, per Circulos, quorum Ordinationi & Utilitati admodum detrahunt, nocentque controverſiæ inter Directores Circulorum, inter Status ipſos, de Loco & Seſſione, it. ad quem Circulum pertineant. Querelæ Ordinum de Directoribus & Ducibus ratione onerum, neglectâ Ordinationis Circularis obſervantiâ, debilitatæ Circulorum Vires & alia expectant

Ee 5 emen-

emendationem, de qua alii deſperantes novam planè Imperii partitionem conſultam putant. (No.83.) Sed idem forte metuendum, ne minus diuturn● ſit. (No.84.)

Membrum VIII. de renovanda Matricula: cujus nomen à matrice diminutivum eſt, & aliquando pro prima ſcriptura ſumitur, ex qua aliæ traducuntur: interdum & communius quidem pro Libello, in quo ſeries & ordo quorundam hominum continetur: hinc matrices Libelli dicebantur, in quibus Cæſareo Fiſco penſitantes deſcripti continebantur. (No.85.) Inde Matricula, quam pro Catalogo, deſcriptione, indice uſurpari etiam in Jure noſtro non infrequens. (No.86.) Quæ noſtris Matricula eſt, ea vel ſimilis deſignatio, Auguſti Imp. ævo, Breviarium Imperii dicta videtur. (No.87.) Hæcque vox quàm varia denotaverit olim, poſt Lexicographos, monuit jam Reinkingius: (No.88.) Noſtris dicitur des Heil. Röm. Reichs Matricul: (No. 89.) Verzeichnis der Reichs-Hülff: (No.90.) vel Reichs-Regiſter der Anſchläg. (N.91.) Quid ſit Matricula Imperii, exactâ definitione explicare, plurimùm difficultatis habere, operosè Joh. VVernbergerus, (No.92.) & fortaſſis hac ratione deſcribi poſſe putat, quod ſit libellus publica authoritate deſtinatus, ut in eo deſcribantur nomina omnium Imp. Civium, (vel quod idem, Statuum,) & quantum

quis.

quisque eorum ad uſus communes contribuat. Cui tempori originem Germania debeat hujusmodi Indicis, quo Statuum nomine exhibentur, plerisque quoque eſſe perobſcurum, idem in utramque partem diſcutit, & ad veritatem propius accedere ſuſpicatur cum Conringio, (No. 93.) verbis: exitiali peccato per aliquot ſecula neglectam eſſe publici Ordinum Albi confectionem, & certam in illud omnium nominum inſertionem. Sanè, ſi ab initio confectum fuiſſet Album aliquod opum & ordinum Imperii publicum, ſi Imperii acta & decreta ſanctè ſemper fuiſſent conſignata, ſi Cæſaris poſtremò Auctoritas ſemper manſiſſet integra, longè nunc alia eſſet Civium ratio. Hactenus ille.

Id controverſiâ vacat, nec Lehmannum, nec Goldaſtum, utrumque non negligentem Indagatorem, antiquiorem Matriculam eâ, quæ anno 1431. Noribergæ in frequentiſſimis Comitiis pro expeditione in Bohemiam contra Huſſitas ſuſcipienda ab Imp. Sigismundo Auguſto & Ordinibus compoſita eſt, obſervaſſe; cùm enim idem Imperator Bohemiæ Regnum ab Ordinibus ſibi debitum occupare animum induxiſſet, renitentibus Huſſitis, quod à Religione ipſorum illum alieniſſimum crederent, Sigismundus Imp. plus ſimplici vice ab aliis clade affectus in novum bellum contra illos Statuum Imperii auxilia ſolici-

licitavit, & quidem in Comitiis Norimbergenſibus anni 1431. (No.94.) Ordinum ſuffragio & voluntariâ, uti videtur, contributionum diſtributione, niſi quod Civitates Imperii duriorem ſuam conditionem illâ diviſione factam, ab initio conqueſtæ ſint, hujusmodi Matricula, quæ & Ordinum nomina, & quid quisque ad Imperii utilitatem conferre deberet, complecteretur, compoſita eſt. Extat hodieque Matricula illa ſub nomine: Anſchlag auff allgemeine Stände des Reichs zu Nürnberg, zu Hülff vvider die Böhmen gemacht unter dem Römiſchen König Sigism. anno 1431. (No.95.) Compoſitæ ſunt deinceps diverſis temporibus plures Matriculæ, quarum ſeriem habes ap. Goldaſtum. (No.96.) Opiniones pro Matricula tempore Frid. III. in Comitiis quoque Norimberg. anno 1467. confecta contrar. refellit D. Wernbergerus. (No.97.)

Limnæus Matriculas dividit in generales, in quibus conſtans taxa ratione bonorum ſcripta, quid eorum nomine per menſem ad expeditionem Romanam contribuendum ſit; & ſpeciales, in quibus pro neceſſitate vel unus, pro plurium menſium contribut. expreſſa, in qua vel omnes, vel non omnes Status, vel etiam alii, quàm Status ratione bonorum immediatorum, ut & alii ratione bonorum mediatorum, relati reperiuntur. (No.

(No. 98.) Prioris Exempla eſſe vult illam, quæ facta eſt anno 1521. illam 1545. (No.99.) Wormatiæ reviſa dicitur; (No.100.) at poſterioris generis eſſe indicat illam anni 1431. inſcriptam, quemadmodum etiam de anno 1467. 1471. 1480. 1481. 1487. 1489. (N.101.) Fit etiam mentio d. part. 2. Pr. Hiſt.H. p. 1081. aliarum Matricularum de annis 1491. 1505. vel 1506. 1507. & legi aliam de anno 1512. inter Acta Comitiorum ejus anni Treviri & Coloniæ celebratorum. Diſtingui etiam poſſunt in Antiquiores & Recentiores: (N.102.) Atqui cum iſta omnis à tempore differentia ſit, non ſunt illa uni, eidemque Matriculæ perpetua nomina, ſed de una, eademque diverſis temporibus utrumque prædicari potuit; nam quæ ante duo ſecula recens erat, nunc jure inter antiquas reputatur. Quin imò iſta etiam, quæ à poſtrema Matricula proxima eſt, hujus reſpectu antiqua dici poteſt, cum relatione facta ad alteram antiquiorem recentior dicenda ſit. Communiter tamen & in univerſum illæ, quæ precedunt matriculam anni 1521. videntur rectius Scriptoribus antiquæ, quæ ſequuntur, recentiores appellari. Sed & cum Matriculæ aliæ adjectum habeant, quid ad expeditiones Imperii publicas & bellicas præcipuè conferant Imperii Status, aliæ, quid ad ſuſtentandum Cameræ Judicium erogent, non repugnaverimus illi, qui à diverſa illa

illa collatione diſtinguere velit Imperii Matriculam, ita, ut quamvis utraque ſit Imperii, poſterior tamen ad differentiam prioris vocetur Cammer-Matricul; (No. 103.) modò caveat aliquis, ne Album Cameræ, in quod referuntur, qui Spiræ degunt ſub jurisdictione Cameræ, quæ & ipſa vocatur die Cammer-Matricul, quam Imperii tamen Matriculam propria acceptione nemo rectè appellaverit, (No. 104.) cum hac noſtra, de qua loquimur, confundat. Sed & Matriculæ dividi iſta ratione poſſunt, quod earum nonnullæ ſecundum Circulos conſcriptæ ſint; aliæ aliter: ita, ut 1. Electores ſinguli, deinceps Eccleſiaſtici, tum Seculares Principes &c. enumerentur. Prioris Exempla ſunt Matriculæ, quas Reink. Wehn. Limnæus exhibent, ac illa etiam, quæ nuper Ratisbonæ prodiit: poſterioris omnes ante Circulos inſtitutos, & annum 1512. conſcriptæ, ac etiam illa anni 1521. ut & illa anni 1567. quam poſt Synopſin ſuam edidit Beckerus. Verùm illam ab aliquot AA. Juris P. probatam diſtinctionem, eſſe ſc. Matriculas, quæ tantum Imperii Status exprimunt, eſſe alias, quibus notantur die Anſchläg des Reichs, ubi illi tantum Status exprimuntur, qui contributionibus obnoxii ſint, refut. D. & Cancell. Schüz. (No. 105.)

Matricula autem, quæ rata ſit, non conficitur, niſi eorum Auctoritate, penes quos ſum-

ſumma eſt in Imperio Poteſtas, neque apertè docet Receſſus Imper. (No. 106.) Hinc Klockius ait, (No.107.) quemadmodum primam Orbis Matriculam Cæſar Auguſtus SCto intercedente fieri curavit, ita & Imperii Romano-Germ. Matriculæ ſive Inſcriptiones communi Imperatoris & Ordinum Conſenſu interveniente confectæ, atque in ſolem̃em & authenticam Scripturam auctoritate publica redactæ ſunt, quæ exinde paratam executionem merentur. Indeque etiam eſt, quod in Imperii Comitiis de Matricula ſæpiſſime vel moderanda, vel emendanda actum legimus, h. artic. & §. Confer. quoque Inſtrum. G. art. 7. §. 2. & artic. 10. §. 9. (No. 107.) de quo quidem in nuperis & hiſce Comitiis variè & multis tractatum, ſed adhucdum nihil certi ſtatutum fuit. (No.108.) Atque horum Auctoritate quoque definitum legitur, cujus Matriculæ præcipua cum dijudicandis Statuum controverſiis ratione contributionum haberi debeat ratio. (No.109.)

Referuntur in Matriculam Imperii noſtri Status: quo nomine qui veniant, ac quâ notâ Cives, Ordines vel Status Imperii ab aliis, qui tales non ſunt, diſtinguantur, ne hodie quidem diſputari deſiit. In tanto Sententiarum divortio, Status Imperii vel Reip. quâ Ariſtoteli (No.110.) dicuntur Cives, quinam ſint, nullibi rectius, quàm in Politicis

ex-

explicari ſtatuimus. Eſt verò is, Ariſtoteli, cui in illa Civitate, cujus eſt civis, poteſtas eſt fungendi Magiſtratu vel deliberativo, vel Judiciali: unde promptum eſt colligere, illos, qui jus judicandi de iis, quæ ad Sum̄am Reip. pertinent, circa LL. ferendas, pacem, bellum & fœdera pangenda Magiſtratus Summos & Judicia conſtituendi habent, eſſe Status, Ordines vel Cives Imperii; his enim pro iisdem nunc utimur, imò hos omnes & ſolos eſſe Status & Cives, idque, ut loquitur idem Conringius, verorum Ordinum ac Statuum eſſentiam unicè conſtituere. Malimus tamen Paurmeiſtero ac Carpzovio (No.111.) Status nomen ad jus potius ſeſſionis & voti dicendi in Comitiis referentibus, quàm illis, qui ad factum etiam injuſtum, quo contra LL. Imperii ac legitimæ Civitatis jura id aliquis uſurpat, pertinere perhibent, aſſentiri. Sanè unicam eſſe & exactiſſimam, unde Status æſtimantur, notam, ſeſſionem & votum in Comitiis, non Paurmeiſt. Carpz. Conring. ſolum nobiscum aſſerunt, ſed & Speidel. Arumæ. Limn. Mylerus, & alii: (No.112.) ſed nec requirimus, ut planè neceſſarium & eſſentiale ad Statum, ut is Matriculæ inſcriptus ſit: veriſſimum eſt Resp. eſſe, in quibus nulla ſit Statuum deſignatio, obſervante Conringio. (No. 113.) An ergo & nulli Ordines? quid? quod in noſtra Germania abunde liquet,

quet, ſatis longo tempore Album nullum fuiſſe, cum tamen nefas ſit dubitare, An eo tempore fuerit Imperii Status? Sed & de perfectiſſimâ Matricula, qualis eſſe dicitur illa anni 1521. emendanda & perficienda agitur in Comitiis, vvie dieſelbe Matricul endlich ergäntzet und richtig gemacht vverden ſolle: (No. 114.) quæ verba innuere videntur, non omnes Status Imperii in eam relatos eſſe. Accedit, quod in Matriculam Status referantur, ac adeo, qui ut tales inſcribendi ſunt, eos jam ante inſcriptionem Status eſſe oporteat. Atque his quidem legitimus eſt in Matricula locus. Sed, quid dicemus, an præter hos etiam aliis? Herm. Conringius (No. 115.) inquit: ex quo omnes Ordines in Album referre, deberet utique nunc illud Album certam nobis notam veri civis exhibere: quoniam enim conſtitutum jam eſt, ut ſoli Ordines proximè ſolvant debitum ſuum ærario, deberet utique & iſta collectio ſignificare veros Ordines. At infra probabitur, turbatis Imperii rebus factum eſſe, ut de quibusdam jurene inſeri debeant, an non, it. ſolverene ſua debeant publico, nec ne, hodieque incertum ſit. Et verò permultis licet hiſtoricis docere, haud paucos interdum errore quodam in publicum ærarium ſua contuliſſe, quibus neutiquam in Comitiis publicis ſtandi poteſtas fuit.

Ex quibus verbis colligere eſt, diſtinguendas eſſe Quæſtiones, illam, an in Matriculis, quæ hodie extant, reperiantur etiam alii, præter Status? ab hac, An jure eò referantur etiam alii, qui Status non ſunt? Si Matriculas Imperii ſingulas, etiam illam anni 1521. excutiamus, non Status ſolos, aut immediatos, ſed etiam alios mediatos ibi aliquis reperiet. Quodſi quis ergo ſaltem illos Status eſſe velit, qui ibi exprimuntur, ſeorſim aſſignatâ cuique portione, quâ Imperio eveniente caſu neceſſitatis ſuccurrat, ne is quidem acu rem attigerit; ſcimus enim in Comitiis Auguſti anno 1544. exhibitam Cæſari ab Ordinibus deſignationem centum & unius Imperii Membrorum, quæ Albo Imperii immeritò inſerta ac eximenda ideò pro ſe quique exiſtimarunt. Qui Catalogus, ut multos Imperii Status complectatur, qui immeritò inter mediatos referantur; certum tamen eſt, eo etiam contineri, quos mediatos eſſe deinceps in judicio contradictorio pronunciatum eſt. (No. 116.) Sed & notum eſt, de emendanda Matricula in Comitiis Imperii haud rarò actum eſſe, argumento non obſcuro eò relatos, qui non debebant, vel omiſſos, qui minimè debebant, vel in utroque peccatum: ut id quidem dubio valeat, in Matriculam præter Status Imperii alios quoque relatos eſſe.

Al-

Altera Quæſtio, An jure eò referri potuerint aut debuerint, ex intentione Imperatoris, & ipſorum Imperii Ordinum, decidenda videtur. Si enim ſolum Album Statuum omnium ſive Contribuentium eſſe voluerunt Matriculam, immeritò alii huc relati ſunt; at ſi omnes quocunque modo aliquid Contribuentes Imperio, promiſcuè ſive Ordines ſint, ſive non huc relatos voluerint, jure & illis hîc locus erit. Non videtur autem poſtremum id curæ fuiſſe Ordinibus Imperii: ita enim & immediati Nobiles, qui haud raro & fere ſemper aliquid ad Imperii uſus requiſiti ab Imperatore reſolvunt, & Civitates Hanſeaticæ, quæ idem feciſſe leguntur, ibi legerentur; ſed ut Ordines, & quantum quisque contribueret in iſto Albo, deſcriberentur. Unde etiam eſt, quod illa anni 1521. inſcribatur Matricula V. Anſchlag der Stände des H. Röm. Reichs; ac ideo videtur illa fuiſſe Intentio Procerum Imperii, ut legantur in eam relati etiam illi Status, quibus nullum onus adſcribitur, qualis eſt ibi ſub Titulo, Weltliche Fürſten &c. & ſub Tit. Prælaten Abt zu Herren-Alb &c. (No.117.) Præter Statuum Nomina in Matricula deſcriptum etiam legitur, quod quisque eorum, qui quidem à collectis immunes privilegio aut alio legitimo titulo non ſunt, ſi neceſſitas vel uſus Reip. id poſtulet, Imperio contribuat. Casus verò

iſtos omnes, quibus affertur talis contribuendi neceſſitas, at non facile etiam Prudentiſſimus aliquis præviderit, ita enumerare, non minus difficile eſt. Docet tamen Hiſtoria Germanica & Imperii Receſſus, ſuperioribus Seculis collatam pecuniam ad bellum Huſſiticum, ad demolienda caſtra proſcriptorum; (No. 118.) ad extremum & munienda fortalitia; (No. 119.) ad bellum à Turcis illatum à finibus Imperii avertendum, (No. 120.) & contra hoſtes Imperii alios, & olim ad ſuſtentationem Regimenti; (No. 121.) quin & ad Cameræ Imperialis deinceps (No. 122.) & ad Judicii Aulici Imper. ſuſtentationem converti. (No. 123.) Pertinet huc quoque Expeditio Romana; imò, quod hæc cauſa olim fere eſſet perpetua, & ſingulorum Impp. tempore rediret, cum reliquorum inſignis eſſet varietas, factum inde eſſe conjectamur, ut in plerisque Matriculis onera illa ad normam der Römerzüg redacta ſint.

Quod ut rectius intelligatur, quid ſit propriè Expeditio Romana, deſcribit D. Oelhaf. (No. 124.) indeque, quales ſint indictiones illæ, Germanis Anſchläg dictæ, quæ partem Matriculæ inſignem faciunt, haud dubiè ſatis luculenter apparebit. Certiſſimum expeditionis hujus indicium eſt ap. Ott. Friſingenſ. (No. 125.) qui locus oſtendit, non primùm natum illum morem, ſed conſuetudinis etiam

Re-

Regum Francorum fuiſſe, evidenti indicio, prævertere illam ætatem Ottonis M. (N.126.) Non parvo Comitatu, & integro exercitu eò iviſſe Imperatorem ex præallegatis Auctoribus conſtat, idque ad usque Car. V. tempora obtinuit, qui poſtremus expeditionem Romanam ſuſcepit. Obſervandum tamen ante Secula duo & circiter, non eò usque excreviſſe numerum Indictionum 4000. equitum ſc. & 20000. peditum per 6. menſes alend. quinimò nec ſemper fuiſſe eandem exiguo etiam aliquot annorum intervallo. (N.127.) Quamvis autem ceſſaverit ætate noſtra expeditio Romana illa propriè ita dicta; ſumma tamen illa militum huic expeditioni adſcripta, & cuique ex Statibus aſſignata, exiſtente quovis neceſſitatis caſu hodieque præſtanda, adeoque nomen quidem retinetur, ſed res ad alium uſum transfertur, licet non ſemper peditum, equitumque dictus ille numerus conferatur; interdum tamen duplicati, interdum ex dimidia parte ſoluti, interdum ad triplum extenſi; (No.128.) nec enim Matriculæ omnes conceptæ ſunt nach dem Römerzug, ſondern auch nach dem gemeinen Pfennig; utrique etiam modo contribuendi tertius additus, nim. Gütige Tractaten mit den Ständen. (No.129.)

Et præterea ſec. Victorem, aliosque (No. 130.) Matriculæ requiſita tria ſunt: 1. ut ſit

ſcriptura publica & authentica: 2. ut Ordinum & Superiorum Auctoritate ſit confecta: 3. ut ex Archivo publico depromatur, veluti in Imperio ex Cancellaria Moguntina. De rectificanda autem Matricula, ac quod collecta Imperialis ſec. vires patrimonii præſentis, non præteriti imponenda ſit, conſiderando fructus ac reditus, quos quilibet Imperii Status percipit, tr. Limnæus ad Burgold. (No. 131.) ubi inter alia Speidelii conſilium producit de renovanda & moderanda Matricula, ibi quoque: Zu gegenvvärtigen Zeiten hat es das Anſehen, daſz kein füglicher Mittel zu Renovirung der Matricul und Machung gebührender Anſchläg ſeyn vverde, als daſz ein jeder gravirter Stand ſeine gravamina beym Crayſz vorbringe, ſelbiges ihre Inquiſitores habe, und alsdann die befundene Beſchaffenheit an die deputirte und verordnete Moderatores umb Ertheilung billichmäſsigen Beſcheids gebracht vverde &c. de quibus vid. Receſs. Imper. ut & de Jure Circulorum in conſtituendis Matric. Moderatoribus D. Fritſch. & D. Schüz. (No. 132.) ubi tr. von einer Remonſtration und Relation und Motiven, vvarumb die künfftige Moderation der Matric. der ordinari-Reichs-Deputation, mit Vorbeygehung der Moderatoren auſz denen Crayſen nicht zu untergeben? Diximus, Matriculas confectas eo fine,

ut doceant, qui Status ſint Imperii, & quid quisque contribuat, ad Imperii uſus &c. Idem quoque indigitatur breviſſimis his monitis: (No. 133.) Matricula Imperii non propter ullos aut Principum aut Statuum ſubditos, ſed ob Imperii Salutem propter ſolos Status, & eo potiſſimùm fine compoſita eſt, ut ſciatur, quæ cujusque Status taxa ſit. Ut autem querelæ ratione perſonarum, quæ vel inſertæ, vel omiſſæ ſunt, extiterunt variæ; ita non defuerunt, etiam proximis poſt confectam illam anni 1521. qui æqualitatem neglectam, & alios aliis graviori onere aſſignatione portionis præſtandæ gravatos, in publicis Comitiis conquererentur.

Ut res exactius cognoſcatur, intereſt hîc ex Receſſibus Imperii, quid eo nomine in Comitiis vel alibi actum ſit, perſpicua ſerie ad noſtram usque ætatem exponere. Jam anno 1522. non defuerunt, qui publicè exponerent, iniquiorem ſuam conditionem factam per Wormatienſem Matriculam an. 1521. confectam; intereſt ea de re audire Legatos, Salisburgenſem, Bambergenſem, Ratisbonenſem & Paſſavienſem in der Information-Schrifft auff dem Reichstag zu Regenſpurg an. 1641. (No. 134.) Reliqua prolixè leg. in ſæpiſſimè commendata Diſſert. Inaug. D. VVernbergeri, quò me, amore brevitatis, remiſſum volo.

Pervenimus ad Matriculæ Effectus, probationem inprimis, quæ inde deducitur, verùm illud hujus & ſuperioris Seculi Eridos pomum. Sunt enim, qui nihil probare, ac ne præſumtionem quidem, quæ momenti alicujus ſit, ſed ſaltem ſuſpicionem præbere; ſunt, qui in dubio pro ea præſumendum; ſunt, qui ſemiplenè; nec deſunt, qui plenè probare velint. Addunt alii, non poſſe probari, Matriculas iſtas Auctoritate publica confectas & authenticas eſſe, ſed & apparere videtur ex ipſis Imperii Receſſibus, quàm ſibi non conſtet Imperii Matricula. (No. 135.) Et in Imperii Receſſibus, qui iſti opinioni ſubſcribunt, nullibi conſtitutum eſſe ajunt, Matriculæ Imperii credendum eſſe, quod utique non eſſet in re tanti momenti omiſſum: & docere experientiam, plurimos in Imperii Matriculam relatos, qui Imperii Status non ſunt. Sed & in Comitiis ſæpius quidem conſultatum, quomodo Matricula perficienda; eam tamen perfectionem & emendationem nondum ſecutam, acta Comitiorum anni inprimis 1603. ſed & hodiernorum abundè teſtantur; ex imperfecta autem Matricula probatio vix videtur reperiri poſſe. (No. 136.) Alii tantiſper pro ea militare juris præſumtionem, donec contrarium probetur &c. &c. Rectius illi, qui præſumtionem illi tribuunt, qui fiſcum fundatam intentionem ex Albo habere, contra

tra onus probandi in adverſarium rejicere, & conſtituere in q. poſſeſſione volunt. (N. 137.) Illud dubio caret, in Camera plus ſimplici vice pronunciatum, Matriculam præſumtionem facere; (No. 138.) eſt tamen illa præſumtio non juris & de jure, quæ ex argumentis neceſſariis oritur, ſed juris, quâ è lege, & probabilibus rationibus civilibus aliquid inducitur, ac ita inductum pro vero habetur, usquedum præſumtionibus vel probationibus legitimè elidatur. (No. 139.) Et inſuper diſtinguendum inter diverſos, qui exiſtere poſſunt, caſus; fieri enim poteſt, ut quis Matriculæ ſit inſcriptus, quem defendere fiſcalis velit, cui nihil ſolidi opponere poſſit eximens: ſed ſi vel manifeſtò, quod fieri poſſe docet R. I. d. anno 1548. eximens probet, exemptum non eſſe Statum Imperii, nec dici poteſt Matricula eo caſu ſemiplenè probare. (No. 140.)

Locô Contrar. Matricularis iſta regula, de cujus imperfectione, & minus analogica proportione, in omnibus & ſingulis fere Imperii univerſalibus Conventibus tot. tantæque querelæ, inde usque à ſeculo deductæ, nec non de emendatione & perfectione illius variæ deliberationes ſuſceptæ, agitatæque ſunt; jam demum cùm vetuſtatis, tùm bellicorum præcipuè turbinum vitio, adeo depravata, corrupta, incurvata & retorta eſt, ut ſi illius

ductum porro ſequi velimus, nullam rectitudinis, æquitatis & juſtitiæ lineam, nedum angulum amplius habituri, ne unquam medium iſtud veluti punctum ſive centrum ſummæ Legis, quæ in ſalute populi conſiſtit, laturi ſimus, neque amplius toties dicta Matricula Matercula ſive noverca potius Imperii dicenda, ſi non penitus ſeponatur, & in novum Album ſive Cenſuales Imperii Tabb. transformetur. (No.141.)

In tanto Matricularum numero reliquis tamen præſtat illa, quæ Wormatiæ an. 1521. Ordinum Conſenſu confecta eſt; (No. 142.) cum exceptione tamen vorbehaltener fernerer Rectification, auch Ergäntzung derſelben. Venit & illud non ſemel, inprimis in cauſa Brunſuic. & Bremenſi, in Controverſiam, An Antiquiorum matricularum poſt approbatam illam anni 1521. nullus amplius uſus ſit, ac adeo illæ abrogatæ ſint? Aff. Knichen, Limn. Reink. Cothm. &c. (No.143.) Negat Andr. Geilius cum Speidelio: (N.144.) Atque hanc quoque Sententiam eſſe Judicii Aulici, & Cameræ Aſſeſſorum vix ambigimus, quod Geilius utroque munere per plures annos functus ſit, & Fiſcalem Cameræ antiquis Matriculis niti. (N.145.) Hinc fortiori argumento pugnabit, qui ſe inſertum probat Matriculæ anni 1521. quàm qui antiquiori alicui; licet hisce propterea fides omnis derogan-

roganda minimè ſit. Sed quid potiſſimum cauſæ, quare tanto jam tempore nullus nobis ſit exactus, vel Statuum ipſorum, vel eorum, quæ ipſi Imperio præſtant, onerum Index? Certum eſt, (ut unum hoc adducam ſolummodo,) Concilio anni 1471. inter alia ſubſcriptum eſſe: Goslar, Herr Joh. Bucholz mit Gevvalt Braunſchvveig, Hildesheim, Göttingen, Einbeck, Hannover und Hamelen, & tamen in nulla Matricula nomina plerarumque harum urbium inveniuntur. (No. 146.)

Membrum IX. De Moderatione & Remiſſione Collectarum Imperii: quæ ſunt vel Univerſales ac Ordinariæ, vel Extraordinariæ; ad quas referuntur Collectæ Turcicæ, quæ ut cauſam perpetuam non habent, ita nec obligationem perpetuam, ſed caſu emergente de iis primùm in Comitiis deliberandum. (No. 147.) Cauſa Effic. alia eſt remota, ut neceſſitas vel utilitas publica: cum omnes res & actiones, quæ odium præ' ſe ferunt, contra Jus Commune vel Gentium fiunt, tertium aliquem lædunt, impediuntque res ſuas ad arbitrium ſuum adminiſtrare, facile & ſine inſtantia faciendæ & concedendæ non ſunt; (No. 148.) Sic econtra eæ ipſæ res, tempore & juſta cauſa voluntatis ſc. vel neceſſitatis ita exigente, qualitates illas odioſas amittunt, favorem recipiunt, omnino & neceſ-

ceſſariæ concedendæ ſunt: quid enim à parte ſolventium odioſius collectis vel contributionibus, ſi ad luxum vel res non neceſſarias impendantur? quid econtra favorabilius iis ipſis, ſi neceſſitate ita exigente Reip. iis ſubveniatur, quâ aliàs pereunte, omnes ſimul cum ipſa ſubditi perituri eſſent, ſec. Nov. 39. Alia propinqua, eſtque 1. Majeſtas, cum collectæ dependeant à Juribus Majeſtatis incommunicabilis ſive reſervatis, 2. Superioritas, 3. Præſcriptio; 4. Conventio. (No.149.) Ratione ſubjecti agentis dividuntur collectæ 1. in Imperiales, ab Imperatore, tanq. ſubjecto agente & imponente ita dictæ, aliàs univerſales, ut ſupra, ex eo, quod univerſo Imperio, tanq. ſubjecto patienti imponuntur. (No.150.) 2. Circulares, Provinciales, Municipales, omnes conjunctim ſpeciales ſive particulares dictæ.

Subjectum patiens, cui collecta imponi poteſt, ſunt omnes ſubditi, ex re fructus percipientes. Principaliter quidem tractatio hæc de jure & poteſtate collectas imponendi concepta eſt; cum autem deſtinationem ſuperiorum & præceptorum, quorum gloria in imperando, ſequitur exceptio inferiorum & ſuppoſitorum, quorum gloria in obſequendo vertitur, vi relat. pergimus ad ſubjectum patiens. Hodie totum Contributionis onus ſubditis incumbit, qui multis in locis per illud

lud planè ad incitas & ad mendicitatem rediguntur. Illud etiam in Comitiis acriter diſputatum, An ſubditi privilegiis omnibus, quibus forte gaudent, non obſtantibus, contribuere teneantur, nec eorum querelæ audiri debeant? Reſolutionem Cæſaream in hoc puncto über die verlangte Extenſion des §ſi und gleichvvie &c. vorigen RA. d. anno 54. pertr. D. Schüz. (No.151.) Quod attinet Civitates Hanſeaticas, hæ cùm ut tales non admittantur, tanq. Status Imperii ad Comitia, adeoque nolint ſe ſubjicere collectis Imperii, hinc cum ipſis de ſubſidio amicabili ſolet tractari, quemadmodum cum Nobilibus immediatis; in quantum verò illa immunitas prætenſa poſſit tolerari? Conſul. D. Cancell. Schüz. (No.152.)

Cauſa Inſtrumentalis eſt vel ἔμψυχα, & ſunt Quæſtores, Cenſitores, & Peræquatores, qui præſtito corporali juramento ex æquo & bono æſtimium vel regiſtrum ſec. vires patrimonii conficiunt: vel ἄψυχα, ſuntq; Libb. Cenſuales, & Cataſtra, quæ ſi generaliter fuerint confect. pro Domino collectante plenè probant. (NO.153.) In Imperio Germ. tales libb. Matricula dicitur, de qua pr. membro preſſius d.

Materia propter quam collectæ imponuntur, ſunt res, ex quibus fructus percipi poſſunt, ſive mobiles, ſive immobiles, corpora-

les,

les, ſive incorporales. (No.154.) Materia in qua, res ipſa, quæ ſolvitur, quæque numero, pondere & menſura conſtat, juxta conventionem & conſuetudinem: hinc quoque ad materiam collectarum quantitas earundem pertinet, quæ ſec. Reip. neceſſitatem commenſuranda eſt. Olim ex Imperii Romani tributis ſupra 150. milliones colligebantur, uti nonnullis placet. (No.155.) Hodie Romanus Menſis 70000. nummorum aureorum conſtat. (No.156.) In Germania Imperium, præter Ditiones Hæreditarias, confert Imperatori 6. Milliones auri, Gallia 30. Britannia 4. Dania 2000. millia coronatorum: tantundem Suecia Regi contribuit. (NO. 157.)

Forma interna conſiſtit in Conſenſu vel Voluntate Summi Principis, vel limitata, vel abſoluta, quoad certam Summam pro utilitate publ. ſolvendam. Externa in modo imponendo, de quo ſuperius egimus. Illa voluntas limit. in plerisque Europæ Regnis locum ſibi vindicat, utpote Imperator Romano-Germanico in Imperio noſtro cum Statuum Imperii conſenſu, quoties Reip. neceſſitas earundem exactionem poſtulat, ſuperindicit: (No. 158.) Cum ergo juxta Inſtr. P. & Capitulationes Imperii, add. ſec. antiquam etiam Imperii Praxin, (No.159.) Collectæ Univerſales Imperii nomine non aliter, quàm prævio Statuum Imperii Conſilio &

Con-

Conſenſu indici debeant, hoc ipſum negotii non ad Conventus Circulares, ſed Generalia Imperii Comitia referendum; quemadmodum factum id eſt in Comitiis Ratisbon. an. 1597. idemque repetitum in Comitiis Ratisb. an. 1603. Nunc verò in hoc artic. & §o Statibus idem ſatis cautum. An verò in iis indicendis ſufficiant majora, an ſingulorum vota requirantur? Superius commemoravimus. Utut autem illa Principum Evangelicorum diſtinctio inter Collectas voluntarias & neceſſarias ab aliis, ut d. planè rejiciatur, tamen non omni eam carere fundamento, oſtendit Conringius. (No.160.) Sic Hungariæ & Bohemiæ, Daniæ & Sueciæ Rex tributum ſancire absque Comitiis nequit; (N.161.) In Anglia ad pecunias extraordinarias, quoties res poſtulat, exigendas, opus eſt, adjunctis Parlamenti ſuffragiis &c. (No.162.) Hiſpaniarum Rex, etſi Potentiſſimus ſit, & maximæ apud Indos Auctoritatis, attamen tributum nonniſi Ordinum Conſenſu imperat. (No.163.) In Gallia Rex ſine conſenſu ac ſuffragio generali Regni Conventuum tributa jam ab ætate Car. M. inſtituere non poteſt. (No.164.)

Finis generalis eſt: Recognitio univerſalis dominii in ſubditos, Conſervatio principalis dignitatis, ſublevatio onerum Reip. Imponuntur etiam Collectæ propter bellum Turcicum,

cum, propter Regiam Coronationem, propter Regni proprii Viſitationem, propter elocationem Lib. propter fortalitiorum reparationem, qui fines ſpecialiter recenſiti à Suecis adprobantur. (No. 165.) Hique fines ſinguli ſint directi ad finem remotum ultimum, Dei Gloriam, & Salutem Publicam: ſunt enim fines, propter quos collectæ & tributa exiguntur, quibus ceſſantibus, ceſſat ipſa collectarum impoſitio; his verò requirentibus, collectæ & tributa legitimè imponuntur, & impoſita atque diſtributa paratam habent executionem. Indeque reſultat Effectus in remediis poſitus: Hæcque vel per modum executionis; vel actionis expediuntur: Ratio antecedentium, quia cauſa collectarum eſt ejus indolis, ut extra ordinem de plano, & quod ajunt, levato velo, à præceptis executionis incipi poſſit; (N. 166.) proceſſus tamen executivus non fiat ex abrupto & pro placito exactorum, ſed præcedente Proclamate & termino poſito, quô indicetur & mandetur ſolutio collectarum. (No. 167.) Proceditur autem per modum executionis 1. per viam pignorationis contra moroſos debitores; (No. 168.) 2. ſequeſtrationis fructuum; (No. 169.) 3. ſubhaſtationis; pro collectis enim & penſitationibus prædia ſubditorum tacitè obligata ſunt, poſſunt ergo illa ceſſante in collectis ſolvendis ſubdito jure diſtrahi; (No. 170.) 4. præcepti & mulctæ; 5. manu quoque militari;

tari; (No. 172.) 6. Captura & carcere; (No. 173.) poſſent & alii modi adduci, quô coërceri & ad ſolutionem cogi poſſunt obſtinati, verùm cùm plerumque quævis natio ſuam & hîc habuerit conſuetudinem, eam obſervandam cenſemus, quâ ſeclusâ Fiſcus optionem habet, quo modo executivo exigere velit. (No. 174.) Quodſi Status Imperii ſolutionem collectarum negent, vel ad præfinitum diem eas non præſtent, Mandata ad pœnam dupli decernuntur. (No. 175.) quodſi porro Status Imperii cùm Eccleſiaſtici, tùm Laici contumaces eſſe perrexerint in ſolvendis collectis, Regalibus, Privilegiisque ſuis privantur, proſcriptionis pœnâ coërcentur: quam pœnam utramque Camera, ſi ita viſum fuerit, in pecuniariam convertere poteſt. (No. 176.) Quoad remedia, quæ per modum actionis expediuntur, ſunt vel petitoria, vel poſſeſſoria: petitoria ſunt, I. actio hypothecaria, prædiorum nomine competens, quæ tacito jure Magiſtratui ſunt obligata, ut modò dictum. II. actio Confeſſoria utilis; (N. 177.) cui opponitur negatoria: (N. 178.) III. condictio ex Lege: (No. 179.) IV. condictio certi. (No. 180.) Remedia poſſeſſoria ſunt: Interdictum uti poſſidetis utile: (No. 181.) & unde vi: quô caſu etiam locus eſſe poteſt condictioni ex Canone Redintegranda 3. q. 1. (No. 182.) Sunt tamen & illis, qui collectis

injuſtè gravant, ur ſua remedia, uti condictio indebiti: (No. 183.) actio utilis negatoria: (No. 184.) utilis negotiorum geſtorum: (No. 185.) it. Interdicta unde vi & uti poſſidetis utile; Mandata inhibitoria de abrogandis novis & inuſitatis contributionibus; Mandata cum & ſine Clauſ. Reſtitutionis remedium in integram. (No. 186.) Modus probandi aut artificialis eſt, aut inartificialis: ille fit per præſumtionem; (No. 187.) hic per teſtes: (No. 188.) confeſſionem: (No. 189.) inſtrumenta. (No. 190.)

Affinia: Collectæ Circulares & Provinciales, Collectæ capitis & ſoli ſive poſſeſſionis, & mixtæ. It. vectigal, tributa ordinaria, operæ ruſticæ, aliæque collationes, ut ſunt acciſa de cereviſia vel vino, detractionis, collatio pro pecoribus, penſio pro ponderatione mercium, donaria pro ſolenni Principis introitu, decimæ novalium, collecta nundinalis, Hoſtenditiæ. (No. 191.) Contraria ſub immunitatis nomine muneri collectarum. (No. 192.) Et ſane alii ex lege, alii ex privilegio ſpeciali, alii ex præſcriptione non tantum immemoriali, ſed & 40. annorum ſpatio &c. Klock. & Bocerus dd. ll. alii ex conſuetudine, quæ in hac materia inprimis dominatur, hab. (No. 193.)

Membrum X. de Statibus Imperii exemtis: Exemtio hæc deſcribi poſſe videtur, quod

quod ſit, quâ Membrum Imperii immediatum eximitur, & redigitur in mediatum. (NO. 194.) Ipſas Exemptionis cauſas, quod attinet, diverſæ illæ ſunt: aut enim illa contingit per Exemptionem propriè ita dictam, vel impropriè talem. Illa rurſus accidit, quando quis aut ſeipſum eximit, aut quando alium. Prioris generis illa dicitur voluntaria ſubjectio, quâ Status Imperii tum ratione domicilii, tum ratione bonorum alteri Statui ſe ſubjicit, ejusve Landſaſſum, ut vocant, ſeſe facit & nominat, ſive bona habeat allodialia, ſive non. (NO. 195.) Et hoc ipſum olim licuiſſe, etiam non impetrato Imperatoris & Imperii Conſenſu, quidam exiſtimant; (No. 196.) cùm tamen non ſit in alicujus poteſtate, ſe ab Imperatoris & Imperii jurisdictione immediata eximere, & alteri ſubjicere; ratio, quia per ejusmodi exemptiones membra Imperii, vota & conſilia minuuntur. (NO. 197.) Alteram Exemptionem conſtituit vel ſpecialis Imperatoris Conceſſio, quam olim valuiſſe non dubitat D. Mylerus; hodie tamen propter Capitulat. Impp. ſecus. (No. 198.) Vel graviſſimi alicujus delicti commiſſio, qualis eſt Læſæ Majeſtatis aut Perduellionis crimen: (No. 199.) atque hæc hæc cauſa exemptionis plerumque exercetur in Banno Imperiali notatis, qui ex Imperii catalogo non modò delentur, ſed omnia

etiam jura ac privilegia amittunt, quemadmodum Victor, (NO.200.) ipſas quoque urbes proſcriptas, vomere preſſas, privilegia, honoremque quemlibet perditum iviſſe refert. Accedit his tertia exemptionis cauſa vel potius modus, quô quis non ab Imperatore aut Imperio, ſed alio aliquo, eoque ſuperiori Statu ab immediata jurisdictione Imperii eximitur, ſalvâ tamen manente jurisdictione mediata, ſimulque nomen illius è Matricula expungitur. (NO.201.) De hac exemptione notat Blumius, (NO. 202.) eam triplici modo contingere: 1. ſi eximens pro conſentiente exemto collectas ſolvit. 2. ſi aliquis Status alterum Statum invitum, qui ipſe collectas ſuas ſolvit, eximere conetur, Fiſcalis vel qui eximi nolit, contra eximentem procedit, vel Fiſcalis ei, qui eximenti aſſiſtit, ſimultaneoq; proceſſu jura Imperii defendit. 3. ſi neque eximens, neque exemptus collectas ſolvat, quô caſu Fiſcalis contra exemptum procedit, atq; eximentem pro ſuo intereſſe ad id citari curat. (NO.203.) Non ſolùm verò exteri, ſed & ipſi Status Imperii Membra ejus eximunt vel cum-vel ſine collectæ onere, utrumque jure vel facto, ſivè ſine Decreto Imperii. Eorumque eximentium Statuum ingens numereperitur, quos omnino vid. ap. Limn. & Spring. (NO.204.) Sic igitur de facto, inquit D. Cancellar. Schüz. (NO.205.) multi de Imperio

perio ſtultè ſe ſubtraxerunt, adeo, ut hodie vix Germania, tanq. continens Imperii ſarta tecta ſuperſit; quæ tamen cauſæ per ſe omnes ſint invalidæ. (No.206.)

Sequitur jam, quâ ratione quis non directò ab alio, ſed prætextu quodam, eoque vel præſcriptionis, vel omiſſionis ſive præteritionis eximatur: & prima quidem cauſa ſive modus, quô poſſeſſio libertatis præſcribitur, perſpicuis verbis probatur per Receſſ. Imper. (No.207.) de hac verò præſcriptione non ex Juris privati principiis, ſed ex LL. & Conſtitutionibus Imperii noſtri Romano-Germ. & quidem vel maximè ex præſcripta forma (NO.208.) dijudicandum eſſe non immeritò exiſtimamus cum Meichsnero & Gailio. (NO.209.) Ad hoc autem tempus, ut dicatur immemoriale ſcil. centenar. & tantum immedietatis probandum ſufficiunt teſtes fide digni & ætate provectiori venerabiles; an verò etiam planè ab Imperii ſubjectione etiam mediatâ his modis liberari queat ſubditus? vid. præter Al. Victor. (No. 210.) Denique alter exemptionis modus, impropriè ita dictus Præteritio, tunc accidit, quando nova Imperii Matricula conficitur, inque ea Civitatum nonnullarum nomen omittitur, quæ tamen omiſſio illis non præjudicat. (NO.211.) Præterea in cauſis Exemptionum ſummariè procedendum, exceptis

tamen cauſis, quæ altiorem indaginem requirunt, in quibus ordo juris reſervandus, vid. Gail. 1. obſ. 20. n. 5. & 1. obſ. 21. n. 1. ita, ut, Judex ſit Camera Imperialis; (NO. 212.) & Fiſcalis, tanq. Actor Imperii celeriter procedere debet, eique nulla retardatio à Camera conceditur. Eundem, etiamſi non imploretur, ex officio Fiſci ſumptibus procedere oportet; (NO. 213.) qualem verò actionem Fiſcalis inſtituat, id apertè ſatis docet R. I. anno 1548. §. Etlich andere aber &c. Inde actio hæc appellatur condictio ex Lege Imperii. Sed circa hanc actionem, quæritur, Cuinam onus probandi ſit imponendum? Cum Fiſcus intentionem ſuam fundatam habeat ex Matricula Imperii, & ſemel in Matriculam relatus juris præſumtione tantisper pro Statu habeatur, donec ab eximente contrarium doceatur per c. cum perſonæ d. privil. in 6. c. cum dilectus extra d. relig. domib. & l. 1. ff. d. Alb. inſcrib. non immeritò exemtionis probationem in adverſarium ſive eximentem Procurator Fiſcalis rejiciat, per l. 25. ff. d. probat. Geil. 1. obſ. 21. num. 4. Spring. in JPr. P. V. 185. Klock. d. contrib. cap. 19. n. 31. & ſeqq. ubi alias quoque rationes ſubdit, in quibus intentio Fiſcalis fundetur. Quando autem inter eximentes & exemptos facili negotio de collectis ſolvendis lites ſuboriri poſſunt, probè conſiderandum, an exemptiones adhuc

ſint

ſint juris dubii & in lite pendente, an verò ſententiâ vel ſublatæ, vel confirmatæ & juris firmi? Hujus generis ſunt illæ, quæ ſententiâ Judicis ſunt approbatæ, aut Statuum conſenſu roboratæ. (NO. 214.) Si autem exemptiones juris ſint dubii, & in lite pendente, id ſatis perſpicuè docet Receſs. Imp. (N. 215.)

Id ſaltem adhuc monendum, propter frequentiam exemptionum, inprimis earum quando eximens exemti onera in ſe recipere noluit, creberrimas & graviſſ. lites ſæpius obortas, necdum deciſas eſſe, (No. 216.) ac ideo res Imperii noſtri non leviter turbatas, maximè quamperincioſas ei ſemper extitiſſe, & etiamnum exiſtere: ratio, quia è re eſt Reip. ne Fiſcus tabeſcat, nec quid ſentiat diſpendii, (No. 217.) dein exemtionum nullitudine publica Imperii munia impediuntur. (No. 218.) ipſa quoque variatur Matricula, collectæque redduntur incertæ. (No. 219.) Hinc illæ Imperatoris & Statuum Imperii querelæ: (No. 220.) atque ideo in Comitiis anno 13. expreſsè propoſitum fuit, quod de 4000. equitibus, & 2000. peditibus, qui in Matricula Wormatienſi de anno 1521. requiruntur, dimidia vix hodie pars ritè præſtetur. (No. 221.) Quæ res effecit, ut de Matricula reſarcienda Status Imperii ſæpe, multumque cogitarent. (No. 222.) Dein, ne exemptiones nimis frequentes fiant, exemptorumque

numerus indies magis magisque adaugeatur, remedia contra exemptiones Imperio damnoſas ſunt 1. ut Circulorum Duces quatuor quæſitores conſtituant, qui in Conventibus Circularibus ſedulò inquirant, quinam ſint Status aut Provinciæ exemptæ, ubi ſitæ, & in cujus poteſtatem relapſæ inveniantur. (No. 223.) Si reperti fuerint exemti Status ſine cauſa, à Fiſco Imperiali vindicentur, vel cum onere ſuo eximenti adjudicentur. (No. 224.) 3. Fiſcalis Imperii jubetur in eximentes & exemtos vigilare, inquirere, ac, ſi quempiam invenerit, juſta lite tam eximentem, quàm exemtum, ſi uterque in Imperii damnum conſenſerit, perſequi. (No. 225.)

Membrum XI. & XII. De Reformatione Politiæ & Juſtitiæ: quoad illud defectus Politiæ ſingulis Circulis anno 1654. eum in finem commiſſi, ut Reformatio Politiæ de anno 1530. ejusque ſubſecuta emendatio in annis 1548. & 1577. reaſſumatur & propagetur, quô quidem officio unus vel alter Circulus fuit defunctus, in univerſum tamen nulla adhuc hujus membri reſultabat juſta Ordinatio, multoque minus illorum Capitum Ordinationis Politiæ correctio vel extirpatio, quæ Jus Publicum magis, quàm privatum concernunt, & ad Fiſcales perſecutiones pertinent, ut de tollendis blasphemiis, uſurarum contractibus, compotationibus & ebrietatibus,

bus, de LL. veſtiariis reducendis, reque monetaria uberius ponderanda & trutinanda: de liberanda Rep. de fæce Zigenorum, validorum mendicantium, itemque vagantium & otioſorum &c. Similiter de certo ubique modo præſcribendo reſpectu ſervorum & famulorum, & opificum atque artificum &c. &c. quæ quia, præter alios, D. Cancell. Schüz, (No.226.) aliq. theſibus executus, Candid. Lectorem eò jure meritoque remittimus, idque ſaltem hîc unicè monendum putamus, quoniam Politiæ Vocab. itidem eſt homonymum, hoc loco nobis in genere ſumi, prout denotet principatum & rerum conſuetudinem, ſec. quam vivere unanimiter & converſari decet, ut proinde Ordinationes hæ nil aliud ſignificent, quàm præſcripta iſtius principatus ad componendum mores, vitamque noſtram ad beneplacitum Superiorum & Reip. Salutem.

Beata autem Reſp. dicitur, non quia pluribus fortalitiis munita, armorum vi potens, hoſtibus formidabilis, hominum multitudine abundans ac ſolo fertili & ubere locuples ſit: ſed, quia bonis & juſtis LL. inſtructa ad verum decus & honeſtatem dirigatur, & quilibet erga Deum, Magiſtratum, ſeipſum, prout vera Religio, pietas & boni mores requirunt, ſeſe gerat. (No.227.) Virtutes ſi negligantur, præter viam Reſp. currit, laborat quidem,

 ſed

ſed fructu laboris excidit, ſibi denique moleſta & in ſe colliſa vel vitiis opprimitur, vel externo hoſti in ſervitutem cedit, id quod conteſtatur exitus omnium Rerump. Nulla ſiquidem unquam Resp. diu beata, & in ſuo flore atque vigore conſervata fuit, quæ virtutibus debitum honorem ac præmia denegavit, & ſceleribus gravibus graviora ſupplicia non impoſuit, uti teſtatur iterum Politicorum Egregius Bodinus lib. 4. d. Magor. dæmonomantia cap. 5. quò reſpexit illud Chaſſanæi part. 1. d. Gloria Mundi, Conſid. 3. Jac. Bornit. lib. 1. d. præm. in Rep. decern. cap. 1. Melch. Junius part. QQ. Polit. 91. & 106. duo nim. elementa virtutum eſſe, honoris ſpem, & pœnæ metum: illa quippe ad honeſta ſtudia alacriores reddit, hic depravatos impetus hebeſcere cogit, tardioresque facit ad ea, quæ rationis librâ viſuntur remota.

Quæ omnia Glorioſiſſimi Impp. in animum revocantes ſec. princ. R. I. d. an. 1500. ibid. hæc verba: Wann aber auſzländiſcher Krieg gantz unverfänglich, vvo nicht vorhin gut redlich Regiment, Recht, Gericht, und Handhabung vväre, auff den als Grund-Veſten alle Reich und Gevvalt ruhen &c. inde que Sigismundus Imp. bonam Politiam alicujus urbis Germaniæ vocavit, Eine Regul der Sitten, ein Exempel und Spiegel aller Zucht Menſchlichen Lebens, und einen hellen

len Morgenſtern, der unter anderen Städten herfür leuchtet. (NO. 228.) Deliberato Conſilio Ordinibus ſolùm in pluribus Comitiis ſalubriter conſtituerunt, quomodo DEI O.M. Nomen ſecundum Præcepta Dacalogi venerari, nec vanè uſurpari, nominarive à quopiam mortalium debeat; quâ viâ plerisque prædictis, aliisque pernitioſis criminibus, ataxiis, inordinationibus & vitiis obvietur & adverſum eatur, eaque omnia deinceps prævideantur, evitentur & prohibeantur, & transgreſſores ſeverè puniantur? quæ itaque, ſi ſec. Imperiales Ordinationes, Adhortationes & Conſtitutiones obſervarentur, DEUS Opt. Max. in Imperio famem, bella, peſtem, aliasque multiplices pœnas graſſari haud permitteret. Quemadmodum autem bona Politia non eſt exlex; ſic nec planè à Judiciis aliena. Quando enim ex legibus certam accepit formam, iſtæque non tantum negotiis civilibus regendam, ſed & jus tribuunt Civibus, ita quoque iis, ubi juri Politiæ jus alicui ſuum impeditur, non oportet defenſionem deeſſe. Ut ergo pro hac ad inferiora judicia ſæpe itur, & in his de jure circa LL. Politicarum applicationem aut transgreſſionem contenditur & pronuntiatur, ita non obſiſtendum, ut læſis, quia jure ſuo ex Politiæ ordine non potiuntur, deſit ex appellatione remedium. Ubi quis injuſtè poteſt gravari, &

ſæ-

ſæpius gravatus ibi recurſum ad ſuperius judicium non oportet eſſe præcluſum. Expoſuit hoc ſatis recens Imperii Conſtitutio d. anno 54. vvie nun ſolches von den Cauſis &c. quam circa has appellationes conſiderare & ſequi convenit. In iſta minimè appellatio interdicitur, ſed expreſsè permittitur, tantum proceſſui circa iſtam modus dicitur, ut abuſus evitentur. Circa quem diſtinguitur inter cauſas Politiam concernentes, An certò ex Ordinibus Statuum Imperii circa Politiam, Collegia, Opificia definitæ ſint? An vero acceſſ. certam conſtitutionem? Sed de his fuſiſſimè tr. David Mevius, (No. 229.) qui de hac materia conſulendus.

Nos dehinc ad alterum Membrum Reformationis juſtitiæ deproperabimus, quod in Comitiis de anno 54. inprimis in deliberationem venit, ut Receſſus Imper. ſatis cuilibet ob oculos ponit, in quo ſumma capita emendati Proceſſus Cameralis ſunt hæc: 1. de Citationibus ad reaſſumendum hodie in Camera Spir. non amplius, aſt adhuc in Judicio Aulico vigentibus: 2. de libello hodie ſupplicationi pro decernendis proceſſibus adjungendo: 3. de unica via contumaciæ in cauſa principali procedendi: 4. de termino comparitionis 60. ad minimum dierum, in Citatione præfixo: 5. de libello hodie tantum ſumario, non verò, ut olim, articulato: 6. de conceden-

dendis hodie tantum tribus dilationibus probandi: 7. prorogationem prorogationum petere non licet: 8. exceptiones dilatoriæ in termino; peremptoriæ verò in cauſis appellationum indiſtinctè: ſed in cauſis querelæ ſimplicis, deficientibus declinatoriis in primo termino proponendæ: 9. in Cauſis appellationum, ubi privilegia juramentum calumniæ requirunt, ab appellante, exceptis ſolis Illuſtribus, illud in perſona coram Judice à quo præſtandum; imò Advocati etiam pro ſe non ſolum, ſed & in principalium ſuorum animas jurant: 10. Articuli eliſivi, peremtoriales & additionales hodie ſublati: 11. documenta probatoria ſtatim libello poſſunt adnecti, & ſic pro termino exhiberi: 12. Teſtium depoſitiones cuivis articulo probatorio opponendæ: 13. ſcripta poſt atteſtationum publicationem duo tantum permiſſa: 14. ſi appellans nihil novi habeat, ſtatim ad acta priora concludere tenetur. 15. Soli Status Perſonas Camerales ſuis ſumptibus p. t. ſuſtentant, eamque ſuſtentationem ſinguli pro quota ſec. quotam collectarum Imperii, proportionabiliter computata quotannis contribuunt &c. (No.230.)

De cætero ex communi effato Politicorum, unaquævis bene conſtituta Resp. omnibus nervis eò incumbere debet, nec nomen Reip. absque juſtitia meretur, ſed in latrocinium de-

degenerat, quin nec conſiſtere ſine ea ullo modo poſſit; ubi enim juſtitia ſuum deperdit vigorem, ac judicum malevoli affectus æquo præponderant, vix fieri poteſt, quin exoriantur inter cives ac ſubditos, quippe qui jus ſuum aliter conſequi nequeunt, turbulentæ ſeditiones, Rempublicam, niſi eis remedium adhibeatur, progreſſu ſuo facilius conquaſſaturæ. Ob eamque rem, & quia oportet ante morbi cauſam ac radicem noſſe, quam medelam eidem applicare velis, retulit ſuo loco D. Textor (No. 231.) capita illa, propter quæ in Germania noſtra adminiſtratio juſtitiæ videtur frigere. Tria verò ad juſtitiam vividam in genere requiruntur, 1. bonæ LL. & quantum fieri poteſt, breves ac perſpicuæ, ſub quibus complectuntur non forenſes modò actiones, ſed etiam ipſa Judicia vel Tribunalia, quatenus nim. per LL. publicas conveniat eadem conſtitui, vel à quo perſonæ eorum debeant ordinari ac dependere; 2. boni Judices, Advocati & Procuratores; 3. parata Decretorum Executio. De quibus membris ſingulis ordine idem loquitur ampliſſimè D. Textor d. loc. cum applicatione ad Germaniam noſtram, quò me ſtudio brevitatis remiſſum volo, & ad

Membrum XIII. digredior, videl. de Civitatum Imperii in Comitiis Voto deciſivo, juribus & privilegiis. Dd. conſtituunt tres Sta-

tuum

tuum Claſſes, (No.232.) quarum prima Collegium Electorale; altera Principes, i. e. Regali Dignitate, ſive Eccleſiaſtici, ſive Secularis Ordinis illuſtres, ita, ut etiam Comites & Barones comprehendantur; (No.233.) Tertia Civitates (quarum ſynon. & homon. evolvit latè Limnæus (No.234.) quæque promiſcuè ita, licet Epiſcopos non habeant, Receſſuum noſtrorum Stylo appellantur,) (N.235.) liberas continet. Namque etiam hæ egregia Imperii Membra (No.236.) & Status ſunt: (No.237.) adeò ut meritò definiantur Communitates immediatè (No.238.) Imperio ſubjectæ, jus ſeſſionis & ſuffragiorum in Comitiis obtinentes. Diſtinguuntur hac ipſa deſcriptione ſatis clarè ab illis, quæ Municipales dicuntur, quippe quæ immediatè Principi vel alii Imperii Ordini ſubditæ parent; Imperio verò & Imperatori mediatè, mediante ſc. illo Statu, cui primò & immediatè parent, ſubſunt, proin in Comitiis Imperii quoque locum non inveniunt. Illæ contra Civitates Imperiales & Imperatori & Imperio immediatè ſubjectæ ſunt reſpectu Civium univerſorum collectivè ſumtorum, in quantum cum Magiſtratu ſuo unum corpus conſtituunt, atque perſonam q. civilem à ſingulis hominibus abſtractam conficiunt; Statum enim Imperii non repræſentant ſinguli cives, nec major pars civium, ſed ipſa

tota

tota Civitas Imperialis ſive tota Univerſitas, quæ etiam illos ipſos complectitur, qui in Senatu ſunt, ita, ut nec ipſe quidem Conſul per ſe ſit Status Civitatis, ſed totus Senatus Univerſitatem repræſentans. Vulgò Civitates Imperiales dividuntur in liberas & ſimpliciter Imperiales, non abſolutè, q. omni ex parte liberæ, nullique prorſus ſubjectæ eſſent, nullum omnino Superiorem recognoſcentes, ſed ſecundum quid, quatenus & ipſæ à Principum & Statuum Imperio liberæ, im̃ediatè Imperio parent: unde illorum libertas non eſt independens; dependent enim à Cæſare & Imperio, ſed tantum immediata. (N.239.) Quo ſenſu quoque die freye Reichs-Ritterſchafft celebratur. (No.240.) Niſi velimus illud diſcrimen ad initium Urbium referre, quod quædam ab Impp. ut immediatæ conditæ, dictæ fuerunt Kayſerl. Reichsſtädte; quædam verò ex mediatis libertate poſtea donatæ, hinc liberæ freye Städte nuncupatæ ſint: hodie autem diſtinctio hæc in re ipſa parum attenditur. (No.241.) Dici & hoc poſſit, quod liberæ Civitates inde velint ſic vocari, quod Majoribus forte privilegiis gaudeant, quàm Imperiales, quamvis in com̃uni libertatis & immedietatis ſignificatu nulla differentia ſit. Ratione Religionis Civitates Imperial. diſtiguuntur in puras & mixtas: illæ dicuntur, in quibus una eſt religio, Ro-

mano

mano-Catholica vel Evangelica; Mixtæ, in quibus utriusque religionis exercitium publicum viget. (No.242.)

Omnes autem in Comitiis Imperii univerſalibus peculiarem & proprium Senatum conſtituunt in duo ſcamna, Rhenanum ſc. & Suevicum, uſitatè potius, quàm accuratè, (N.243.) propter Circulum Franconicum & Weſtphalicum diviſæ. Scamno Rhenano inſident: Colonia Agrippina, Aquisgranum, Lubeca, Wormatia, Spira, Francofurtum ad Mœnum, (Argentoratum, Hagenoa, Colmaria, Seleſtadium jam à parte Regis Gall.) Goslaria, Brema, Mülhuſium in Thuringia, Nordhuſa, in Thuring. Weiſſenburgum Sebuſiorum, Landavia, Superius Ehenhemium, Cæſareo-Montanum, Monaſterium in S. Georgii Valle, Roshemium, Turckhemium, ſed & hæ 6. Civitates ex parte Regis Gall. Dortmuida Tremonium, Fridberga, Wezlaria, Gelnhuſa, &c. In ſcamno Suevico conſident: Ratisbona, Auguſta Vindelicorum, Norimberga, Ulma, Eslinga, Reutlinga, Nordlinga, Rotenburgum an der Tauber, Halla Suevorum, Rotvvila, Uberlinga, Heilbronna, Gemunda, Memminga, Lindavia, Dunckelſpühla, Biberacum, Ravenſpurgum, Suinfurtum, Campidunum, Winshemium, Kauffbeura, Wila, Wangena, Usna, Pfullendorff, Offenburgum, Leutkircha,

Wimpina , Weiſſenburgum in Nordgoia, Giengen, Gengenbachium, Zell an Hamerſpach, Buchornia, Ala , Buchovia , Bopfinga.

Origo harum Civitatum ambigua, in qua tamen indaganda, diſtinguendum venit inter tempora , quibus condi , & quibus liberæ & immediatæ fieri cœperunt ; diſpar enim utriusque ratio eſt: quando autem præcisè iſta libertatis jura acquiſiverint, certò determinari nequit, nec uno tempore hoc factum eſſe legitur. Nonnulli referunt ad Caroli M. tempora, aliique ad Henr. IV. Frid. I. & II. ætatem. A diverſis Cæſaribus titulo oneroſo vel lucrativo illa obtinuerunt, maximè verò extinctâ Ducum Sueviæ Familiâ plures , quæ hodie prædicto ſcamno Suevico ſpectantur, ad immedietatem pervenerunt. (No. 244.) Similiter, quando primùm ad Comitia vocari cœperint Civitates Imperii, pariter controverſum eſt. (N.245.) Adjecimus definitioni quoque potiſſima Civitatum Imperialium Jura, nim. jus Seſſionis in Comitiis, & tam deciſiva, quàm conſultiva ſuffragia ferendi, quæ q. propria in Comitiis Statuum Imperii nota, imò eſſentialis forma, indeque ejus indubitatò Civitates Imperiales ſunt participes hoc artic. & §. tam in univerſal. ubi ipſis votum deciſivum antea à nonnullis (No.246.) diſputatum diſertè confirmatur; & res penitus definita eſt, niſi quod

in

n ſimultanea Re-& Correlatione adhuc difficultates habeat, cùm Sereniſſimi Dnn. Electores & Principes Civitatum Curiæ anno 54. reſponderint: uſum & exercitium voti deciſivi non conſiſtere in eo, q. Urbes ad re- & correferendum ſimul debeant admitti, ſed in eo, quod etſi claſſes Electorum & Principum conſenſerint invicem, tamen concluſum eſſe nihil dici poſſit, priusquam etiam urbium conſenſus accedat, cùm majora vota in Comitiis non ſecundum claſſes computanda ſint, & ubi diſſenſ. res ad Cæſar. Maj. deferatur. (No.247.)

Civitatibus verò Imperialibus votum competere deciſivum XIX. corroboratur rationibus & fundamentis à Knipſchild. in egregio volum. denuò edito & aucto; (N.248.) Nos ut Æthnam in collem contrahamus, nec nihil ex illis floribus noſtros favos conferamus, notabiliora hîc annotare operæ pretium duximus. Prima igitur ratio eſt, quòd in Comitiis de negotiis agatur publicis, & maximè de Imperii oneribus, quorum magnam partem ipſæ Civitates Imperial. ſuſtinere tenentur; commoda ergo eos ſequantur, quos ſequuntur incommoda. Dein Civitates Imper. eſſe deterioris conditionis, quàm Municipales: itemque quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet; in rebus verò concernentibus univerſitatem ut ſingulos, omnes

 con-

conſentire debent. Porro Receſſus Imp. habent vim contractus, ut pat. ex eorum princ. & fin. Si itaque Civitates iisdem obligari debent, neceſſariò quoque ad eosd. earum conſenſus requiritur: Eædem aliquando etiam aliò inclinarunt, quandoque etiam ſententiam ſuam Imperatori aperuerunt: Imò negotia publ. ab omnibus Statibus agi debent: inſuper in aliis Regnis etiam Civitates ad communia conſilia admittuntur: præterea Civitates fruſtra ad Comitia vocarentur, ſi vocem in iis non haberent: hinc ad Comitia vocantur notoriè ad conſultandum & concludendum: Imò earundem ſubſcriptio conſenſum utique inducit &c. &c. Aliàs quoque ſic in Germania conditæ Civitates & urbes initio eâd. Imperii formâ, quâ aliæ Imperii regiones adminiſtrabantur. Duces nim. vel Comites, & Epiſcopi, hi Eccleſiaſtica, illi Civili poteſtate iis præfecti erant. Reliquæ numero paucæ Impp. immediatè ſubjectæ remanſere, αὐτονομίαν vel Superioritatem nullam habuere. Nam Impp. eodem jure, quo cæteræ Principibus ſubditæ fuere, per Præfectos Imperiales ab illis gubernatæ. Demum poſt Ottonum & partim etiam Henricorum tempora nonnullæ earundem laxiorem libertatem uſurpare cœperunt. (No.249:) Verùm hodierna regiminis Civitatum Imp. forma eſt vel Ariſtocratica, quando Senatus habet om-

nem

nem poteſtatem, omneque Imperium; vel democratica, vel mixta, quando ſimul penes plebem aliqua poteſtatis eminentia reſidet.

Cæterum inter alia jura Civitatum Imper. eximia eſt Superioritas quoque territorialis, & quæ ei cohærent ſublimia jura, quæ in Tractatu Paternorum Conſiliorum latiſſimè deduximus. Et hodie neceſſarium eſt conſecutivum Statuum jurisdictio territorialis, quæ non ratione dignitatis, ſed valoris comparatur cum Superioritate territoriali Principum, unde non Ländsfürſtlich, ſed Landsherrlich dicitur. (NO. 250.) Succedit itidem Privilegium Conſtitutionis Religioſæ, utpote, quæ eſt pars Juris Territorialis, adeoque Civitatum Imp. competit cum Jure Pac. Religioſæ; (NO. 251.) Itemque Jura diætarum & & Conventuum: (NO. 252.) Archivi quod duplex: unum ut ſingulare vi juris territorialis, in quo Documenta, Diplomata, Acta &c. ipſius Civitatis aſſervantur. Alterum commune, ut Status Imperii ratione negotiorum Comitialium, idque duplex eſt pro numero ſcamnorum &c. (NO. 253.) It. Jus Fœderum; (NO. 254.) Legatorum mittendorum: (N. 255.) immediatum Cameræ judicium; (No. 256.) jus tamen Auſtregarum in I. Inſtantia regulariter illis non competit, (No. 257.) & judicando adprobavit Camera Imperialis: (No. 258.)

258.) utut earum interea nonnullæ ſpecialibus Auſtregis ex Imperialibus privilegiis gaudeant. (No. 259.) Præter hæc & aliis etiam ſpecialibus quibusdam privilegiis & prærogativis diverſimodè donatæ fuerunt Civitates Imperiales, quas cujusque Archiva pleniſſimè exhibere poſſunt, de quibus D. Schüz. & inprimis D. Knipſch. (No.260.) conſulendi ſunt, ubi omnia abſolutiſſimè enucleantur & expediuntur, adeo, ut ea ſub incudem revocare, eſſet actum agere.

Membrum XIV. De ſolutionibus debitorum calamitate belli depauperatorum, quoad uſum prædicamentorum methodicum, & quidem 1. ratione ſubſtantiæ conſideratorum. Indagatura Sacratiſſima Cæſarea Majeſtas, & Imperii Proceres, quid juſtum vel injuſtum ſit in debitis ſolvendis, 1. trutinarunt ſubjectum, debitores, per bellum ad inopiam redactos vel uſurarum mole gravatos: dein prædicatum, debitum ſolvendum: & quo pacto hæc invicem ſeſe habeant, accuratiſſimè dijudicarunt. Cumque debitores quidam manſerint ſolvendo, alii ad incitas redacti fuerint, nonnulli gravati ſint mole uſurarum, quidam non: aliqui creditores tranſactis, judicatisve, alii ſolutione jam facta ſibi ſatis proſpexerint, viſum fuit, juſtum eſſe, ut debitoribus partim extra ordinem, partim jure ſingulari ſuccurratur, & hoc excepto creditori ſecundum ordi-

ordinaria juſti principia ſuum tribuatur. Neque enim prædicatum legis debitum eſſe ſolvendum, ad ſubjectum, hoc eſt, debitores, propter præterita belli tempora æqualiter ſe habet, ſed valde differenter, ut æqualia inæqualibus non fuerint tribuenda. *D. Hahn. in tr. Opusc. aur. ad §. hunc d. Indag. curante* Joh. *Eichelio ad §. demnach &c. No.* 1.

Itaque Conſtitutionis hujus Subſtantia in tribus occupatur, ſubjecto, prædicato, & eo, quod ex utroque conſiſtit, ſive, ipſa deciſione. Subjectum ſunt perſonæ, res, & utriusque circumſtantiæ, quia hæ ſunt, de quibus LL. feruntur, & judicium eſt. Perſonæ hîc Creditores & Debitores: Debitores vel admiſſi, vel non admiſſi. Admittuntur 1. qui belli calamitates perpeſſi, quatenus ad inopiam redacti; 2. qui penſiones aut uſuras debent, quatenus mole illarum gravati. Debitores autem hîc ſunt maximè, quibus de credito & reditibus ac uſuris negotium fuit, non etiam, qui debent ex delicto. Debitores admiſſi ſeparatè & conjunctè conſiderantur. Separatè tales ſunt ſinguli in Imperio Romano-Germanico privati, & non privati; etiam ipſi Proceres Imperii: ſunt & alii cujuscunq; ſexus, ætatis, nobiles, ignobiles: conjunctè debitores ſunt univerſitas, collegium, corpus &c. Id. d. tr. ad §. nachdem auch &c. num. 8. cum ſeqq. Creditorum nomine quinam hîc ve-

veniant? v. p. 249. debitor quis ſit in hac Lege? p. 84. Creditores admiſſibiles qui? p. 356. 21. & 22. Aliàs quoque debitores in triplici ſunt differentia, primumque genus eſt eorum, qui adhuc poſt bellum ſolvendo ſunt; ſecundum genus adhuc ſolvendo exiſtentium; & tertium genus eorum debitorum, qui belli tempore fuerunt locupletati. (NO.261.) Quis verò probare debeat, debitorem non ſolvendo, & belli calamitatibus depauperatum eſſe? Reſp. niſi ſit notoria depauperatio, debitori incumbit: ratio, quia fundamentum intentionis ſuæ quilibet probare debet; itemq; hoc ipſo, quando debitor intendit, ſe facultatibus lapſum eſſe, vel deſiiſſe ſolvendo eſſe, tacitè fatetur, ſe quondam divitem fuiſſe; (No.262.) Modos probandæ paupertatis verò vid. ap. Maſcardum, (No.263.) qui inter cæteros ſe refert etiam ad librum æſtimii, Inventarium & bonorum æſtimationem. Cur autem bello inopes facti gaudeant beneficio Conſtitutionis Imperii ad §um de Indaganda? Ratio hujus novæ Legis eſt expreſſa, belli calamitas; cum enim ex bonis ſuis coacti ſufferre bellicas collationes, & ſuſtinere omnes belli diras, ad inopiam redacti fuerunt, indultu aliquo & levamine, gratiâ digni habentur, innuente quoque ipſo Receſſu Procerum Circuli Inferioris Saxoniæ, quod etiam vel argumento Nov. 147. & 163. juſtum,

Ethi-

Ethica ratione, non quidem ex juſtitia particulari, ſed univerſali, ex clementia, humanitate, charitate: atque ut pro lege ſit, imponi civibus poteſt, & ex facultate Legislatoria & ex dominio, quod Majeſtati circa bona civium competit, ſupereminente.

Cauſæ finales hujus Conſtitutionis Imperii tres: I. eſt communis ſalus, incolumitas, utilitas; II. ſecuritas creditoris & debitoris; III. eſt publica tranquillitas: hæque exprimuntur verbis prooemii finalibus ʃʃ. nachdem auch &c. p. 35. ap. præalleg. D. Hahnium d. tr. Quid per Inſtrumentum Pac. denotetur? & cur Inſtrumentum dicatur? Quoad illud, indigitatur per illud Cæſareo-Suecica Transactio illa anno 48. d. 24. Octob. poſt ſuperatum graviſſ. bellum facta, toto orbe celeberrima. Nomine Inſtrumenti, quoad hoc, venit, quod literis conſignata inſtar Inſtrumenti obligationis & ſubſcripta ſit. D. Hahn. No. VII. ap ʃʃ. Soviel nun &c. p. 331. Conſtitutio hæc eſt ſanctio Pragmatica bona; utilis; neceſſaria; ſingulare beneficium; lex tollens & mutans; juſta eſt juſtitia univerſali; generalis; dependens à Poteſtate Majeſtatis in bona Civium; æquitati conformis; Municipalium Civitatum Statuta contra illam eliminanda ſunt; meminit ſolùm uſurarum ex contractu mutui & emptionis annuorum redituum; non obtinet in rerum incorporalium Vindi-

cationibus, præſcriptione vel uſucapione; eſt odioſa ſecundum quid; excluditur ab ea cenſus irredimibilis quoad ſortem, it. cambium, ſtipendia, mercedes famulorum, contractus mercatorum; Judæi ab illa non excluduntur, ſed hæredes & fidejuſſores; arcendi etiam ab eadem defraudatores; it. qui mixtim in paupertatem inciderunt; absque culpa autem beneficio illius digni ſunt. Id. paſſim d. tr. & cit. loc.

II. Ratione Quantitatis: Mora & negligentia debitoris regulariter meum debitorem non excuſat, quò minus ſatisfaciat mihi creditori ſuo; idque propterea, ſi ad tertium i. e. debitorem debitoris reſpiciamus, quia factum cuivis ſuum, non aliis nocere debet, & mora cuilibet ſua eſt nociva: (NO. 264.) dolusque ei tantum nocere debet, qui eum admiſit, non alteri; (NO. 265.) neque debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, nemoque alterius odio prægravari debet: (No. 266.) Ex parte verò mei debitoris, propterea, quia ſi me à limine judicii repellere deſiderat, debet oſtendere vel obligationem extinctam eſſe, vel ſuſpenſam: dein exceptiones debet ex jure ſibi competente, vel ex facto ſuo depromere, non ex alieno; nemini namque de jure vel facto tertii facile datur exceptio. (No. 267.) An autem ceſſante pacto vel peculiari ſtatuto Creditor poſſit inſtare,

re, ut Judex compellat debitorem non ſolvendo exiſtentem ad præſtandum opus & ſerviendum tantisper, donec ei ſatisfaciat? Affirm. ex l. fin. c. d. captiv. & poſtl. rev. l. 43. §. ult. de Leg. I. l. 20. §. 2. ff. de A. H. & plura argumenta adducit D. Manz. (No. 268.) Ad quid verò teneantur illi debitores, qui calamitate belli non omnino quidem bonis exuti, ſed eò deducti ſunt, ut nihil ferè, niſi immobilia poſſideant? nam qui prorſus nihil habet, ad impoſſibile non tenetur, (N. 269.) nihilque prorſus ſolvere debet; Is autem, qui omnia adhuc habet, ad univerſa exſolvenda tenetur: Ergò, qui parum habet, parùm debet, & qui aliquid ſaltem habet, ad aliquid ſaltem præſtandum tenetur, argumento petito à toto ad partem. (N.269.) Quoad ſortem ea non eſt minuenda, nec tamen exigenda ante triennium, & adhuc per ſeptem annos ad ſolvendum conceſſa dilatio ac particularis ſolutio, & datio alterius in ſolutum; excluſus tamen hîc prodigus debitor & culpoſus, & inops creditor. Quid juris verò in Inſtrumentis Obligationum per vim extortis? Legatur Litera Inſtrumenti P. Quoad uſuras, remiſſæ illæ ſunt usque ad quartam. Quomodo autem illa ſolvenda? inſpiciendus idem tenor I. P. ſorte ante 10. annos ſolutâ, quarta illa nihilominus pendenda eſt. (No. 271.) Quomodo æſtimetur, quantum quis

fa-

facere poſſit, & quid in genere loquendo debitoribus privilegiatis relinquendum? Ad primam partem quæſtionis reſpondet Paulus JCtus in l. 173. ff. de R. I. & l. 19. §. 1. ff. d. re jud. conf. l. 30. eod.

Ad alteram partem quæſtionis reſpondent communiter Dd. attendendum eſſe ad tria: 1. ad perſonam debitoris: 2. ad tempus vel ætatem illius: 3. ad res, facultates ſive quantitatem debitoris, quos Dd. citat D. Manz. dec. 3. quæſt. 3. n. 9. cum ſeqq. Quid & quantum in ſpecie relinquendum ſit debitoribus diverſæ conditionis & ſtatus? Quid vigore privilegii ſui retinere poſſint illi, qui non ulterius conveniri queunt, niſi in id, quod facere poſſunt. Quo in loco occurrunt Eccleſiæ, Monaſteria, Hoſpitalia, Principes, Civitates & Reſp. Nobiles, & Doctores, ac denique privati quilibet: de quibus ſingulis ſigillatim Id. dec. 3. q. 4. n. 84. cum ſeqq. usque ad fin. Creditor inops an ſit, quomodo inquirendum? quis? & quatenus ab hac Conſtitutione exemtus? Inops debitori inopi præferendus; non tenetur inſtrumentum obligationis tradere debitori, nondum ſolutis uſuris, ſorte licet ſolutâ. D. Hahn. d. tr. p. 327. 323. 329. & 425. Inops factus & uſuris gravatus in quo conveniant & differant? Id. p. 70. 32. debitoris indigentia juvanda. p. 252. Cur eid. triennium indultum? Id. p. 254. Quinquen-

quennium cur illi non fuit indulgendum? Ibid. Curá ſeptem anni indulti? p. 271. Debitor nil lucratur, ſi retinet tres quartas uſurarum: p. 361. 61. debitor remiſſam uſurarum duaram reſtituere non tenetur, etiamſi ad pinguiorem fortunam pervenerit: p. 390. Quibus hæredibus tres uſurarum quartæ ſunt remiſſæ, & ob quas cauſas? p. 394. Debitori non facilè auferenda optio ſolvendi reſiduum uſurarum intra tres vel quatuor annos: p. 422. 12. Holſati beneficium uſurarum reſiduarum quartæ recipere noluerunt: Id. p. 409. Megapolitani itid. beneficium uſurarum reſiduarum quartæ recipere noluerunt: Ibid. Moratorium ad tres annos an iniquum? Id. p. 251. obtinet in reditibus ac uſuris: p. 255. An & in debit. ex empt. venditione, locatione & conduct. obtineat? Ibid. Moratoria omnia per hanc Imperii Conſtitutionem caſſantur: Id. p. 469. In Mutuo per Receſſum Wormatienſem quincunces ſtatutæ: p. 434. 21. penſionum, uſurarumq; moles minuitur hac Conſtitutione: p. 69. 27. Poſſibilitas quid? ex circumſtantiis æſtimanda, & quomodo attendenda in amicabili compoſitione? Id. p. 190. 197. Prodigus in hac Conſtitutione quis vocetur? duplex eſt; prodigus & negligens in certo caſu ad beneficium hujus Conſtitutionis admittuntur. Id. p. 311. & 383. Prodigalitas latè hîc accipitur; variæque ejus ſpecies: p. 311.

cum

cum ſeq. Quartæ uſurarum tres quibus debitoribus; & quare ſunt remiſſæ? p. 394. Quartæ uſurarum ſolutio cur particularis? 395. Quartæ uſurarum reſiduarum ſolutia intra X. años proximos à die promulgationis fieri debet: p. 405. ei totum decennium eſt indultum: p. 411. annisque ſingulis decima pars ejus eſt ſolvenda: quartæ ſolutio ſtatim iucipit currere à dato Conſtitutionis: p. 421. 6. ejus reſiduum intra tres vel 4. annos ſolvendum: p. eod. 9. Redituum annuorum prætextu horrendæ uſuræ ſunt inventæ: p. 435. 18. Conſtitutiones Imperii in annuis reditibus quincunces conſtituerunt: p. 433. 19. renunciatio debiti vel fit intra 7. annos vel non: p. 269. & ſeqq. 280. Rettungsmittel quid denotent? Id. p. 324.

III. Ratione Qualitatis: ſi debitor calamitoſus notoriè non ſolvendo exiſtens, & quidem fortunâ adversâ ſic volente, non poteſt, nec debet mitti in carcerem, non tantùm pœnalem, ſed ne tædialem quidem: Ratio Ima eſt in l. 2. C. d. exec. trib. Ratio IIda, quia non-entis nullæ-ſunt qualitates, & privatio præſupponit habitum: (No. 272.) ratio IIIa, & ſi tunc, cum petitur id, quod alicui prodeſt, & nemini nocet, facile ſit concedendum: (No. 273.) quod ipſum ſecus fit à Creditore. (No. 274.) Quid verò requiratur ad hoc, ut debitores ob debitum civile carceri, præ-

præſertim pœnali poſſint includi? 1. ut debitum ſit efficax, non civile, vel naturale tantum, purum, non conditionale: 2. ut debitum ipſum ſit liquidum: 3. ut ſententia prius ſit lata: 4. ut debitor non ſit ſolvendo: 5. ut prius fiat excuſſio bonorum. (No. 275.) Quinam autem debitores liberi ſint & imunes ob civile debitum ſubeund. & an in ſpecie calamitate belli depauperati? Iterum D. Manz. admodum prolixè. (No. 276.) Quid requiratur ad hoc, ut debitores beneficio Novellæ 135. gaudeant, & à ceſſione bonorum liberi ſint & immunes? Ima Conditio, ut debitores calamitoſi jurent, ſe nihil habere, unde ſolvant; IIda, ut præſtet cautionem juratoriam de ſolvendo, ſi ad pinguiorem pervenerit fortunam: IIIa, ut debitor cedat creditori actiones, quas contra ſuos debitores habet. (No. 277.) Quibus in caſibus ceſſet beneficium Novellæ 135. ita ut debitores depauperati, adhuc hodie bonis cedere & carceres ſubire cogantur & idem ponit 8. Limitationes. (No. 278.) Utrum verò debitor, qui calamitate belli ad inopiam redactus fuit, poſſit bonis cedere, ſi velit? D. Manz. 8. rationes dubitandi, & totidem decidendi cum reſponſionibus ad illas adducit. (No. 279.) Itemque, utrum in debitoris arbitrio & poteſtate ſitum ſit, prædia ſua invitis creditoribus in ſolutum dare, ſi ipſe velit? Aff. per tx.

evi-

evidentiſſ. in Nov. 4. c. 3. in his ipſis terminis loquentem. Si verò Debitor dicat, ſe eſſe factum non ſolvendo, Creditor autem hoc neget, quis probare debeat? Rationes pro Debitore contra Creditorem urgentes; & Rationes contra Debitorem pro Creditore facientes adſunt, hæcque ſententia probatur, & in Praxi quoque recepta. D. Hahn. ad §. Setzen demnach &c. No. 1. num. 39. cum aliq. ſeqq. Non admittantur hîc Debitores 1. qui gravati mole uſurarum, habent unde ſolvant, 2. qui ex bello ad inopiam non redacti, ſub NO. 69. Ratio adducitur ſub NO. ſeq. Alterum ſubjectum ſunt res, ſc. debita ex obligatione ex contractu profecta: in ſpecie ſors, penſiones, uſuræ, intereſſe, debitum hujusmodi eſt ex annuis reditibus, cenſu, mutuo: an ex aliis cauſis? penſio, uſuræ, intereſſe quid? Intelligenda hæc de debitis, quæ bello durante, & poſt, usque ad editam hanc Legem contracta ſunt. Id. n. 94. cum aliq. ſeqq. Credita quæ hîc ſint? p. 454. it. debita quæ ad hanc Leg. ſpectent? p. 102. 106. Illorum diverſitas. p. 199. Qualis autem debitoris ſoleat eſſe Status? v. pag. 198. Debitor prodigus vel culpâ bonis lapſus excluditur ab hac Conſtitutione. p. 309. Debitores qui Creditores ſuos defraudant, quales ſint? tr. p. 314. Accenſentur prodigis & utiliter arceantur à beneficio ſortis particulariter ſolvendæ, & à moratorio decennali,

pag.

pag. 316. egeſtas illorum non attendenda. Ibid. Debitores qui fortunâ adverſante quidem, ſed ſuo etiam vitio, belli tempore facti non ſolvendo, An & quatenus Lege hac gaudeant? v. p. 317. Qualis autem Debitor ead. Lege ſit ſolutus? tr. p. 324. Si Debitor poſt rem judicatam bonis lapſum ſe probaverit, hujus conſtitutionis beneficio utetur: p. 447. 13. Debitoris alicujus Status æque miſerabilis eſſe poteſt, quàm piæ cauſæ; pag. 465. 17. Qualis it. fidejuſſor hîc intelligatur? vid. p. 458. Fidejuſſores quà tales ab hac Lege excluduntur: p. 280. Quando Fidejuſſor extra Imperium condemnatur & ſolvere cogitur, conſtitutio hæc locum non habet: p. 461. 13. Ratione uſurarum, quas à Debitore exigit pro ſorte & uſuris ſolutis, hujus Leg. deciſioni eſt ſubjectus. p. 461. 14. Quænam belli tempeſtate mutuata hîc excipiantur? Id. tradit pag. 451. Pacta circa hanc Conſtitutionem ſunt neceſſaria: p. 412. 73. Paupertas quid ſit? p. 372. Quomodò hîc ſumatur? p. 374. Quænam hîc intelligenda? & unde accerſi ſolet? p. 378. Interdum notoria eſt, interdum difficilis probatu: p. 387. JCti varios modos requirunt ad probandam paupertatem. p. 387.

IV. Ratione Relationis: An Debitores inopes ſuis Creditoribus extra cauſam peculiaris pacti vel ſtatuti, per ſententiam Judicis ad operas addici poſſint vel debeant? diſt. inter

Debitores, qui adverſa fortuna & propria malitia ad inopiam devenerant. In hoc poſteriore caſu aliquot aff. concluſiones D. Manz. (No. 280.) Cui verò probatio incumbat, ſi Creditor & Debitor ſuper pinguiore fortuna litigant? Diſtinctio quædam adhibenda, & illud probè inſpiciendum, utrum Creditor agat prima vel ſecunda vice? dein, utrum ſe fundet in obligatione ſua; An verò in locupletatione & pinguiore fortuna Debitoris ſui? (No. 281.) Cum verò uni favendum non ſit, ut alteri fiat injuria, ne Debitoribus ita favendum, ut Creditores nimium graventur; utrorumque jura & conditionem exactius noſſe & ponderare oportet, cum nec pari ſemper ſint animo, nimirum Creditores quandoque præter modum æris memores, ſeveriſſimè Debitores urgent & inſectantur: contrà Debitores ingrati, & beneficii accepti, & diei ſolutionis facile obliviſcuntur. Tholoſ. in Synt. jur. univ. lib. 2. cap. 2. Sunt & Creditores, qui ab avaritia & intemperata habendi cupiditate ſibi patiuntur imperari, Debitores verò perfidiâ & pervicaciâ reguntur. Alii rurſus Debitores, calamitate belli, caſuque fatali facultatibus lapſi; quos leges juvant, hominumque commiſeratione dignos judicant; Alii autem luxuriâ, nimiaque bonorum ſuorum prodigalitate in infortunium conjecti, veriti, ne quidquam uxori ac liberis relin-

relinquendo, anſam ſuper teſtamento concertandi, iis præbeant, quos jura caſtigant. Sunt porro quandoque contumaces, ſat argenti habentes, ac nihilominus moram palliô calamitatis tegentes, quorum petulantia uſuris ac pœnis coërcenda. Nonnunquam etiam ſortem confeſſatam uſuris Debitores amplificare nituntur, dedecori haud magno ſibi habentes, uſurariâ pravitate notati.

Ita ſc: diverſæ Debitorum ac Creditorum qualitates Æquilibrium reddunt difficilimum, in quod ne impingamus, obſervandum, quod Æquilibrium inter Debitores & Creditores verſetur: vel 1. circa Exſolutionem ipſius ſortis, unde adminiculum Debitorum ſive bonis lapſorum, ſive adhuc ſolvendo exiſtentium: Ium in reductione monetæ, ad valorem, qui fuit tempore contracto, conſiſtit: IIum adminiculum, quô Debitores depauperati nimio collectarum onere ſublevantur: Adminic. IIIium iis proficuum debitoribus, qui ex fructibus perceptis ad præſtationem obſtricti: quales ſunt: 1. Venditores annuorum redituum; 2. Conductores prædiorum ex ſterilitate, aliove caſu fortuito damnum perpeſſi; 3. Succeſſores feudi ad penſiones dotalitii ex prædio vaſtato præſtandas compulſi; 4. Emphiteutæ remiſſionem canonis ex cauſa ſterilitatis, aliave juſta urgentes. IVum Adminic. eſt Debitoribus bonis cedere volentibus ſubveni-

veniens: Vtum Adminic. contra licitatores pretium nimis vile pro bonis ſubhaſtatis offerentes: VItum Adminic. quô Civitatibus ſuccurritur, mutuo in earum utilitatem haud verſo: Adminiculum VIIum rigorem executionis contra Civitatem & Adminiſtratores ita attemperans, ut fiat ſalvis ſalariis, & ſumtibus ad conſervationem Statûs neceſſariis: Adminic. VIII. Debitorum, ne Executio fiat in res ad agriculturam pertinentes: Adminic. IX. Conventionem de emto pignore annihilans: X. Adminic. quô variæ conventiones contrahentium iniquæ eluduntur.

Deinde illud Æquilibrium quoque verſatur circa Exſolutionem in exigendis uſuris ac intereſſe, unde frænum Creditoribus uſurariis injectum. I. Ne quidquam ultra uſuras quincunces harum nomine exigatur: II. Ne pretio viliori pecuniam diſtinctis terminis ſolvendam emant: III. Ne uſuræ ultra alterum tantum exigantur: IV. Ne uſuræ uſurarum exigantur: V. In prohibitione Anatocismi conſiſtit: VI. Mulctam aliquam ultra conſuetas uſuras ſtipulari prohibet: VII. Ne ſortis, nomine ac titulo uſuras licitos celent.

Subſequitur denique Præſidium, I. quô Debitoribus calamitoſis ſuccurritur, quod eſt dilatio exſolutionis ad certum tempus: II. eſt Reſcriptum Principis Moratarium: III. Solutio particularis: IV. Remiſſio uſurarum: V.

No-

Nomina Debitorum Activa: VI. Abdicatio bonorum: VII. Datio bonorum in ſolutum: VIII. Æſtimatio bonorum Debitoris, facta ſubhaſtatione, juſta & æqua: IX. Recuperatio & reluitio, bonorum diſtractorum: X. Adminiſtratio vel Sequeſtratio bònorum, utrorumque nomine ſuſcepta: XI. Jus Competentiæ: XII. Pecunia executionis Debitores etiam ſublevat.

Quis verò eſt modus, quæque ratio Æquilibrii exercendi? Primò notum, quod Judex habita circumſtantiarum cognitione, & qualitatibus tam quoad perſonam Debitorum, quàm Creditorum, amicabilem inter eos tentare debeat compoſitionem: 2. conſideretur conditio Creditorum, quorum non minus ac Debitorum intereſt, modum & temperamentum illius juſtum ſervari, ne unius commodum alterius incommodo cedat: 3. quoad viduas, orphanos, alumnos, cauſas pias & alias miſerabiles perſonas, ne nimius Debitoris favor duram illis afferat miſeriam, & jam afflictum magis affligat: 4. attendendus modus Æquilibrii ex natura & qualitate ipſius debiti, cujus ea quandoque eſt conditio, ut nullam admittat executionis ſuſpenſionem, ſc. reſtitutio dominii vel rei depoſitæ &c. 5. An res Debitorum ita ſe habeat, ut uno vel altero præſidio extraordinario ſive exorbitante utiliter ipſis poſſit ſuccurri? 6. tandem

circa præſidium quartum & undecimum, quibus uſuras debitoribus remittendas, vel ſaltem de alimentis proſpiciendum, id monitu dignum, ne hoc in infinitum extendatur. (No.282.) de terminis & modo juſto levaminis inopum debitorum confer. quoque Mev. part. 4. deciſ. 168. per tot. & ejusd. peculiar. Tr. de Levamine inopiæ debitorum. Præterea ſciendum, quomodo piæ Cauſæ differant à privilegiatis cauſis? D. Hahn. d. tr. pag. 463. 4. Et magnus quidem piarum cauſarum favor, ſed ſine injuria tertii. p. 464. Quare de his cauſis nihil certi in hac conſtitutione ſtatutum? Ibid. Solutio particularis, gravia ſecum ferens incommoda, quare hoc loco nihilominus conceſſa? p. 273. cum ſq. Circumſtantiæ ſolutionis partic. p. 275. 6. In quo differat à ſolutione ordinaria? Id. p. 277. Cauſa ejus finalis eſt ἀναργυρεία. p. 289. Cur ultra decennium non duret? v. pag. 304. Particularis quartæ uſurarum & in Creditoris & in Reip. utilitatem cedit. p. 396. Solutioni partic. 4tæ uſurarum reſid. totum decennium indultum eſt. p. 411. Jure aliàs ordinario debitor ad integram debitam ſummam ſolvendum eſt adſtrictus, non particularem ejus ſolutionem: &c. &c. per varias rationes fuſiſſimè D. Hahn. c. 2. d. penſ. N. 1. p. 398. cum ſeq. An de ſorte quid Creditori detrahendum? & quotupliciter minuatur? p. 220. Sors & uſuræ ſolutæ

quare

quare excipiantur ab hac Conſtitutione? p. 449. Tranſactiones quænam in hac Conſtitutione exceptæ? p. 441. Caſus à Tranſactione exceptus & cauſa hujus exceptionis. p. 443. 14. & 444. 17.

Modus amicabilis compoſitionis conſiſtit in duobus extremis, quorum primum Poſſibilitas eſt; alterum Æquitas: illa ex principiis humanæ actionis; hæc ex fundamentis benignæ juſtitiæ promanans, arg. 5. Eth. 14. in f. 2. Eth. 4. 1. M. Moral. 11. 12. Hinc Debitori per belli incommoda bonis lapſo, à Creditore in amicabili tractatu nonnihil remittendum: Creditori ſe ipſummet inopem oſtendenti nihil detrahendum: Ut enim ille integrum ſolvere non poteſt; ita nec huic poſſibile eſt, cavere, quibus opus habet. D. Hahn. d. opuſc. ad §. Setzen demnach &c. No. III. Uſurarum mole gravatis prodeſt hæc Conſtitutio. Id. p. 68. Quidnam hi ipſi probare debeant? p. 79. ſi antea juramento debitum ſuum confirmarunt, à beneficio hujus Conſtitutionis excluduntur. p. 92. 84. Cauſæ, cur nihil de uſuris detrahendum? p. 358. Uſurarum ſublatio generalis, quoad tres partes, dupliciter poteſt intelligi. p. 366. q. 3. Non currunt ultra alterum tantum. p. 367. q. 8. Tres uſurarum 4tæ quibus debitoribus ſint remiſſæ, & ob quas cauſas? p. 394. Quartæ uſurarum ſolutio quare ſit particularis? p. 395. Uſurarum reſidua-

rum 4tæ ſolutio intra X. annos proximos à die promulgationis fieri debet. p. 408. Quartæ ſolut. particularis initium à dato Conſtitutionis hujus fieri debet. p. 408. Quartæ uſurarum reſiduarum ſolutioni totum decennium indultum eſt. p. 411. Singulis annis decima ejus pars eſt ſolvenda, niſi aliter convenerit. p. 411. Uſuræ ex mora ordinario jure non debentur, ſorte extinctâ, niſi creditor eas reſervarit. pag. 426. 22. Uſurarum modus quomodo exceditur? p. 368. Uſuræ quænam poſt hanc Conſtitutionem ſolvendæ? p. 430. Beneficium ſublatis tribus quartis uſurarium, extenditur tantum ad tempus hujus Conſtitutionis publicatæ. p. 430. Uſuræ mordaces ſaltem in Conſtitutionibus Imperii prohibentur. p. 436. 24. It. quæ prætextu annuorum redituum irrepſerunt. Ibid. 25. Noviſſima Conſtitutio Imperii omnes uſuras ad quincunces redigit. pag. 437. 28. Uſuræ ſolutæ quare excipiantur ab hac lege? Id. p. 449. Modus Uſurarum ab Imp. Juſtiniano ſtatutarum, ante Receſſum Wormatienſem in Imperio Romano-Germanico non fuit ſublatus. p. 435. 22. Eſtque à plerisque Imperii Statibus receptus. Id. pag. 437. 27.

V. Ratione Actionis: Idem D. Hahn. d. tr. c. 2. de Penſionibus N. 11. Verb. Wir haben vor gut angeſehen oder gefunden &c. Quæ formula eò reſpicit, quia multa & varia media

dia

dia juvandi & Creditores & Debitores ſec. ductum Inſtrumenti Pac. hoc §ſo non tantùm à Conſilio Aulico Cæſaræo, & Imper. Camera Spirenſi, verùm etiam à Statibus Inclytis Imperii fuerint in medium propoſita & ſuppeditata, ex quibus hoc potiſſimum, prævia ardua deliberatione Statuum , ſit electum , & à Cæſ. Maj. adprobatum , nempe , daſz beſagter von allen caſſirten Zinſen überbleibender ein vierdter Theil nach zehen à dato dieſes Reichs- Abſchieds angefangen &c. &c. Quâ quidem Sanctione á Jure Ordinario ſecundum Moralia principia juſtitiæ particularis longiſſimè eſt receſſum : 1. quod 3. quartæ uſurarum prorſus ſint ſublatæ & irritæ factæ: 2. quod ſaltim una quarta reſervata: 3. quod ordo ille, qui in l. 1. ff. d. ſolut. præſcriptus, ſc. quoad uſuras & ſortem, ſit prorſus ſublatus: nam & arbitrium Debitoris in quam cauſam velit ſolutum, in uſuras, an ſortem; non minus etiam arbitrium Creditoris, in quam cauſam velit acceptum, in uſuras vel ſortem, omnino eſt ademtum: 4. etiam id, quod in l. 5. §. 2. & 3. habetur, ff. d. t. de ſolut. nimirum, quod prius in uſuras ſolutum intelligatur, & quod ſupereſt, de ſorte decedat, immutatum. Quamvis reliquam diſpoſitionem in l. 1. 2. 3. 4. 5. ff. d. ſol. quod ſc. ſolutum ſemper in cauſam graviorem , quæ debitorem magis gravat & premit , aut antiquiorem

hanc Conſtitutionem, caſibus ſic emergentibus, vel mutatam vel ſublatam eſſe non dixerim: 5. quod quarta illa reſervata non ſimul ex una vice ſit ſolvenda, contra l. 5. §.2. ff. d.ſolut. Verùm claris verbis econtra ſanctum eſt, quod ſaltim quarta illa uſurarum reſiduarum ſit ſolvenda: 2. partialiter ſive particulariter: 3. non ante ſortem; ſed 4. cum uſuris X. annis computandis: Et tamdiu 5. ſolutione illa continuetur, donec integra fuit ſoluta. Quæ omnia non minus Legis Publicæ habent vigorem, quàm alia à Majeſtate Civili Statuta; & juſta ſunt, ſi non juſtitia particulari, certè univerſali, quæ illi longè eſt præferenda; quapropter Judex tenetur tam ſec. hanc Conſtitutionem, quàm alias omnes in Corpore Juris & Conſtitutionum Imperii contentas judicare, & Creditores & Debitores mediante executione & pœnis ad eam ſervandam cogere, niſi litem ſuam faciat, & non Syndicatu teneri velit.

Quænam autem Actiones & Exceptiones ex illa dentur? Sanctio cujuslibet Legis pars eſt quàm maximè neceſſaria; per illam enim Legi inditur poteſtas obligandi, quâ ad ejus obſervationem cives ſive ſubditi adſtringuntur, & illi, qui contra eam contumaciter veniunt, puniuntur propter l. 7. ff. de LL. Hinc Imperator noſter Semper Auguſtus Procerum Imperii Conſenſu ita edicit: Dieſer Unſer

biſz-

biſzher geſetzter Verordnung (intelligit Diſpoſitionem,) ſoll allerdings nachgegangen, und darüber ſteiff und feſt gehalten vverden: h. e. ſec. Eam & Status Imperii, qui alias Conſtitutiones non promulgarunt in ſuis ditionibus, & Judices Imperio Romano-Germanico ſubjecti judicare tenentur, eamque pœnalibus judiciis defendere. Obligatione verò poſitâ, neceſſe eſt poni quoque Actiones & Exceptiones. Quoniam Obligatio & Actio fere Correlativa ſunt, l. fin. ff. d. Acceptil. Quapropter ex hac Lege præſenti & actiones & exceptiones dari nullum eſt dubium, quibus & Status Imperii & Ordines cujusque Provinciæ & Subditi inter ſeſe experiri & ſeſe tueri poſſunt. Uti verò ex hac Lege datur experiri volentibus Condictio certi, Imploratio Officii Judicis, Remedium l. ſi contend. ff. de Fidejuſſor. actio mandati contraria: Ita quoque conventis datur Exceptio non competentis actionis, vis, metus injuſti, petitionis plus tempore, transactionis, ſolutionis, Rei judicatæ & executioni datæ, compenſationis in continenti liquidandæ, & ſi quæ ſunt his ſimiles, prout negotii qualitas, de quo in judicio controvertitur, patitur aut etiam exigit. Omnibus Moratoriis antea indultis, caſſatis & irritatis: & impoſterum etiam non indulgendis, quæ huic Conſtitutioni adverſantur. Ne Creditores du-

duplici onere afficerentur, quô nemo eſt gravandus. l. 4. §.2. ff. ad L. Rhod. de jact. l. Sticho. in f. ff. d. uſufr. leg. l. 34. §. 5. ff. de Legat. Cum grave ſit, quando quis uno onere prematur, at multò gravius, ſi duplici onere oneretur. l. 16. §.3. ff. ad SC. Trebell. Aſt Creditoribus ſat oneris eſt impoſitum, dum renunciatio ſortis intra triennium interdicta; 2. ſolutio ſortis particularis intra ſeptennium permiſſa; 3. quartæ uſurarum extinctæ; 4. quartæ illius intra decennium ſolutio conceſſa; Imò 5. & quarta hæc remittenda, ſi Debitor probaverit, ſe eam ſolvere non poſſe. Si jam vel tum indulta moratoria, vel paulo poſt indulgenda etiam vigorem ſuum retinere debuiſſent, nimium quantum Creditores fuiſſent gravati: quapropter meritò & indulta caſſata, & impoſterum de aliis non indulgendis promiſſio facta. Idem pag. 469. & p. 366. q. 1. & 92. & p. 448. 16. & 18.

Utrum in genere loq. permiſſum ſit Creditoribus moderno tempore calamitatis exigere ſua credita, & actiones contra ſuos Debitores inſtituere? Ratio à priori eſt iſta: quia ex quo ſemel inceperunt debere ſive Debitores eſſe, & needum ſatisfecerunt, durat adhuc obligatio, conſequenter datur quoque actio. Antecedens probatur, quia nec tempus perimit obligationem, neque calamitates bellicæ; ſunt enim certi modi LLbus conſtitu-

ſtituti, quibus obligatio civilis tollatur, (No.284.) inter quos neque unum ex his recenſetur, neque alterum. Et ſiquidem in ſpecie de tempore velimus loqui, certum eſt, & in Jure expreſsè definitum, quod tempus non ſit modus tollendæ obligationis, (N.285.) Manet proin verum antecedens, quod adhuc hodie duret obligatio, unde facile erit deducere conſequens, quod nim. detur etiam actio. Sequela probatur, quia poſitâ causâ, ponitur effectus; (No. 286.) poſita præſenti obligatione, velut cauſa efficiente, ponitur præſens petitio; (No. 287.) atqui obligatio eſt cauſa ſive mater actionis: (No.288.) Ergo poſita obligatione pura & præſente, ponitur & actio. (No. 289.) Argumentum à poſteriore eſt: ſi hoc tempore de jure datur actio contra debitores, & ea in Judicio proponitur, neceſſe habet Judex eos condemnare, & ad ſolutionem urgere, alioquin facturus litem ſuam, ſi aliter pronunciet, quàm petitum & probatum ſit; (No.290.) niſi poſſint legitima exceptione tueri, & actionem ut ſic elidere, vel differre. Sed tempora eſſe calamitoſa, non eſt exceptio talis in jure fundata, vel ab Interpp. adprobata, quæ vel elidat, vel differat actiones Creditorum: ergo: major eſt in confeſſo, apud omnes peritos; minor eſt negativa, conſequenter improbabilis, (No. 291.) rejicitque probationem in adver-

farium.

ſarium. Ut autem magis eluceſcat argumenti vis, locô tertiæ rationis ſic infero: Lex, quæ jubet Ordinibus ſatisfacere, non diſtinguit inter tempora calamitoſa & non calamitoſa ſive tranquilla. E. neque nos diſtinguere debemus &c. & tamdiu regulæ ſtandum, donec de exceptione vel de caſibus exceptis doceatur. (N. 293.)

Ex hoc §. de Indag. procedit Exceptio Legis Noviſſimæ Imperii, Juri Communi Juſtinianeo plurimum derogans, eaque competit illis, qui per belli calamitatem facti ſunt inopes, quive per multiplices uſuras gravati, & qui beneficium ceſſionis & immiſſiònem in bona ſunt paſſi, re tamen adhuc integra, bonisque nondum adjudicatis aut diſtractis. Beneficium verò hoc ècontrario negatur bona ſua pravè conſumentibus & Creditores defraudantibus; excipitur & inops Creditor. Nec ſufficit ad obtinendum hoc beneficium, ſi Debitor dicit: Non ſum ſolvendo; ſed debet hoc probare, quia illa aſſertio eſt facti, facta autem non præſumuntur, niſi probentur. Probatio verò illa fit vel per juramentum, quia hoc beneficium ſimile eſt ceſſioni bonorum, in qua admittitur juramentum: (No. 293.) aut per teſtes. Sed melius in Judicis arbitrio relinquitur, qui poteſt exigere Inventarium, & ſecundum illud judicare, num Debitor ſolvendo ſit, nec ne? Imp. Juſtinia-

ſtinianus in §.36. I. d. Act. dicit, eſſe quasdam actiones, quibus non ſemper ſolidum, quod nobis debetur, perſequimur, ſed aliquando minus; habent enim aliqui beneficium, ut non teneantur, niſi in quantum facere poſſunt, ut non perducantur ad nimiam egeſtatem: (No.294.) atque hoc ſolemus vocare beneficium competentiæ, fortè ideo, quia talibus debitoribus relinquendum eſt tantum, quantum pro honeſta, congrua, ſive competenti ſuſtentatione & victu neceſſarium eſt. Etſi enim finis actionum omnium ſit, ut unicuiq; jus ſuum tribuatur, & huc omnes LL. tendant, non tamen ſemper æquum eſt, unumquemque debitum ſuum conſequi, ut adverſario totum, quod habet, extorqueatur. Nam aliqui ſunt caſus, in quibus humanitatis rationem habere oportet, ne ſummum jus proſequendo, ſumma fiat injuria. (No.294.) Competit autem hoc beneficium,

VI. Ratione paſſionis, ne reus conveniatur, & condemnetur, niſi in id, quod facere poteſt; certis perſonis ob certas cauſas, & 1. quidem exceptionem competentiæ habent Parentes utriusque Sexûs cum ſuis liberis, ob ipſam conjunctionem ſanguinis & reverentiam &c. (No. 295.) 2. liberi à parentibus conventi propter conjunctionem ſanguinis, alimenta parentum & naturam Correlativorum. 3. Frater adverſus fratrem ob l. 17. ff. de

re

re jud. l. 36. ff. pro ſoc. & l. 1. C. de alend. lib. 4. Socius ob jus quodammodo & vinculum fraternitatis: (No.296.) 5. qui ex liberalitate vel donatione ſua convenitur: (NO.297.) quia nemini debet eſſe damnoſa l. 28. ff. de R. I. 6. Maritus ab Uxore conventus de reſtituenda dote, (NO.298.) propter l. 14. in f. ff. ſolut. matrim. 7. Uxor ex dote, quam promiſit propter l. 17. §. item. ff. ſol. matrim. l. 20. ff. de re jud. 8. Socer Uxoris, cum quo nurus de dote agit per l. 15. §. f. cum leg. ſq. ff. ſol. matr. 9. Milites armatæ militiæ ob meritum perſonæ & utilitatem Reip. (No.299.) 10. Milites Legalis ſive togatæ militiæ propter l. Advocati in pr. C. d. Adv. div. jud. 11. Milites cœleſtis Militiæ i. e. Clerici, ne in opprobrium Status Eccleſiaſtici cogentur mendicare. (No.300.) 12. Eccleſia; (No.301.) & Monaſterium. 13. Comites, Barones, & alii in Magna Nobilitate conſtituti per rat. Weſenb. (No.302.) 14. Qui bonis ceſſerunt ob miſericordiam. §. fin. J. de Act. conf. l. 4. ff. d. ceſſ. bon. 15. Debitor Debitoris alicujus in fraudem Creditoris liberatus, ſi particeps doli non fuerit propter l. ult. C. de his, quæ in fraud. 16. Dominus feudi, qui ſolvere debet de Cavena vel Camera: (N.303.) &c. &c.

Similiter Debitores moderni & calamitate belli depauperati ex mente legis & per tx. expreſſum in §. cum eo quoque J. de Act. & prop-

propter aliquot Auctoritates Dd. allatas à D. Manzio. (No.304.) Præterea Debitores moderni beneficio competentiæ renunciare poſſunt, diſtinctione tamen ejusd. Auctoris adhibita, utrum aliquis in genere omnibus beneficiis juris, an verò in ſpecie beneficio competentiæ; an denique in particulari renunciet privilegio ſibi competenti tunc, cum propter calamitates belli ſolidum ſolvere non poteſt. (No.305.) De inſtrumentis ruſticis in terminis tr. P. Peckius, (No.306.) ea arreſtari, vel in executionem trahi non poſſe, etiamſi ruſtici aliud nihil poſſideant. Inſuper Debitores modernos, quibus ſupra dixi beneficium competentiæ dari, ſi ſolvant plus, quàm facere poſſunt, vel ab initio poſt calamitates perpeſſas, vel poſtea, quàm ad pinguiorem fortunam pervenerunt, repetitionem non habere: (No.307.) Ratio fundamentalis eſt iſta, quia ad hoc, ut quis condicere & repetere poſſit, quod ſolvit, non ſufficiat interveniſſe errorem, ſed neceſſe eſt, ſolutum fuiſſe indebitum, id quod ex inſcriptione tituli ff. de Condict. indeb. & omnibus ſubjectis LL. colligi poteſt, adeo quidem, & in tantum, ut ſufficiat naturaliter debitum fuiſſe, juxta regulam: Repeti prohibentur, quæ naturaliter debita ſolvuntur. (No. 308.)

VII. Quando: Figurandi Caſus communes, quibus vel quando amittitur utrumque & ceſ-

 ſionis,

ſionis, & competentiæ privilegium: dein ſubnectendi ſpeciales, quibus utplurimum beneficium Competentiæ tantum communiter tamen ab omnibus perditur, quibus illud in jure conceſſum reperitur: denique ſpecialiſſimi referendi, quibus moderni Debitores calamitate belli depauperati præ aliis privilegiatis ab hoc indulto arcentur. (No.309.) Si Debitor in magna neceſſitate tempore belli conſtitutus, promiſit ſolvere, quamprimum pecuniam vel res alias mobiles, & media ſolutionis acquiſierit, & Creditor ipſi fidem habuerit, crediturusque non fuiſſet, niſi certò ſolutionem mox ſubſecuturam ſperaſſet, eum non attento competentiæ beneficio in ſolidum eſſe. (No.310.) An verò beneficium competentiæ Debitoribus conceſſum ſit tranſitorium ad alios? Quæſtio eſt trimembris, ita, ut 1. exceptio competentiæ etiam concedatur procuratori & defenſori Debitoris: (N.311.) 2. Fidejuſſor autem Debitoris privilegiati non gaudet privilegio competentiæ: (No.312.) neque 3. hoc beneficium regulariter hæredibus competit; (NO. 313.) Ratio habetur, (No.314.) quia tale beneficium perſonale eſt, & cum perſona extinguitur: Ratio rationis, quia hoc privilegium, quod maritus, aliique habent, ad tempus ſolum conceditur, usque quò ad pinguiorem fortunam pervenerit, ad quam Lex ip-

ſos

ſos pervenire præſumit. (No.315.) Quisnam autem in genere loq. dicatur ad pinguiorem fort. reverſus, ita, ut denuò à Creditoribus poſſit conveniri? Aliud eſt, locupletiorem factum, & ſic pupillus dicitur, qui pecuniam acceptam impendit in uſus neceſſarios; (No.316.) & aliud ad pinguiorem fort. reverſum eſſe; ad eandem verò is rediiſſe dicitur, cujus patrimonium incrementum accepit. Pluribus D. Manz. quem vid. (No.318.) Licet autem ejusmodi Debitores denuò poſſint conveniri & exigi, quia tamen ſubinde à Principe, ſubinde ab ipſis Creditoribus dilationem impetrant, (No.319.) ideo ratio ſive cauſa finalis, ob quam tales induciæ ſive literæ moratoriæ introductæ, & Debitoribus obæratis concedi ſolitæ, redditur à Dd. talis, ut habeant ſpätium ad pecunias comparandas; ne intra tempus indultum quotidianis& moleſtiſſimis exactionibus tam miſerè excrucientur, ut interea poſſint reſpirare, & cogitare de modis ſolvendi, atque exigere viciſſim ſua debita, quibus alios obſtrictos habent, ſicque pervenire ad meliorem fort. (No.320.)

Quinam verò Magiſtratus dilationem quinquennalem poſſit concedere? quibus Debitoribus? quâ formâ & quibus conditionibus prærequiſitis? quibus in cauſis ſive debitis locum habeat? quisnam effectus ejus? quæ contraria? (No.321.) Adeatur iterum D.

Manzius. Interdum beneficium ab ipſis Creditoribus indulgetur, non univerſis modò & ſingulis, ſed etiam à majore ipſorum parte in præjudicium aliorum, ita quidem, ut minor pars de jure cogatur majori conſentire, ſc. ob humanitatis rationem, ne ad flebilem bonorum ceſſionem debitorum urgeatur. (NO. 322.) De Uſuris in futurum ſolvendis ad quincuncem redactis, propter neceſſitatem & debitorum impoſſibilitatem & publicam utilitatem &c. vid. Hahn. loc. cit. Creditor, qui elapſo triennnio non agit, fruſtra agit, ſique intra ſeptem annos contractum non reſignat; hoc temporis indultum expirat. Id. p. 258. & 273. Verba Conſtitutionis: Nach 10. Jahren bezahlt vverde &c. quo ſenſu ſolutio particularis hujus quartæ inciperet d. 7. Maji anno 74. cum vox Nach vi proprietatis nihil aliud ſignificare videatur, quàm ſi illud tempus, cui præfixa eſt, effluxerit. Nach 10. Jahren enim vulgò in Vernacula noſtra alium intellectum habere non poteſt, quàm ſi 10. anni fuerunt terminati. Dictio namque, poſt, refertur ad extremitatem & finem l. 109. ff. d. Leg. 2. l. 41. ff. d. Manum. teſtam. l. 103. ff. d. cond. & dem. Cui adminiculari videntur verba, bezahlt vverde; quæ etiam futurum tempus denotare videntur: ubi verò clara ſunt verba, ab iis non eſt temerè recedendum. Sunt enim nihil aliud, quàm ſigna animi, qui-

quibus conceptus mentis noſtræ & voluntas animi exprimitur, eleg. tx. l. 4. §. 2. ff. d. Supell. leg. l. ſcire. ff. d. Tut. Curat. l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. d. ſic. Ideoque, quantum fieri poteſt, ſec. proprietatem intelligenda l. 1. §. 19. ff. d. Exerc. act. l. 3. §. hæç verba. ff. d. Neg. geſt. ubi Br. à qua haud facile eſt recedendum, l. 69. ff. d. Leg. 3. l. 8. §. hæc verba. ff. d. Vulg. & pup. ſubſtit. Minimùm ſec. comunem uſum loq. ſunt intelligenda l. 52. §. 4. ub. Br. ff. d. Leg. 3. l. Labeo. ff. de Supell. leg. l. 18. §. it. ℣. optimum e. ff. d. fund. inſtr. Cui accedit favor debitorum, calamitate belli aut mole uſurarum oppreſſorum, & ad inopiam redactorum, quorum causâ plurima à Jure communi & ordinario exorbitantia ſunt ſtatuta. Nec non opitulari videtur enixum ſtudium Cæſ. Maj. & Procerum Imperii Debitores ſublevandi & conſervandi. Non minus etiam ſuadere videtur poſteriorem explicationem odium uſurarum, quod Proceres noſtri reapſe adverſus illas exercuerunt, dum ſortem quidem integram reliquerunt, ſed de uſuris tres quartas detraxerunt; ex qua detractione mentem ſtatuentium liquidò perſpicere licet, quomodo erga uſuras tanq. rem odioſam fuerint affecti. Præterea, ſi unumquodque tali modo diſſolvendum eſt, quô colligatum l. 58. ff. d. pact. l. 35. ff. de R. I. uſuræ verò reſiduæ, & etiam earum 4ta reſervata non uno

Kk 3 anno

anno & ſimul; ſed de annis in annos creverit, apparet quoque injuſtum non eſſe illos non uno anno, ſed pluribus ſolvendos: & quidem his extinguendis tanq. odioſis majus ſpatium temporis, quàm ſorti tanquam favorabili eſſe indulgendum. Quotupliciter verò dictio, Nach, Latinè Poſt, accipiatur? leg. D. Hahn. ſub cap. 2. d. penſion. N. 11. pag. 405. cum ſeq. & pag. 406. dicitur, quod pars hujus Legis non ſit permittens; ſed jubens, imperans & cogens. Quod particula, Soll, ſub fin. hujus Num. evidenter indicat; Verbum enim, Soll, præciſam coactionem & neceſſitatem importat, ut probatur in l. 1. in pr. ff. de J. & J. Tametſi verò interdum ratione materiæ ſubjectæ improprietur, uti verbum etiam, tenetur, debet, tamen id fallit, & ſtrictam cogendi vim retinet, qu. aliud verbum præcedit, quod ſeriam cogendi voluntatem & vim importat, ut hîc fit in voce, unverbrüchlich continuirt vverden ſoll, ut dubium nullum ſit, quin intra 20. annos hæc quarta uſurarum duarum integra perſoluta eſſe debeat Et præſumit inſuper Lex, bello gravatos intra decennium ſe recollecturos &c. &c. Et Hoſtilitas quî curſum præſcriptionis impediat. Id. p. 232. cum ſeqq. Huc accommodari quoque poſſunt QQ. X. de Ordine in ſolvendis debitis ſervando; & de Reſtitutione facienda ab iis, quibus Solutio præ aliis facta per

QQ.

QQ. itid. X. in parte I. & II. Manzian. Conflictus Creditorum inter ſe & cum Debitore calamitoſo, ad pinguiorem fortunam reverſo ſuper Prioritate ſeu Prælatione &c. &c.

VIII. Ubi: Bona & prædia de novo empta non cogi poſſunt Debitores, ut iterum vendant; non eſt enim par & eadem ratio, antiqua prædia vili pretio amittere, ſicq; damnum incurrere, & nova non acquirere vel lucrum non capere; facilius namque permittitur antiquæ rei retentio, quàm novæ acquiſitio. (No.324.) Nec puniri, neque incarcerari poſſunt Debitores moderni calamitoſi, eò quod pœna non ſit vel eſſe debeat ſine delicto; ceſſante ergo causâ fin. incarcerationis, ipſa quoque incarceratio ceſſare debet. (No. 325.) In carcerem autem tædialem, non verò pœnalem mittere licet Debitores moroſos, qui veriſimiliter ſolvere poſſunt; (No. 326.) quia carcer ille planè eſt locô pœnæ corporis; apud omnes enim in confeſſo eſt, quod carcer ſit mala manſio, ſordida & infamis, imò ſpecies tormenti & ſervitutis. (No. 327.) Debitor ad hoc ut evitet carceres, omnia ſua debita manifeſtare debet, mediante juramento. (No.328.) Debitores obærati non poſſunt à Creditoribus propria auctoritate capi & incarcerari, etiamſi ſtatim vellent Judici præſentare. (No.329.) Ob debitum civ. in carcerem ludicrum nemo poteſt mitti, quem

voc. Narrenhäutel. (No.330.) Et Debitores calamitoſi adhuc in poſſeſſionibus ſuis, bey Häuſzlichen Ehren conſervandi. (No.331.) In Holſatia cur obſtagia obtineant? ſunt enim ibi ſub jactura famæ ſervanda. C. D. Hahn. d. tr. p. 206. Sors & uſuræ, quo loco ſolvi debeant? Ordo enim in Civili Jure præſcriptus, hîc eſt inverſus. Id. p. 425. 18.

IX. Situs: Ad Anhaltinos Principes, quia transegerunt cum ſuis Creditoribus, non pertinet hic §. de Indag. utpote in quorum Ditionibus convenit, ut ſolvantur duo pro cento: (No. 331.) Holſatiæ inſuper Conſtitutio hîc quoque illæſa & ſalva manſit; in Holſatia enim executio ſummaria Syngrapharum laudabili more recepta eſt. Ita Sereniſſ. Dn. Elector Palatinus gaudet moratorio ad vicennale tempus, vigore Reſcripti Imp. Ferd. III. (No.332.) Quodſi porro de damnis perpeſſis conſtare vel probabiliter queat, fortean hoc ſufficiens erit, & æquum tunc admittere uſurarum moderationem; vel largiri debitori, ut deinceps per annos aliquot gratuitò mutuum retineat, donec ſolvere poſſit uſuras reſiduas, damnique ſui compenſandi temperatum aliquod recipiat emolumentum. Atque ſic in nonnullis Saxoniæ Inferioris Provinciis per compoſitiones amicabiles, aut tranſactionibus ſubinde deciſas eſſe extra judicium controverſias de uſuris reſiduis, comper.

pertum eſt. Imo alicubi Receſſu Provinciali cautum eſt, de Creditoribus à Judice ſeriò admonendis, ne rigoroſi exiſtant in uſuris illis exigendis, ſed tertiam vel quartam Debitoribus ſuis remittant: Hæc D. Hahnius, (No.333.) qui etiam Conſtitutionem Bavaricam & Reſponſum Academiæ Juliæ de hac re annectit. Item das Anhaltiſche Mandat von Obſervirung der ad hunc §. publicirten Reichs-Ordnung in Opuſc. aur. ad d. §. d. Indag. p. 49. & ſeqq. It. Auguſti Poſtul. Adminiſtrat. Magdeburg. Ordnung von Schuldvveſen. Id. pag. 42. & ſeqq. Bayriſches Befelch von Bezahlung der Schulden beym Kriegs-Zuſtand. Id. p. 63. & ſeqq. & p. 125. Dn. Bambergenſ. Epiſcopi Edictum exponitur in p. 55. cum ſeqq. D. Wilh. Bidenbach. Rechtl. Bedencken ad hunc §. pag. 2. & ſeqq. Sereniſſ. Electoris Brandeburgici Statutum, & alterum Edictum pag. 124. & 129. It. Cellenſis Ordinatio Ducalis; Ejusque Curiæ Præjudicia duo ſub pag. 184. & 371. Hnn. Churfürſten und Stände Gutachten über den §. de Indag. part. 31. cum ſeqq. Dn. Georgii Br. & Lüneb. Ducis Statutum. Dn. Georgii Wilhelmi Reſcriptum ad Conſiliar. Dicaſterii Calenberg. Aſſeſſores, p. 65. & ſeqq. Haderslebiſche Conſtitution von Haltung verſchriebenes Inlagers: pag. 65. & ſeqq. Halberſtadenſis Conſtitutio & Cancellariæ Reſcriptum.

Kk 5 tum.

tum. pag. 137. Hallenſis Receſſus Provincialis & Cancellariæ præjudicium: ib. 371. 414. & ſeqq. Holſatiæ Conſtitutio: Käyſ. Maj. Reſolution ad hunc §. p. 37. Käyſ. Maj. und des H. Reich Satz und Ordnung vom Creditvveſen, deroſelben Diſpoſitio p. 1. & 9. Handlungs-Abſchieds Extract vom Schuldvveſen. p. 40. & ſeq. Dn. Magdeburg. ArchiEpiſcopi Stat. p. 139. 64. Ordinatio Proceſſus, p. 184. 201. & Reſcriptum ad Scabinos Hallenſes: p. 258. Mecklenburgiſche Conſtitution von Abtrag der Capital und Zinſen: 42. 148. exponitur, eiq; quæ obſtare videntur, diluuntur. p. 150. NiederSächſiſchen Crayſes Abſchieds-Extract vom Credit- und Schuldvveſen: p. 38. Sereniſſ. Palatini Electoris Speciale Privilegium. p. 470. 19. Reichs-Bed. über den §. de Indag. p. 31. & ſeqq. Reichs-Satz und Ordn. vom Creditvveſen. p. 9. Sächſ. Mandat vom Schuldvv. und Zinſen. p. 51. 144. Sax. Infer. Ordin. Receſſ. p. 143. conf. Judicium Imperiale Aulicum circ. hunc §. de Indag. ea de cauſa requiſitum & per Dictaturam communicatum: Itemque Cameræ Spirenſis Conſilium ad Ferdinandum III. Imp. perſcriptum in compendio refert Burgold. (No. 334.) Sic eſt Decretum Illuſtr. Dn. Ducis Würtemberg. de anno 55. d. 3. Febr. publicatum, vvie es ſovvohl der Communen- als auch der Privat-Perſonen Capital-Verzinſung halber, künfftig

zu-

zu-halten. De Modo illo, qui circa levamen inopum Debitorum ſervari debet, in Pomeraniæ quoque Provincialibus Comitiis actum eſt, & quid ſententiam rogantibus reſpondere Juri, Æquitatique conveniens viſum fuit, habet iſte Conceptus ad Regimen Regium Flam. miſſus, quem addere placuit D. Mevio in parte 4ta Deciſionum 168. deciſ. n. 7. cum multis ſeqq. p. 567. 568. 569. & 581.

X. Habitus: Quæritur hoc loco: An Debitoribus calamitate belli depauperatis relinquendum ſit non tantum quantum neceſſarium eſt pro ſua, ſed etiam uxoris & familiæ ſuſtentatione? Aff. (No. 335.) quia pars corporis, affectusque ſunt conjux & liberi noſtri: & in ded. ne quis egeat, hæredibus eſt reſpectus ad Debitoris qualitatem & conditionem: Itemque, ſi marito domûs uſus eſt relictus, poteſt illîc habitare non ipſe ſolus, verùm etiam cum familia ſua. (No. 336.) Alimentorum appellatione omnes vitæ neceſſitates comprehenduntur. (No. 337.) Alimentorum & victus nomine, etiam cultus corporis venit, ſc. veſtes & monilia, quæ perſona, cui alimenta debentur, de more civitatis deferre ſolet. (No. 338.) Alimentorum computationis forma facienda ſec. l. 68. ff. ad L. Falcid. Quidſi autem diutius vixerit Debitor? Satius eſt, eundem ſeparari cum certis bonis, quæ ad vitam ſuam obtineant, fructus inde percipien-

piendo, devoluturus ea, poſt mortem deinde in Creditorem quo quantitate liquidati debiti, juxta Colerum, (No. 339.) atque iſtud ait obſervare Conſuetudinem Saxoniæ in deducendo eo, ne Debitor conventus egeat, non inſpicitur proprietas patrimonii, quanti valeat, ſed quantum ex fructibus percipitur. (No. 340.) In alimentis decernendis temporis & ætatis ratio habenda, ut ex eadem conjiciatur, quot Debitor annis veriſimile ſit, eum victurum, nam inde poteſt ſtatui, quanta pecunia ſufficiat in ſingulos annos ad alimenta. (No. 341.) De cætero, ruſticellos iſtos, qui incipiunt ſe iterum recolligere, & ad opus ruſticum parare, ligna, ſtramen, & fœnum vendere, atque inde vel quotidianum panem, vel inſtrumenta ruſtica ſibi comparare, non poſſe adhuc à Creditoribus exigi, multoque minus eorum equos & currus in civitate capi vel arreſtari, pro veritate Evangelica tenet, & per rationes 12. deducit D. Manz. d. tr. pag. 342. Unterhalt quid ſignificet? eoque nemo privandus. D. Hahn. d. tr. pag. 324. cum ſeq. Unvermögen quis appellari poſſit? Id. pag. 376. Coronidis locò iſt auch vvohl zu obſerviren, daſz von dem eigentlichen Verſtand dieſes VIIIten Articuls tractire umbſtändlich Monſ. Joh. Leonh. Sauter.

(a) d. tr. & lib. 20. §. 154. d. jurib. Stat. & §. 113. de negotiis Imperii. (b) in Iſag. poſter. & part. 3. Stell. 1. Majeſtatis & 2. de forma Imper. (c) Aur. B. tit. 2. §. 5. (d) Forſtner. ad Tacit. lib. 13. Ann. c 54. (e) Burgold. in N. R. I. part. 3. diſc. 1. p. 4. circ. med. (f) à Dn. D. Schvvcder. d. tr. part. ſpecial. ſect. 2. c. 2. p. 742. cum ſq. (g) Cum D. Maurit. in Rantzoviana diſſert. I. P. de Orig. Elector. & Comitiis Electoralibus an. 67. Kiloni habita, ubi inter alia contra Onuphrii & Chriſtoph. Lehm. ſentent. Electores nullos ante Imper. Frid. II. tempora agnoſcentium, diſputatur; leg. inprimis th. 10. cum ſq. cap. 15. (h) Inſtrum. P. art. 4. ſ. quod ad &c. Goldaſt. procem. in Tit. 1. Conſt. Imp. (i) A. B. c. b. pr. Limnæ. d. tr. lib. 3. c. 2. nu. 4. Capitulat. Ferd. III. art. 4. p. 685. & Leopold. art. 5. (k) ap. Sleidan. in Orat. ad Ord. & PP. Imperii. (l) Aurifod. p. 1074. & ſeq. (m) quam vid. in lib. 3. p. 301. cum ſq. (n) A. B. tit. 24. (o) A. B. tit. 2. ſ. 5. & tit. 3. pr. & tit. 12. pr. (p) Reformat. Maxim. I. Imp. d. an. 1495. ibi: Hochvvohlgeborne, Hochgeborne, Ehrſame L. Neven &c. Churfürſten &c. It. Unſeren L. Oheimen und Churfürſten &c. (q) in Syll. rer. quot. concl. 24. lit. F. & l. 1. q. 4. n. 62. & l. 3. Jur. P. c. 3. n. 32. & 36. (r) in Notit. Imper. lib. 6. c. 4. confer. Freinsh. de præc. Elect. & Cardin. diatrib. 3. nu. 19. (s) D. Schwed. d. tr. part. ſpecial. ſect. 2. in f. (t) I. P. art. 5. ſ. 20. in fin. add. Ordin. Camer. part. 1. tit. 1. (u) D. Schwed. d. loc. cap. 2. Paſſ. (vv) vid. Goldaſt. inter Conſtit. Imper. p. 16. ſeqq. & in Polit. Reichshandl. p. 8. t. 3. p. 211. (x) Id. de Bohem. Reg. c. 7. nu. 9.

(y) v. ſupra allegat. diſſ. Rantzov. D. Maurit. d. Orig. Elect. & Comit. Electoral. 1. 2. per tot. (z) R. J. de anno 54. ſ. 192. Capitulat. Ferd. IV. art. 14. Leop. 17. (aa) leg. R. A. zu Regenſp. d. anno 54. ſ. 111. Burgold. part. 2. diſc. 19. n. 19. Cruſ. de Stat. Germ. circ. ſubd. c. 4. ſ. 5. Blum. Proceſs. Cam. Noviſſ. tit. 46. n. 32. Spreng. Lucern. Stat. mod. p. 106. & Jurisp. P. p. 261. cum ſq. (bb) per Inſtrum. P. artic. 5. ſ. 1. in fin. (cc) d. tr. p. 167. cum mult. ſeqq. (dd) Burgold. N. R. I. part. 3. diſc. 1. n. 4. p. 6. (ee) O. C. part. 1. tit. 3. ſ. 1. & tit. 57. Ord. Pol. de an. 1529. §. It. als biſzher &c. (ff) R. I. Spir. d. an. 1526. ſ. Und vviewohl &c. Carpz. pract. crim. part. 3. qu. 150. Claſſ. in tr. d. Jur. aggrat. (gg) D. Myler. in tr. de Stat. Imper. & in tr. Etolog. ord. Imper. (hh) Carpz. JP. Conſiſt. lib. 2. def. 109. & ſeqq. Bechſtad. tr. d. jur. connub. (ii) Limn. de Jur. P. 4. c. 8. n. 34. & addit. ibid. (kk) Carpz. d. tr. t. 1. d. 1. & ſeqq. (ll) Klock. vol. 1. conſ. 8. n. 178. Oeting. d. jur. limit. lib. 1. c. 9. n. 24. (mm) Struv. Synt. Jur. F. c. 6. th. 17. 18. (nn) Capitulat. Leop. Imp. art. 27. plura de Statuum Juribus qui noſſe cupit, adeat D. Myl. ſæpe cit. tr. de Statib. Imper. It. Dn. Cancellar. Schüz. d. tr. Exercit. 8. th. 19. cum ſeqq. D. Schvveder. alleg. tr. part. ſpec. ſect. 2. c. 6. cum aliq. ſeqq. & alios complur. (oo) Burgold. d. tr. & part. 1. d. 2. ſub §. 1. & 2. (pp) art. 11. p. 184. Confer. Capitulat. Ferd. I. art. 10. Maxim. II. art. 7. Rud. II. art. 20. Matth. art. 11. Ferd. II. art. 9. Ferd. III. art. 11. Leop. art. 13. (qq) ut hoc §. 2. conf. quoque R. I. de anno 1555. §. Nachdem aber &c. (rr) Capitulat. Leop. art. 13. & 16. in pr. Conring.

ring. ad Lampad. part. 3. cap. 19. §. 19. (ss) R. I. de an. 1564. §. 26. (tt) R. I. d. an. 1654. §. 148. (uu) R. I. d. anno 1570. §. 17. & ſeqq. R. I. d. anno 1576. §. 37. & d. anno 1582. §. 29. & ſeqq. it. d. anno 1594. §. 27. ſed videatur quoque R. I. de an. 1598. §. Wir haben auch &c. R. I. de an. 1603. §. Dievveil aber je &c. ac declarat. in R. I. d. an. 54. §. 186. (vv vv) Paurmeiſt. lib. 1. d. Jurisd. cap. 4. n. 40. Adde R. I. Wormat. an. 1495. in pr. R. I. d. an. 1532. §. Und damit &c. R. I. 1548. §. Ferner haben vvir &c. (xx) hoc §. 2. art. 8. confer. Capitul. Matth. art. 12. & Capitulat. Ferd. IV. art. 14. Leop. art. 17. Limn. ad Capitulat. Car. V. art. 12. (yy) R. I. d. anno 1495. rubr. von Gem. Pfenning. (zz) Myler. d. Stat. Imper. cap. 97. per tot. confer. quoque Speidel. voc. Gem. Pf. in Notabil. (AA) de qua vid. R. I. de anno 1521. §. Auch haben Uns Churf. R. I. Norimb. d. an. 1522. pr. Limn. d. tr. lib. 2. cap. 4. & lib. 4. cap. 7. &c. (BB) R. I. de anno 1542. §. Und nachdem der Churf. & §. Es ſollen auch &c. (CC) R. I. d. anno 1548. §. 3. R. I. de an. 1512. §. 4. R. I. de an 1531. §. Und dievveil die Eilende &c. R. I. de anno 1542. §. darzu ſollen jeder &c. (DD) R. I. d. anno 1530. 1542. 1548. 1551. 1557. 1566. 1567. 1582. &c. Limn. d. tr. lib. 4. cap. 7. n. 51. cum ſq. ibique D. Fr. in addit. (EE) hoc §. 2. d. art. 8. D. Fr. in Man. JurisP. voc. Fortalitii Jus. (FF) Inſtr. P. art. 10. §. ſecundò Imperator. Myler. per Jura & Dd. alleg. d. tr. part. 2. cap. 77. num. 2. 3. cum ſeqq. (GG) confer. hîc quoque A. B. tit. 15. R. J. de anno 1529. §. Und als ein Abſchied &c. R. I. de anno 1594. §. Handhabung des Fr. &c. Fr. d.

tr.

bantiæ à Carolo IV. Imp. impetrarunt, de non evocandis Subditis Brabantiæ, privilegium illud integrum exhibet Limnæus, (hh) quod ipſum dicitur Bulla Brabantina; quum autem interſit Imperii, ne illa ut antea ab Hiſpanicis Gubernatoribus Bruxellis factum, ulterius, quàm par eſt, extendatur, perſpicere poſſumus ex R. I. de anno 1541. §. Nachdem auch die Stände des Nider-Weſtph. Crayſes. &c. Idem hîc & in Inſtr. G. repetitur. Confer. A. B. f. 17. in f. & R. I. d. anno 1576. §. Weiter ſeynd vvir &c. Add. Capitulat. Leopold. art. 6. ad quem Principes & Status anno 58. FFti monitum poſt verba: Und jetztgemeldten Frieden-Schluſz &c. addiderunt. (ii)

Sequitur Illum Argumentum hujus artic. quô de oneribus Poſtarum Imperii tollendis hîc cavetur. Poſta à ponendo dicta, q. poſita: ſi homonym. ſpectemus, curſorem, interdum ipſos equos curſoris, aliquando ſtativa, nonnunquam etiam ipſum jus, officium & rem curſoriam denotat, Græcis σταθμός: Latinis, Ital. Hiſpanis Poſta, & Poſto: Gallis Poſte: Germanis Poſt und Poſtlauff vocata. (kk) Cauſa Effic. Principalis; quivis Monarcha ſeu Princeps, ut & Reſp. Superiorem non agnoſcens Poſtas erigere poteſt univerſales, omnium tamen maximè Rom. Imperator. Cauſa Effic. Principalis Procreans; Cyrus Perſarum Rex quingentis ante Chriſtum natum annis,

curſum publicum inſtituiſſe perhibetur. (ll) Cauſæ Effic. Principales Conſervantes Poſteri Reges & Rom. Impp. certis munitam privilegiis, ſevera, potentique manu hactenus iverant defenſam ac propugnatam, (mm) von Beſtellung der Poſten, ſo de Reſervatis Cæſareis, beſ. R. I. d. anno 1596. & 1597. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 13. n. 42. Cauſæ minus Principales ſeu Adjuvantes: ad debitam enim ac laudabilem Poſtraum inſtitutionem prim. Supremus ſeu Generalis Poſtarum Magiſter: dein Sub-Magiſtri; denique Horum miniſtri, Poſtigliones ſeu Curſores publici dicti pertinent. (nn) De Vladicis & Peichis Turcarum, quos voc. Curſores, teſtatur Lipſius 3. ep. 59. & Chalcocondylas lib. 9. Hi omnes in S. Imperio Electorem Moguntinum, tanq. Protectorem Poſtarum agnoſcere debent. Summus tamen Regiæ & Archiducalis Aulæ Poſtis Præfectus inprimis Feudi ſui Dominum, poſtea Cancellarium Aulæ reſpicit, & præeſt Curſui publico per Hungariam, Bohemiam, Auſtriam & Provincias huc ſpectantes: hinc Germ. vocatus Obriſter-Erb-Land-Hof-Poſtmeiſter. Hodie Generoſiſſimus Dn. Dn. Carolus L. Baro de Paar, Dn. in Hardberg, & Grotenſtein, Filius itidem Generoſiſſimi Dn. Dn. Johannis Chriſtophori L. Baronis de Paar, &c. p. m.

Cauſæ Effic. Inſtrumentales: ad Poſtam

porro

porro veram ſeu propriè dictam, uti quidem in Europa præ aliis, hac ætate paſſim in uſu eſt, præter Perſonas, equi etiam curſorii pertinent. (oo) Cauſa Materialis: Poſtæ omni materiam præbet curſus ut ſic, & ſine omni determinatione poſitus: Fit autem omnis curſus quadrupliciter, vel pedibus, Gallis voc. Meſſagers, Italis Meſſagieri; vel equo, quibusdam in locis etiam boum & aſinorum uſum eſſe in curſu v. Joh. Alb. à Mandelslo, (pp) vel curru vel navigio; hicque primum eſt vel Imperatoris ſeu Imperii, vel Regis, vel Principis, vel Reip. dein eſt vel publicus vel privatus. Tertiò vel ordinarius, vel extraordinarius. Cauſa Formalis: quando hic Curſus, Monarchæ vel Summi Magiſtratûs Auctoritate inſtituitur, certoque Privilegiorum genere munitur & valiatur, Curſus publicus demum dici meretur, & ab omnibus negotiis aliis diſtinguitur. Finis generalis: hoc quicquid eſt, ob publicam utilitatem, publicumque incrementum eſt: quo nomine Poſtas etiam per hoſtium territoria liberas tenere præſtat. Leg. Edictum de Poſtis Ferd. III. anno 1642. d. 3. Jun. in fin. Itemque de circumſtantiis facti, vermittelſt vvelcher man durch bevvährte Gründe zu ervveiſen die Spedirung der Poſten &c. Mr. Sauter d. Tr. Noviomag. pag. 251. lit. e.

Finis ſpecialis internus: Litterarum autem

pro eo ac fieri debet, feſtinans & exquiſita requiritur diſtributio & oblatio. Finis ſpec. externus: Hæc rerum negotiorumve, quæ litteris oblatis & ſcribebantur, & poſtulabantur, exoptata expeditio, non magis in manu Præfecti, Mägiſtrive Poſtarum eſt, quàm ſanitatis reſtitutio in poteſtate Medici. Ipſum Regnum, Reſp. ſeu Univerſitas eſt Finis, cujus in uſum Curſus publicus eſt introductus. Effectus: Hic uſus, rerum diverſis in locis geſtarum notitiam, commerciorum conſervationem & propagationem gignit; unde tandem ipſorum Reip. membrorum conglutinatio exurgit arctior. Subjecta recipientia. Idque omne Curſuum & Curſorum Præfecti, hujusque miniſtrorum fit induſtriâ, nec enim perſonis publicis, neque privatis Poſtas generales inſtituere licet.

Subjecta occupantia: Curſorum negotia ſive impoſita, ſive imponenda, ea ſunt, ut, ſtatuto Curſus tempore, Poſtæ Præfecto ad manus ſint. Adjuncta recepta communia: Curſor in officio ſuo alacris ſit, nec laborum molem, noctes inſomnes, itinerum pericula aut id genus alia nimium metuat. Adjuncta recepta propria: Vallatus eſt Curſus publicus multis pinguib⁹ privilegiis & quidem meritò: nec milites hoſpitio recipiunt, aut Salgamum præbent. De iis, quæ Poſtis videntur cognata: Poſtis publicis ordinariis affines

nes videntur Curſûs Provinciales, Land-Poſten; & Curſus S. Rom. Imperii Civitatum, Germ. Stadt-Poſten, Neben-Poſten, Mezger-Poſten: qui Curſus, ſi Poſtæ vocantur, abuſivè ita vocantur, quoniam propriè Poſta diſpoſitio per diſpoſita loca eſt, cujus diſpoſitionis jus, non Principes, non Civitates, minus privati, ſed ſolus Imperator aut Rex habet: & propterea Landbotten, Nebenbotten rectiùs appellantur. De contrariè oppoſitis: Quodſi Poſtæ Præfecto munus ſuum in dubium vertitur, pro eo vindicando Actio variè datur. De privativè oppoſitis: Ita iis impedimento ſunt litterarum deferendarum nimia tarditas, otioſa cunctatio, incogitantia, incuria, & quævis rerum curſus hujus commiſſarum ingrata mora. (qq)

Denique de IVto hujus Artic. Argumento hoc loco ita eſt proviſum, ne Commercia Imperii ex vectigalibus aliquid detrimenti accipiant, hinc de alio comparandarum opum ſubſidio in præſenti nonnihil conſignandum: quæ à vectura ſic dicuntur, ideoque ſi proprietas vocabuli ſpectetur, vectigalia ſunt, quæ pro invectione & evectione mercium debentur: (rr) aliàs vocantur telonia in cap. un. quæ ſint Reg. & interdum gabellæ. Referuntur etiam ad ea, pedagia & quidagia. (ss) Cauſa Eff. Principalis eſt ſummus quisque Princeps in ſuo Regno: (tt) Rex Daniæ

 anno

anno 49. cum Fœderatæ Belgicæ Ordinibus redemtionis (ut voc.) pactum iniit, quô vectigal freti Oreſundi ab illis conductum erat. (uu) Cauſæ Inſtrumental. ἔμψυχαι ſunt Telonarii, Publicani, Octavarii, Scripturarii, Scrutatores & Viſitatores: ἄψυχαι ſunt ædes telonariæ, ſtatuæ vectigales, vectigales tabb. ſigna vectigalia, literæ liberi commeatus, libb. it. rationum. (vv vv) Cauſa Materialis, & qui vectigal penſitare teneantur, ſunt cùm ſubditi, tum non ſubditi, & extranei: (xx) quantum autem ſolvendum; de Jure Juſtin. octava pars eorum, quæ vehebantur, ſolvebatur. (yy) Aliquando centeſima, aliquando ducenteſima pendebatur. (zz) Americani Braſiliani Luſitanis ex exportatis mercibus decimas numerant. (No.1.) Alibi locorum pro numero equorum vehentium merces: alibi pro numero navalium malorum: alibi pro numero doliorum: & hæc omnia moderantur pro mercis, quæ vehitur, reſpectu; nam aliud vectigal ex frumento, aliud ex aromatibus, aliud ex armis, aliud ex vino, &c. numeratur. (No.2.) In quo jus vectigalium hæret, eſt territorium; & ex quo vectigal ſolvitur, ſunt omnes res, niſi ſpeciali immunitatis privilegio gaudeant. (No.3.) Forma alia eſt reſpectu Subditorum, evolv. Capitulat. Leop. artic. 21. cum aliq. ſeqq. Abſoluta de vectigalibus diſponendi facultas Regibus Bohemiæ

hemiæ ex Conſtitutionum auctoritate data eſt. (No. 4.) Alia reſpectu Extraneorum, nim. Hiſpano-Belgarum, Gallo-Hiſpanorum, Sueco-Polonorum, Dano-Suecorum. Forma, quoad non ſubditos & extraneos ſunt pacta conventa, in quibus ſummi Principes vel Liberæ Resp. de vectigalibus certam L. inter ſe & eorum Subditos obſervandam conficiunt: ſic Hiſpanos inter & Batavos an. 47. de vectigalibus utrinque conventum eſt: (No. 5.) Idem fere inter Reg. Chriſtianiſſ. & Reg. Catholicum anno 59. in capitibus pacis concluſis placuit. (No. 6.) Similiter anno 1660. R. Sueciæ & Polon. de vectigalibus L. conſcripſerunt. (No. 7.) Itemque Sueci, vel lites de vectigalibus, Daniæ Regibus exſolvendis anno 60. compoſuerunt. (No. 8.) Finis vectigalium eſt compenſatio erogatæ pecuniæ, quæ in reparationem viarum, ſecuritatem iter facientium, Octavariorum ſuſtentationem convertitur. Fines remotiores ſunt: Dei Gloria, & Salus Publica. Dividitur vectigal vel in terreſtre, vel in aquatile.

Requiſita vectigal. introducendorum, augendorum & prorogandorum in Romano Imperio ſunt: 1. Omnium Principum Electorum unanimis conſenſus, 2. Vicinorum, qui maximè onus ſunt ſenſuri, exceptiones, ut ſint ſufficienter perpenſæ; ut nova vectigalia ad imminutionem antiquiorum non ver-

 gant.

gant. (No.9.) Wegen der Commercien und Abſtellung der neu-auffgerichten Zöll, Licenten und dergleichen, diſponitur in Capitulat. Ferd. III. artic. 20. n. 6. cum ſeqq. Inhiberi quoque poſſunt talia vectigalia per Mandata ſine Clauſula; per ead. enim Subditi excitantur ad rebellionem. (No.10.) Zu Beförderung der Commercien vväre gut, vvann man ſich eines durchgehenden gleichen Calenders möchte vergleichen; da ja der Gregorianiſche in anno 1581. uffgebrachte Calender vveder Veritati Politicæ & Juſtitiæ, noch auch ratione Mathematicæ, den Commercien, und dem Religion-Frieden ähnlich, vvie dann ein ſolches Käyſer Matthias Chriſtſ. Anged. ſelbſten in An. 13. in Comitiis Auguſtan. atteſtirt, ſolcher auch die Proteſtantes gantz nicht ſtringirt, (No. 11.) & eſt inſimul res merè Politica, non ſpectans ad Pontificem, ſed ad Magiſtratum cujusvis loci ſecularem. (No.12.) Notandum hîc inſuper, quod anno 30. inter Reg. Daniæ & Civit. Hamburg. de vectigali Tychopolitano controverſia orta ſit, quæ anno 45. ſopita, & vectigal in eum Statum reductum, in quo prædicto anno fuit. Major verò controverſia orta poſt concluſam Pacem de telonio Comiti Oldenburgenſi in Viſurgi conceſſo, & per Inſtr. Pacis hujus confirmato, cuique Hiſtoriam legere eſt apud Burgold. (No.13.)

Sub-

Subnecto ego, quæ ſcr. & refert de Vectigali Oldenburgico D. Pufend. (No.14.) In capite de Commerciis modus ſuper vectigali Oldenburgico in Viſurgi nondum ſolutus erat, quod uti Inſtr. P. excluderetur, Belgarum Fœderatorum Legati, Matheneſius & Pavvius, ſimul Urbium Collegium acriter inſtabant. In diverſum nitebantur Cæſarei cum Electoralibus, & Principalibus, Oldenburgicos id privilegii à Cæſare & Electoribus obtinere, quibus talia concedendi poteſtas citra controverſiam competat. Idem plurium ſub Cæſarum confirmatione à Comitibus longo tempore poſſeſſum, & adverſus Bremenſem Urbem, quæ impugnare id auſa ſit, tredecies latis Sententiis firmatum. Ac ante annum Suecos annuiſſe, ut de iſto Tabulis Pacis inſeretur. Sueci quanquam Comiti id privilegium haud inviderent, aut poteſtatem Cæſaris aut Electorum in dubium revocarent, nec Bremenſes fulcire cuperent, qui contradictionem ſuam, dominio in Viſurgim prætenſo, à Regina haud agnito, unicè ſuperſtruxerant: tamen quare hæſitarent, rationes habebant haud ſpernendas. Nam metus erat, ne ſi Brema Cæſari reluctata Belgarum fœderi innecteretur, novæ turbæ partem vix quietam interrumperent; Reginæ velut Bremenſi Duci exemtione adverſus immorigeram urbem à Cæſare delata, unde bello cum

Belgis anſa præberi queat. Sed nec futuros ſibi Cives in Bremenſi ac Verdenſi Provincia, hujus vectigalis obtentu, Comiti velut Stipendiarios reddere cupiebant. Eoque tutiſſimum judicabant, negotium id inter Comitem & Urbem ad amicam transactionem deducere. Eâ mente ac lege ipſi in Vectigalis confirmationem conſenſerunt: ac Urbici cauſa adhuc integra transactionem agitabant. Sed quia Cæſarei juxta ac Electores & Principales, velut ex compacto pro Comite nitebantur, Sueci demum conſentiebant, modò Reginæ, quantum ipſius intererat, caveretur; Unde Comes ſcripto Oldenburgi dato declarabat, Reginæ invitæ in hac cauſa executionem non imponendam. Tum ſe neque æquas cum Bremenſi Urbe tranſigendi Vias repudiaturum, ac interim adverſus Suecicos Subditos ita acturum, Bremenſi Urbe ſemper excluſa, ut Reginæ ſatis æquitatem ſuam adprobaturus ſit, præſertim cum & fluminum, ac portuum ea Provincia habeat, quibus ex iſto vectigali nulla planè moleſtia creari queat. Ea cautione accepta Sueci, ut ea res Tabulis insereretur, tandem admiſere. Et idem alibi quoque: Sed & ſuper vectigali Oldenburgico noñihil movebatur, adverſ9 quod Bremenſis Urbs apud Directorium Moguntinum Proteſtationem interponebat, quæ famoſi libelli loco habita, ablegato Urbis reddeba-

debatur. Inde ab Electoralibus literæ ad Bremenſes dantur, quibus ipſos ut publico decreto pareant, monent; quodſi tamen cum Comite idonea ratione decidere velint, operam ſe ſuam perficiundo negotio accommodaturos. Sed urbs proteſtatione iterata inficiari, Comiti jus vectigalis exigendi competere, ac ejusdem redemptionem adſpernari. Quodſi tamen amicitiæ inſtaurandę cauſa Comes transactionem inire velit, ei ſe paratam fore. Cæterum Sueci non alia conditione conſenſerant, ut de iſto Vectigali Tabulis Pacis insereretur, quàm ut tractatio ſuper eodem ſuſciperetur, cujus initium nondum factum erat. Igitur, ne ideo ſubſcriptio differretur, placuit utramque partem literis moneri, ut intra tempus ratificationi exhibendæ deſignatum amicos tractatus inſtituant. Referatur huc quoque, das Staats-Urthel und Rechtl. Ausſpr. vvodurch die Herren Holländer von der Steigerung der Gefälle vvegen Ein-und Ablauffung der Schiffe befreyet vverden: an. 77. & 78. (No.15.)

(a) l. ex hoc jure. ff. de J. & J. Rob. à Vall. conſil. 32. n. 61. Vol. 4. Tib. Decian. Conſ. 44. nu. 118. Vol. 4. Petra de Poteſt. Princip. c. 10. num. 20. (b) Virgil. 1. Georgic. (c) Cramer. in Diſp. Inaug. de Nave & Navigat. th. 1. & ſeqq. (d) t. 1. ff. de contrah. empt. Ariſt. 5. Eth. & 1. Polit. (e) vid. c. ſignificante. & ibi Abbas. extra d. appell. l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in

loc.

loc. publ. Pancirol. conſ. 106. n. 19. Klock. conſ. 29. n. 979. Carpz. lib. 1. tit. 7. reſp. Elect. 86. (f) Vasqu. d. Succeſſ. creat. §. 29. & Illuſtr. Controv. c. 5. n. 15. cum ſq. Harppr. ad §. 11. n. 1. & ſq. J. de N. G. & Civ. Klock. d. contrib. c. 1. n. 371. & Conſil. 10. n. 861. (g) D. Brunnem. tr. d. Pac. P. diſſ. 9. th. 5. (h) tr. de empt. quæſt. 4. n. 1. in f. (i) arg. eorum, quæ tr. JCtus in l. 1. pr. & ¶. 1. ff. d. contrah. emt. (k) D. Textor d. tr. Synopſ. JG. cap. 13. n. 34. 22. 30. 31. (l) Klock. de ærar. lib. 2. c. 25. n. 1. cum ſq. (m) tr. de Rep. lib. 3. c. 8. f. 561. (n) l. 3. C. d. Commerc. & Mercat. & ibi Gothofr. in not. l. ne quis. C. d. dignit. Mynſ. 6. Obſ. 54. Strach. d. Mercat. 3. n. 14. cum ſq. & alii complur. (o) Cic. 1. offic. 3. Reg. 10. verſ. 22. Caſp. Ens Schol. Pol. cl. 1. cap. 5. Joh. Sibrand. in Urb. Lubec. JP. part. 1. ſect. 2. n. 21. cum ſq. (p) vid. Knich. d. Duc. Sax. privil. c. 5. tit. Bergvv. Saltzvv. in pr. (q) l. ſi quis. C. d. Vectig. Alciat. in Tit. quæ ſint Regal. Verbo Salinar. & in l. 17. circ. f. ff. de V. S. Fachin. 1. Conſ. 6. n. 7. (r) Freher. d. monet. f. 48. (s) Lindenſp. in Comment. ad Jus Württ. tit. vom Holtzkauff. 62. (t) l. 38. ff. d. evict. Klock. d. contrib. c. 1. nu. 356. cum ſq. (u) Kn. d. tr. c. 22. lib. 5. n. 25. cum mult. ſeqq. D. Textor d. tr. c. 13. n. 22. 23. 24. (vv) pert. t. extra ne Cler. vel Monach. neg. ſecul. & l. un. l. neque mil. l. f. C. de veſt. holos. l. 52. ff. d. contrah. emt. l. Curialis. l. milites. l. licet. C. Loc. cond. l. mercator. C. d. commerc. (x) Id. d. loc. nu. 37. 38. (y) de qua vid. etiam Reink. lib. 1. cl. 4. c. 20. nu. 56. Limnæus d. tr. lib. 7. c. 1. n. 64. (z) Werdenhag. cum Wehn. tr. d. fœd. Hanſeat. part. 3. c. 22.

(aa) D. Schüz. d. tr. diſſ. 1. exerc. 8. in not. ad th. 25. lit. B. Matth. Steph. d. jurisd. lib. 2. c. 3. Limn. d. loc. n. 70. Rul. part. 2. d. Commiſſ. lib. 5. c. 4. n. 58. (bb) Thuan. lib. 51. Matth. Steph. d. tr. lib. 2. c. 3. n. 6. (cc) Cluv. in Car. IV. (dd) Feſchius d. feud. th. 9. lit. D. Limn. dd. lloc. Beſold. tr. d. lib. Imp. Civ. Dapp. d. Civ. Germ. part. 2. c. 10. Marq. d. jur. commerc. lib. 4. c. 7. Conring. d. Jud. Reip. G. p. 3. Hagemei. diſſ. de F. Hanſ. ejusque privil. (ee) d. loc. n. 76. (ff) Meter. lib. 36. p. 147. vid. tn. Limn. d. tr. lib. 4. c. 8. nu. 26. Carpz. d. Capitul. Cæſ. c. 6. n. 13. & Warem. ab Erenb. d. tr. lib. 1. c. 2. n. 228. (gg) d. loc. n. 74. add. die Verantvv. der vereinigten Hanſee-Städten &c. VVurmſ. diſp. 4. qu. 6. (hh) Speidel. in Notabil. Verbo: Braband &c. Limn. d. Jur. P. c. 2. n. 20. (ii) ap. Fr. in adnot. ad J. P. ſub hoc §. add. ejusd. Elect. J. P. part. 21. c. 12. (kk) de prima orig. Curſûs P. ejusque ap. Perſas & Græcos uſu Auctor eſt de Xerxe Herod. lib. 8. confer. Libell. Eſther. c. 3. & 8. Liv. lib. 31. c. 24. Plin. lib. 2. c. 71. & lib. 7. c. 20. It. de Orig. Curſus P. ap. Roman. & quæ eo provinciales fuerint gravati: v. iterum Liv. lib. 37. c. 7. & l. 42. c. 1. Cæſar d. B. Civ. lib. 3. c. 101. Suet. in Aug. c. 49. Plin. lib. 7. c. 20. & Val. Max. c. 5. exempl. 3. Spart. in Hadr. c. 7. Capitol. in Ant. P. c. 12. (ll) v. rurſus Xenoph. lib. 8. Κυροπαιδ. (mm) de Evectione, teſſeris tractoriis ſive Diplomate, ſine quibus curſum P. movere, paucis exceptis, nemo potuit, & tali formulâ leg. Marculph. Mon. lib. de form. 11. add. Gothofr. in Cod. Theod. G. d. tractoriis in Paratitt. & ad l. 1. Confer. Plin. lib. 10. epiſt. 46.

cum

cum ſq. Caſſiod. 5. Var. 5. Officia, quibus curſûs P. cura commiſſa, (nn) trium generum fuerunt: Primi generis muliones, mulomedici, carpentarii: Secundi generis, præpoſiti, mancipes, præfecti vehiculorum: Tertii gen. præfecti prætorio, Magiſtri officiorum, Rectores Provinciarum, & Curioſi. De mulion. leg. Cod. Th. h. t. confer. l. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil. & ſimil. de mulomed. l. 31. & 35. C. Th. h. t. & al. Symmach. lib. 2. ep. 46. in f. Caſſiod. 6. var. 6. Curſores & tabellarii domeſtici Vett. fuere ſervi, Impp. liberti, Πτεροφόροι ſive pinnigeri &c. Sueton. in Veſpaſ. c. 8. Cic. XI. ep. 11. It. lib. XIV. ep. 5. Sueton. in Neron. c. 30. Senec. ep. 123. Strabo lib. V. in f. Lamprid. c. 42. in pr. Aurelian. c. 49. Magnus Salmaſ. ad. c. 58. Lamprid. D. Hoffm. in Contin. Lexic. univ. pluria eximia. (oo) De animalibus, ſtationibus, ſtabulis & vehiculis ad curſum Romanorum publicum pertinentibus, & de curſus hujus diſtinctione in velocem & gravem, cujus ſpecies clabularis, & de navibus curſoriis leg. l. 15. 34. 36. cum al. C. Theod. h. t. Marcell. lib. 21. Caſſiod. 4. Var. 47. Jac. Gothofr. ad l. 48. C. Th. h. t. Socr. lib. 3. c. 1. Hiſt. Eccl. Cic. Phil. 2. & pro Roſc. Amer. Tranquillus c. 57. Procopius lib. 11. de B. Perſar. Salmaſ. in Capitol. Ant. P. c. 12. Joh. Scheffer. de re vehiculari. lib. 2. c. 27. in f. cum ſeq. Sidon. lib. 1. ep. 5. Victor Uticenſ. lib. 7. Vandal. (pp in Itin. Indiæ Orient. lib. 1. c. 31. in f. & cap. 13. dd. Vid. quoque Senec. ep. 78. (qq) de tota hac Poſtar. mat. plura qui deſiderat, adeat Tr. Integr. D. Hornick d. Regali Poſtar. Jure: & D. Fr. d. via publ. paſſ. (rr) Sixtin. d. Regal. c. 6. num. 1. (ss)

Idem

Idem d. c. n. 11. & ſeqq. (tt) Id. d. l. c. 2. n. 3. ibidemque allegati Dd. (uu) Loccen. hiſtor. Suec. p. 675. (vv vv) D. Gock. d. tr. c. 23. n. 4. (xx) Gölniz. de vectig. c. 3. nu. 28. p. 57. (yy) Gloſſ. ad l. 31. ff. d. adm. & peric. tut. l. 7. C. d. Vectig. (zz) D. Rümel. diſſ. 8. ad A. B. th. 22. p. 260. (No. 1.) Birago in verteutſchtem verändertem Portugal. ant. princ. lib. 1. (No. 2.) D. Gock. d. loc. n. 7. (No. 3.) Brunnem. ad l. 1. C. d. Vectig. pag. 375. (No. 4.) Stransky Reſp. Bon. c. 5. p. 179. (No. 5.) Inſtr. P. Hiſpano-Belgicæ art. 8. 9. & 10. (No. 6.) Inſtr. P. Gallo-Hiſpanicum. art. 6. (No. 7.) Inſtr. P. Succo-Pol. art. 15. per tot. (N. 8.) Inſtr. P. Dano-Suec. art. 3. (No. 9.) de quibus omnibus trad. fuſiſſ. D. Gock. d. loc. nu. 14. cum aliq. ſeqq. & D. Schüz. d. tr. Exerc. IV. th. XII. cum Not.. (No. 10.) latè Carpz. ad L. Reg. c. 8. n. 15. & ſect. 2. n. 25. (No. 11.) Spring. d. Pac. R. p. 69. de quod vid. Reink. d. tr. lib. 3. cl. 1. n. 15. cum mult. ſeqq. (No. 12.) per trad. Frid. Albert. Manlii de Pac. Rel. t. 4. benef. 4. §. ſed qiud de Reformatione Calendarii? p. (mihi) 32. (No. 13.) d. tr. part. 3. d. 12. n. 5. (No. 14.) d. tr. in l. 20. §. 155. & 202. (No. 15.) Mr. Sauter d. tr. Noviomag. p. 227. lit. a.

De Satisfactione Bellica Coronæ Suecicæ & Coronæ Gallicæ ab Imperio præſtita;

Item

De Controverſia inter Reg. Sueciæ, & Civitatem Bremenſem;

Item-

Itemq;

Inter Duces Holſatiæ- & Civitatem Hamburgenſem.

ARTICULUS X.

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Compendium hujus Articuli.*
2. *Velum publicæ neceſſitatis atque utilitatis.*
3. *Quænam Corona Suecica in ſatisfactionem (ut terminus erat) acceperit?*
4. *Satisfactio ob impenſas bell. cur meritò exigatur?*
5. *De Controverſia inter Reg. Sueciæ- & Civitatem Bremenſem: remiſſivè.*
6. *Controverſia de Civitate Hamburgenſi: itid. remiſſivè.*
7. *Controverſia de Finibus Pomeraniæ, ejusque eventu.*
8. *Fœdus Civitatum Hanſeaticarum in ipſarum incrementum factum, non ſapit conſpirationem, à pluribus Impp. verbis, factisque confirmatum defenditur?*
9. *Elogium D. Pufendorffii meritiſſ.*
10. *Coronæ Suecicæ poſtulatum primum; judicia pro- & contra; Queſtus Sereniſſ. Electoris Brandenb. & alia, remiſſivè.*
11. *Satisfactio Coronæ Gallicæ primò iterum ſuccincta proponitur.*

12. *Ejus-*

12. *Ejusdem hiſtoria pòſt prolixiùs exhibetur.*
13. *De eadem Judicia pro & contra; itemque deliberatio in Collegio Principum de ea; Cæſareorum oblationes, & ad eas Coronæ Gallicæ declaratio; novæ conditiones oblatæ; Civitatum Imp. Præfecturæ Hagenavienſis Proteſtatio, contra ceſſionem iſtius Præfecturæ in Coronam Gallicam, & Ordinum pro iis Sententia; ejusdem Oblatio, Alſatiam ab Imperio Jure Feudi tenendi, inque eam Quæſtionem Sententia affirmativa-negativa; Ordinumq; declaratio, & ad Reg. Gall. Epiſtola Reſervatoria, aliaque complura remiſſivè.*

VT autem articulum hunc Satisfactionis Suecicæ (cujusque ſchemate neceſſitatis & ſalutis publicæ excuſandæ! hinc liquet, corpus poſſe partem etiam parte invita alienare, commodi publici causâ (a) exemplo hoc de locis in Pomerania ſitis; alioque in Pace Rothſchildenſi, ubi Rex Daniæ partes quasdam Reg. Succiæ dedit:) primùm breviſſimis attingam, eundem artic. cum D. Schvveder. (b) in pauca ſic contraho, ratione præliminari, quare nim. ſatisfactio ob impenſas belli meritò exigatur, ad ejusdem principium præ- & remiſſa. Conceſſa verò ſunt Coronæ huic floridiſſimæ, quæ in feudum ab Imperio recognoſcit perpetuum & immediatum

I. Tota citerior Pomerania, cum Inſula

Rugia, ex ulteriori autem Stetinum, Garz, Damm, Golnavv, & Inſula Wollin, cum interlabente mari, das friſche Haff genandt, ſuisque tribus oſtiis Peen, Schvvine, & Divenavv, ac adjacente terra, usque ad mare Balthicum, (ea latitudine littoris orientalis, de qua inter Regios & Electorales Commiſſarios, circa exactiorem limitum & cæterorum minutiorum definitionem, amicabiliter convenietur, & per Receſſum Stetinenſem compoſitio facta, vid. Haupt-Receſs §. die Hinter-Pomeriſche Poſten &c. pag. 33. in fin.) & ex exſpectantia in totam ulteriorem Pomeraniam in caſum, quo Linea Maſcula Domûs Brandenburg. defecerit.

II. In Ducatu Mecklenburgico Civitas & Portus Wismarienſis, una cum Fortalitio Walfiſch & Præfecturis Pöll, (exceptis pagis, Seedorff, Weidendorff, Brandenhauſen & Wangern, ad hoſpitale S. Spiritus, in Urbe Lubeca pertinentibus,) & Neuencloſter, omnibusque juribus & appertinentiis, quibus ea Duces Megapolitani hucusque habuerant: Ita, ut dicta loca, totusque portus cum terris utriusque lateris ab urbe in mare Balthicum liberæ diſpoſitioni Suæ Majeſtatis ſubſit, poſſitque ea munimentis & præſidiis pro libitu & exigentia circumſtantiarum, ſuis tamen propriis ſumptibus firmare, ibique ſemper pro ſuis navibus, claſſeque tutum, ſecu-

rum-

rumque receptum ac ſtationem habere, iisque de cætero uti, fruique eo jure, quod ipſi in cætera ſua Imperialia feuda competit: Ita tamen ut Civitati Wismarienſi privilegia ſua ſint ſalva, ejusque commercia protectione, favoreque Regio omni meliori modo promoveantur.

III. Archi-Epiſcopatus Bremenſis & Epiſcopatus Verdenſis, cum Oppido & Præfectura VVilshauſen; Ducatus Titulo; Civitati Bremen libertate ſua reſervata. Quid inter hanc Coronam & Civitatem illam anno 54. & poſt anno 66. actum, de hac controverſia & huic affini, quæ intercedit inter Regem Daniæ & Civitatem Hamburgenſem, evolvendus cumprimis Burgoldenſis. (c)

IV. Regibus Sueciæ conceſſum eſt Privilegium eligendi fori, & de non appellando, (d) cum hac tamen conditione, ut ſummum aliquod Tribunal in Imperio erigerent, quod poſt an. 53. d. 17. Maji VVismariæ erectum, Præſide Dn. Com. de Ochſenſtirn, Vice-Præſide Dn. Dav. Mevio, conſtitutis, und iſt d. 12. Septemb. d. anni das erſte Appellation-Gericht eröffnet, da zum erſtenmahl 38. Proceſſe anhängig gemacht vvorden. (e) Vid. deſz Königl. Tribunals zu VVismar Proceſz-Ordnung, & ad eam Eund. in Deciſionibus ſuis paſſ. Nuper per arma hoſtilia Civitas iſta pervenerat in manus Regis Daniæ: vid. Fr. d. loco.

V.

V. Jus erigendi Academiam vel Univerſitatem.

VI. Jus Vectigalium (vulgò Licenten voc.) ad littora, portusque Pomeraniæ & Megapoleos jure perpetuo conceſſum, ſed ad eam taxæ moderationem reducendum, ne Commercia in iis locis intercidant. Huc pert. die Warnemünder Zoll-Sach, cujus controverſiæ ſtatum Fr. in Adn. ad I. P. hoc artic. & §. oculis ſubj. Pl. Memorial. der Fürſtl. Mecklenburg. Schvverin- und Güſtraviſchen Geſandten, an den Reichs-Convent zu Regenſp. die VVarnemünder Zoll-Sach betr. p. 513. cum aliq. ſeqq. Et hîc inſuper notandum, quod ex parte Cor. Sueciæ ex verſ. primò totum &c. & ex hoc §. Præterea 13. deductum, daſz deroſelben auch die Licenten in Hinter-Pommern zugekommen &c. De quo conqueſtus Sereniſſ. Elector Brandenburgicus per Legatos in Comitiis Ratisbon. anno 53. Legatus autem Suecicus contra Memoriale exhibuit &c. Tandem tamen res dicto anno transacta eſt. Quomodo? vid. Burgold. (f)

VII. Diſpoſitum hîc etiam porrò, quod Rex Sueciæ ratione ceſſarum ditionum inveſtituras, quoties caſus evenerit, ab Imperatore petere debeat. De reliquo in fine artic. hujus, libertati, & juribus, & privilegiis Subditorum in Provinciis Cor. Sueciæ ceſſis, nomina-

minatim autem Civitati Stralſundenſi, & Civitatibus Anſcaticis cautum eſt. Aliàs Fœdus Hanſeaticum ut illicitum, illegitimum ac Monopolicum nonnulli damnarunt, ob tx. A. B. tit. 15. quod tamen immemoriale tempus defendit, & inſimul ab Impp. verbis, factisque aliquoties confirmatum eſt, ac noviſſimè, ut legitimum, agnoſcit hic artic. & §. ult. & ſupr. art. 6. Inſtr. P. Noviomag. Cæſareo-Suecici: add. R. I. de anno 1566. §. die Han- und See-Städte: ubi quod omnis illa Conjunctio, ſalvo cujusque Principis Jure Dominico & Superioritate facta ſit contra Bodinum, 1. de Rep. 6. qui eas omnes pro Imperialibus hab. & unicam inſuper tantum Imperialem Civitatem, (quod refellit Kirchn. in Morviller lib. 1. c. 4. n. 122. ubi hodienum adhuc IV. earum numerat,) in eo Fœdere contineri ſcr. & ex hoc capite acerbè in totum Fœdus invehebatur VVaremundus ab Erenberg & Kirchnerus. (g) Aliis dubitandi argumentis fatisfaciunt Doctores, interque illos Limnæus & VVurmſerus; (h) Add. Beſold. Rümel. Carpzovius, aliique, (i) hunc Fœderis arctioris Nexum defendentes.

Occaſione §. 16. & ult. hujus Artic. Xmi verbis: cum Rel. Evang. &c. adpingenda
Lex IX. Armiſtitii.

Concedit quoque S. Chriſtianiſſima Majeſtas

 omnium

omnium locorum reunitorum ſive vindicatorum Incolis, tam Catholicam fidem profitentibus, quàm Confeſſioni Auguſtanæ, aut Reformatæ (ut vocant) Religioni addictis, Liberum Religionis Exercitium, liberrimamque fruitionem atque diſpoſitionem omnium bonorum, decimarum, redituumque omnis generis, tam eorum, qui ad ſuſtentandos Eccleſiarum Rectores, Paſtores, Præceptores, ac Adminiſtros, quàm ad ipſa eorum Templa, Scholas, ædesque pertinent, cunctorumque aliorum quocunque nomine veniant, nullis exceptis.

Nunc hiſtoriam Satisfactionis Suecicæ paulò altius & latius prætexens, & D. Pufendorffii veſtigiis gradatim inſiſtens, cujus inſignia in Hiſtor. Polit. & Jure Publ. merita erudito Orbi, ex doctis in lucem editis ſcriptis ſatis nota, nulla ſilebit poſteritas, nec ulla unquam obliterabit oblivio, exhibeo talem: Inter hæc Sueci ſuper ſua ſatisfactione cum Cæſareis in univerſum tranſigebant, cujus capita ſcripto concepta, mutis inde congreſſibus excutiebantur, ejus exordio iſti inter cauſas petitæ ſatisfactionis poſuerant, ſuæque tum indemnitati, tum propriæ, communique amicorum ſuorum ſecuritati condignè proſpiceretur. Ex eo, quia concludi videbatur, Cæſarem Sueciæ, ejusque amicis, citra cauſam periculum intentaſſe; Cæſarei hæc verba ſubſtitui cupiebant: Pacique publicæ in Imperio

perio reſtaurandæ, condignè proſpiceretur. Quæ facilè à Suecis admittebantur. (k) Plura de Pomerania & VVismaria vid. ap. eund. d. lib. & §. 91. Idemq; de reliquiis Satisfactionis Suecicæ. Circa VVismariam Duci Mecklenburgico per Cæſareos, Suecosque reſervatum fuerat, ut is junctum cum Regina imperium in id oppidum haberet, præſidiariis in ejusdem ſimul verba adactis; ea tamen lege, ut Dux in hanc transactionem conſentiret: alias id oppidum ſoli Reginæ in perpetuum feudum à Cæſare concedendum. Atque id formulæ pacis à Cæſareis hoc modo inſertum erat, ſed Mecklenburgicus Legatus à Principe ſuo recens reverſus, conditione repudiata, aliam proponebat, ut Regina VVismariam ad eundem modum, quô Hollandi Embdam, ad ſui ſecuritatem præſidio teneret, ipſi ſoli obnoxio, additis tamen multis reſtrictionibus & exceptionibus; quæ conditio ſi Reginæ placeret, eidem commune dominium in portum VVismarienſem, & munitionem à Balæna dictam offerebat. Id cùm non admitteretur, demum in Condominium VVismariæ conſentiebat, ſed certis itidem conditionibus circumſcriptum. Verùm cùm ipſi Cæſarei has tergiverſationes pro diſſenſu haberent, nec ideo negotium differendum cenſerent, in Suecico Inſtrumento de communi dominio omittebatur. Et cum poſt

Mecklenburgicus in Condominium, prout anteà Cæſareis & Suecis deſignatum erat, conſentire vellet, re jam transacta, repellebatur. Quæ Seſſio in Comitiis novo Ducatui Bremenſi aſſignanda eſſet, adhuc inquirebatur. Ab initio placuerat, proximum locum à Marchionibus Brandeburgicis in ſecularium ſcamno illi habendum eſſe, idque Cæſarei ſuo Inſtrumento expreſſerant. Sueci contra, mutata pauliſper ſententia Reginæ ob dignitatem primum locum in eo ſcamno poſtulabant, non ſuo, ſed aliorum Principum, ac præcipuè Brandeburgicorum Electoralium inſtinctu, qui eo loco Reginam, quam Bavarum gaudere malebant, & quia Bavaro inter Electores recepto in ſerie Principum haud rectè relinqui videbatur. Eam rem Cæſarei haud valde reluctari, Monaſterium rejiciebant: ſed cum Sueci mox perſpicerent, Cæſareos forte hoc poſtulatum velut novum in calumniæ auſam arrepturos, eodem ultrò deſiſtebant.

Porrò Id. Art. ſic de æquivalente Adminiſtratoris Bremenſis: Ut pro ceſſione Bremenſis ac Verdenſis Præſulatus, ſimul Coadjutoriatûs Halberſtadienſis jure temporarium quoddam æquivalens ſibi tribueretur, per Reinkingium Fridericus Dux ſedulò inſtabat. Cui à Cæſaris repoſitum, Duci ad recuperanda amiſſa per Arctoam Pacem viam patuiſſe,

nec

nec eundem efficaci modo hactenus circa iſta laboraſſe, ac tantum non eadem pro derelictis habuiſſe. Lubecenſi pace ipſius Patri Holſatiam & Jutiam reſtitutam, ut pro filiis ſuis in Præſulatus ullos ne quid prætenderet. Cæſarem inſuper poſt mortem Comitis Schaumburgici Dynaſtiam Pinnebergam ad ſe devolutam ipſi ceſſiſſe; ſed & is Glückſtadienſe vectigal multos ultra conceſſum tempus annos exigere diſſimulaſſe. Tanto patientius ipſi tolerandum, iſtas Præſulatus ad redimendam communem pacem impenſas. Nec pari conditione ipſum cenſeri poſſe cum illis, queîs penſatio facta ſit. Et Archiducem Leopoldum Wilhelmum Halberſtadio, Franciſcum VVilhelmum Verda, Auſtriacos Alſatia gratis carere. Cæterum quò plus Cæſareos à penſatione iſta abhorrere adparebat, eò frequentius de iſta movebant Sueci, non quidem ut Duci Friderico gratificarentur; ſed ut eo magis excuſati eſſent, ac penes ſe culpam non hærere oſtenderent, quod iſte nihil acciperet. Unde Cæſarei demum proponebant, ut Duci Præfecturæ Hildeſienſes, quas Lüneburgici anno quadrageſimo tertio Colonienſi Electori aſſeruerant, ad vitam fruendæ darentur. Mox eo propoſito omiſſo pecuniæ ſumma è Collectis Imperii futuris eidem ſatisfacere conſtituebant.

Præterea Id. de Satisfactione militum Re-

 ginæ

ginæ Sententiæ: Quæ militum ſatisfactioni ſumma nuper à Legatis Suecicis propoſita erat, etiamſi in ſe Reginæ haud enormis, nec iſtorum meritis, laboribusque ſuperior videbatur, præſertim, cum Bavarus Cæſari una expeditione tredecim millionibus imputaſſet, tamen quod metus eſſet, ne Ordines longo bello exhauſti, ſi poſtulato pertinaciter inhæreret, per deſperationem infeſta Sueciæ fœdera agitarent, ſatius ducebat iſtam moderari. HocqueLegatis ſuis injungebat, gradatim de eadem ad quinque usque milliones, non tamen ultra, remittere. Ea ſumma cum poſtulato militum Egræ facto multo minor eſſet, Oxenſtierna ad VVrangelium tunc Mindæ agentem profectus eſt, de hac re cum ipſo & primariis Ducibus collocuturus. Quibus ea ſumma pro numero Ducum, militumque nimis exigua videbatur, eoque apud VVrangelium inſtabant, ut deſideria ac neceſſitates militum Reginæ de meliore nota commendaret.

Pergit Id. ulterius: Circa Suecicam ſatisfactionem non ſolum Catholici quædam notarant, ſed & ipſi Sueci nonnulla interpolaverant; id quod Cæſareis diſplicebat, omnem circa ea, quæ ſuper ſatisfactione cum Drautmansdorffio concluſa erant, mutationem adſpernantibus. Reponebant Succi Catholicorum correctiones, quæ ne huic quidem capiti

piti pepercerint, anſam dediſſe, ut hinc inde clarius exprimerent, quæ dubitandi anſam olim præbere poſſint. Concedere tamen, ut hoc caput planè citra ullam mutationem maneat, ſi Cæſarei & Catholici omnia conventa rata relinquant. Catholici porro ſuis Sacris in Bremenſi ac Verdenſi ditione libertatem ſtipulari cupiebant, ac ut toleraretur quispiam ſacra poteſtate præditus, qui in fidei ſuæ ſocios inſpectionem exerceret. Colonienſis quæque conſenſum ſuum ſuper præfectura VViltzhuſana certis conditionibus circumſcribebat; ut quæ hactenus recepta ibi fuerat Catholica Religio, deinceps quoque maneat, ipſique jus diœceſanum, & jurisdictio ſacra ibi reſervetur: aliàs ſe per conſcientiam haud poſſe renunciare liti, quæ ſuper ea præfectura inter Bremenſem & Monaſterienſem Præſulatum pendeat. Urgebant quoque Cæſarei juxta ac Catholici, ut collectas Imperii ejus Præfecturæ nomine Regina deinceps ſuſtineat, cum æquum ſit, rem transferri cum ſuo onere. Roſtochium per Cæſareos portorio ſe eximere cupiebat, inſerto in locis ceſſis. Poſtulabat quoque Domus Burgundica, ut adſueretur clauſula, ne pactis antiquis fiat præjudicium ob Belgas, qui in Pomerania & Meclenburgia commercia exercerent. Ad iſthæc Sueci, & quidem circa Sacra reponebant; ſuper his Articulo

de

de gravaminibus diſponi, nec Reginam deterioris conditionis, quàm alios Ordines eſſe poſſe. Offerebant tamen, ſe Romana ſacra in Bremenſi & Verdenſi ditione toleraturos, ſi Cæſar eandem libertatem Evangelicis in patrimoniali ſua ditione indulgeret. Id quod Cæſareis nimio emptum videbatur. Sed circa VViltzhuſam Colonienſis ſententiæ ſuæ inhærebat: ſibi quidem ferenda jactans, quæ inter Cæſareos & Suecos convenerint; ſed eo caſu litem ſuper iſta præfectura abdicare non poſſe; ac malle ſe in ipſas expenſas à Judice condemnari, quàm in hoc Conventu aliquid adverſus ſuam conſcientiam admittere. Quo ipſo litigioſam Reginæ Satisfactionem tradi, Sueci Cæſareis demonſtrabant, qui & iniquum judicabant, partem Collectarum Imperialium eo nomine in Bremenſem ditionem devolvi; cum durante hac lite Monaſterienſis non plus, quàm Matricula Imperii exprimeret, nec Bremenſis minus exſolverit. Roſtochienſium petitum paucis verbis rejiciebatur; rem jam eſſe in porta; idque eo magis, quod ipſe Meclenburgicus Legatus ab initio contenderat, ut introducta ad oram Meclenburgiæ portoria retinerentur, quod ſperaret, VVarnemundenſe Caſtellum ad Ducem rediturum. Unde nunc in diverſum nitens eò minus audiebatur. Ad Burgundicum poſtulatum Sueci reponebant: ſibi

de

de ejusmodi pactis nihil conſtare. Si antiqua cum Hanſeaticis pacta minuantur, illis ſub finem capitis de commerciis caveri; ubi & ſatis diſpoſitum ſit, ne commerciis impedimenta objiciantur. Aſt ſuper mutationibus per Suecos ipſos inſertis , Cæſarei quidem, quod Pomeraniam & Wismariam ſpectabat, parùm movebant. Circa præbendas in Caminenſi Præſulatu Sueci ſibi diſertè ſuis præſentibus Canonicis defunctis eas exſtinguendi, & bonis menſalibus adplicandi reſervarant. Id quod & Brandeburgicus pro ſua parte faceret: ſed Cæſarei monebant, Brandeburgicos apud ſe declaraſſe, Electorem Canonicatus Caminenſ. haud extincturum, quod Equeſter Ordo interceſſerit, quem offendere ipſe nollet; Eandem rationem apud Suecos quoque valituram. Sueci reponebant; ſemel ita transactum, & ad Reginam relatum; nec id ſibi citra nova mandata retractare fas eſſe. Reginam haud eò ſecius poteſtate illà decenter uſuram, Ordinumque Provincialium Judicia ſe attemperaturam, ac cum Equeſtri Ordine ita acturam, ut querendi cauſa huic non ſit futura. Super militum ſatisfactione aliquoties moventibus Suecis Cæſarei reponebant; de hac non prius agi poſſe, quàm pax cominus conſpiciatur. Excipiebant Sueci, hanc quoque inter Conditiones pacis eſſe, qua intacta, hanc planè

con-

concludi non poſſe, Cæſareos utique eam dudum æquam judicaſſe, ac ut ſumma deſignaretur, ſæpe inſtitiſſe. Unde mirum ſibi videri, ipſos ad propoſitionem dudum factam reſpondere nondum velle. Sed Cæſarei ſuæ Sententiæ inſiſtebant, aliis rebus indeciſis, hanc tangi haud conveniens eſſe; & omnes Ordines etiam Evangelicos acriter reſiſtere, ac ſuadere, ut quæ controverſa adhuc reſtant, prius componantur; militum præmia ad executionem tractatus pertinere; quò ubi perventum ſit, rem ſuo loco & ordine ſuſcipiendam.

Et Idem libro 20. §. 98. Dum Ordines utriusque Religionis ſuper negotiis Imperii anni initio conſultant, Sueci ſatisfactionem, & quæ inde pendent, abſolvere conſtituerant; circa quam obſcuriora quædam clarius exprimere viſum fuerat, declinandis in futurum litibus, poſtquam animadverterant, Catholicos correcturis ſuis quædam non exigui momenti moliri. Sed Cæſarei circa æquivalentia oſtendebant, ſibi cum iis, quorum intereſſet citra Suecorum offenſam, facilè conventurum: id quod Sueci ſuo loco relinquebant. Circa Sueciæ autem ſatisfactionem etſi Cæſarei inter diſceptandum à Suecorum poſtulatis parum abirent; tamen novam formulam ſcripto concipere abnuebant. Sed planè illi, qûum Secretarii Legationis ſubſcripſerant, in-

inhærebant, ſic, ut à neutra parte mutatio aliqua admitteretur; niſi circa ea, quæ ex eo tempore partis utriusque conſenſu mutata fuerant; velut de Condominio Wismariæ ac Præſulatu Hamburgenſi, inprimis quatuordecim pagis, quorum poſſeſſionem Dux Holſatiæ hac pace perpetuam adquirebat.

Idem iterum: Circa Satisfactionem Suecicam nulla mutatio ſuſcipiebatur. Equidem ſuper portorio ad Warnemundam querebatur Meclenburgicus Dux, velut ruinam Subditorum ſuorum producturus, ſi Roſtochium, quo omne Provinciæ frumentum convehi ſoleat, peſſum eat. Sed quia ex eo portorio non magis Roſtochio, quàm aliis ad Mare Balthicum ſitis Urbibus ruina impendere credebatur, haud viſum eam ob rem ſemel placita convellere.

Rurſus Idem: Circa ſatisfactionem ſuam Sueci haud ſatis digerebant, quod Bremenſi urbi præſens ſuus Status relinquendus diceretur, quia Urbs territorium ſuum longè ultra priſtinos fines, ac in præfecturas quoque nuper partas, in medio Præſulatu ſitas, extendere cupiebat, ſimul durante bello, quin ex quo tempore caput de ſatisfactione ſubſcriptum erat, multa in fraudem provinciæ patraverat: quæ omnia ſi vim juris nanciſci deberent, Reginæ id ſummo detrimento futurum erat. Contra Cæſarei cenſebant:

ſebant:

ſebant: ex iis, quæ Urbs durante bello uſurpaſſet, jus ipſi novum naſci non poſſe, nec Succiæ media deſore intra gyram orationis eandem redigendi. Nec tamen ideo vocabula, præſens ſuus Status, expungenda, quod Urbis im̃edietati hac ratione præjudicium inferendum foret. Quam cum ita directè tunc oppugnare Suecis haud è re videretur, atteſtatum poſtulabant, ea verba juribus Reginæ fraudi non fore. Quod Cæſarei, ſi Suecis placeret, Protocollo inſcribere parati erant. Antea quoque Sueci ſuper ſui militis ſatisfactione peculiarem §um inſeruerant, qui nunc, cum de iſta ſingulari capite diſponeretur, omiſſus eſt: in cujus locum Sueci de ſexcentis uncialium millibus inſeri cupiebant, quæ Cæſarei nomine oppidorum, quæ intra ditiones Cæſaris ipſorum præſidiis tenebantur, reſtituendorum promiſerant. Sed Cæſarei velut novum id excuſabant, de quo ſibi in mandatis datum foret: Tum ſecuros eos eſſe jubebant, ſecreto articulo conventa non minus rata fore, quàm quæ publicis tabulis decreta ſint. Nec prius ipſos ad præſidia Cæſareis oppidis deducenda teneri, quàm triens ejus ſummæ exſolutus fuerit. In gratiam porro Roſtochienſium Ordines, ubi de portoriis mentio fiebat, verba ad loca ceſſa infarcire cupiebant, tamen ut ceſſo portu Wismarienſi certa litoris latitudo definiretur. Sueci contrà

tra oſtendebant, ipſorum Ordinum Decreto ſancitum, ne quæ mutatio circa ſatisfactionem fiat. Circa Warnemundanum tamen portorium declarabant, neminem ultra fas onerandum. Tum litoris haud majus ſpatium poſtulandum, quam quod pro re nata excitandis nautarum tuguriis ſufficiat.

Idem plus ultra de Satisfactione militiæ Suecicæ: Sed cum Sueci ad reliqua progredi nollent, priusquam militis ſui ſatisfactio plenè adornata foret, Ordinum opera, quos illa quàm maximè tangebat, eadem demum perfecta eſt. Circa hanc id potiſſimum controvertebatur, cum ſtatim à concluſa pace contributiones ceſſare debeant, unde interim præſidiarius & campeſtris miles, usque ad exauctorationem ſuſtentandus ſit? de qua re cum inter ipſos convenire non poſſet, nec Sueci inconſultis bellicis Ducibus quid ſtatuere vellent, demum in hanc clauſulam conſenſum: ſalva tamen præſidiariorum militum, cæterarumque copiarum ubicunque fuerint, ſuſtentatione, ad tolerabilem modum convenienda. Sed Cæſari verba iſta, ubicunque fuerint, utique expungenda contendebant, ne ſi forte Suecicus exercitus, dum pax concluditur, intra Bavariam, aut Cæſaris ditiones ageret, ibi ſubſiſtere vellet; ut ſeptem Circuli ad hoſpitia illi præbenda teneantur: nî res ita diſponatur, hoſpitis manum con-

ſerturos, quod fieri non poſſit, ut iſti poſt pacem factam in uno aut duobus circulis ſimul morentur. Ita demum ab Ordinibus iſta verba deleta ſunt. Poſt Verba, à ſolutione immunis ſit, Sueci poſuerant, (excepta ſola Landgravia Haſſiæ,) quæ ut diſpungerentur, Cæſarei demum ſumma cum contentione pervicerunt. Nullo colore Landgrav. ſatisfactioni militis Suecici ſe ſubtrahere, cujus patrocinio ipſa tam inſigni ditione potita ſit, non minus fructuoſa, quam antiqua ejusdem provincia fuerit. Contra Cæſarei illos Ordines VVeſtphalici Circuli, queîs ſexcenta uncialium millia Caſſellanæ perſolvenda incumbebant, eximere conabantur: quibus cum Sueci ac univerſi Ordines contradicerent, tandem in Gratiam Cæſaris Colonienſi Electori immunitas conceſſa, reliquis communi oneri ſubjectis, qui non minores, quam Colonienſis immunitatis petendæ cauſas habebant. Ut Haſſiacæ militiæ ducenta uncialium millia donentur, Sueci ſummoperè contendebant. Sed obnixè reſiſtebant Ordines, extrema potius experturi, quàm iſtam ignominiam ſubituri. Eo Exemplo Colonienſem, Saxonem, Brandeburgicum, Lüneburgicos, Lotharingum paria poſtulaturos. Et diſertè Saxonici atque Luneburgici idem ſibi ſtipulabantur, ſi Landgraviæ poſtulata annuerentur. Unde Haſſi cum initiô acriter proteſta-

ren-

rentur, demum eam ſummam Suecicæ militiæ ſubtrahi, ſibique addici cupiebant. Quod cum Sueci abnuerent, tandem ne paci mora injiceretur, hactenus poſtulato ſuo deſiſtebant, ut amplius ſe deliberaturos oſtenderent. Denique

Idem ſubjicit: ne qua mora exautorando militi, præſidiisque deducendis fieret, Ordinibus cumprimis curæ erat, ut pecunia convento tempore corrogaretur. Quo fine ad Præſides Circulorum ejus ſummæ diſtributio mittebatur, ut ſingulos Ordines ratam conferendam hortarentur. Sed cum militum hoſpitationes multis Ordinibus graviſſimè incumberent, eorum Legati à Suecicis petebant, ut Carolus Guſtavus duodecies centenis millibus uncialium parata pecunia exſolvendis adquieſceret: interim equitum aliquot legiones, & è ſuperiorum graduum Ducibus illos exauctoraret, qui Reginæ militiam exuere cuperet. Id quod & ab aliis exercitibus ſit faciendum. Hoc modo inſigniter levari Germaniam, ac facilius quod reſtet pecuniarum exſolvi, militemque qui in Sueciam trajici jam nequeat, ali poſſe. Sed quia Legati de re jam conventa quid remittere non audebant, ad Carolum Guſtavum ſe ſcripturos recipiebant. Ad quem & ipſi Ordines literas eo nomine dabant, ſed cum Legati oſtenderent, vix remiſſionis quid obti-

neri poſſe, aſſignatione inter Duces jam facta: de tota mox ſumma ſpem faciebant, etſi graves querimonias ſuper Gallico cumprimis exercitu moveret, qui iisdem, quo Suecicus alimentis haud contentus, ſuperiores Circulos, quibus incumbebat, planè exhauriret. Cæterum plerique Ordinum ad pecunias conferendas ſat alacres erant, quod ſpes foret tandem aliquando moleſtias belli deſituras, quas & exemplo & hortatu Moguntinus accendebat. Leodios duntaxat querebatur Colonienſis ad quotam ſuam conferendam à ſe moveri non poſſe, eoque petebat, ut Cæſarei Legati & Ordines auctoritatem ſuam quoad iſtos interponerent. Qui & per literas ſe eosdem monituros recipiebant. Et idem D. Pufendorff. ſubnectit tandem aliquot Quæſtiones circa ſatisfactiônem militum, ſc. An? Quis? Cui? Itemque de quanto; modo & tempore ſolutionis &c. de queîs d. lib. §. 128. 129. 130. 131. 134. & 136. egregiè plura adpingit. Quodnam autem Coronæ Suecicæ poſtulatum fuerit primum, & Judicia deſuper pro- & contra Cæſareorum t. t. Brandenburgiorum, & Meclenburgiorum; deliberatio itidem in Conſilio Principum, nec non diverſæ horum Sententiæ, Sereniſſ. Elect. Brandenburgici inde queſtus, per Eo Interceſſio Evangelicorum iterata & Batavorum; & Judicia inſimul quorundam ex ipſa Domo

Bran-

Brandenb. pro Coronæ Suecicæ poſtulato; ut & queſtus Brandenburg. & Friderici Holſati ob Bremenſem ac Verdenſem Epiſcopatum Coronæ Suecicæ cedendum; Et Evangelicorum Interceſſio à Brandenburgicis deſiderata, atque iſtorum in eam rem dubia; certo verò modo tandem annuentium; ad eamque Reſponſum Cæſareorum, Suecorum &c. & Brandenburgicor. ad eandem declaratio &c. Omnium quoque latiſſimè pertractatur in Hiſt. P. VV. (l)

Præcedentis Coronæ Suecicæ Satisfactio, Coronæ itidem Gallicæ Satisfactionem ab Imperio præſtitam commodè excipit, utpote quæ æque juſto titulo, poſtquam ita, pro Bono Pacis, convenit, poſſidet, quæque Ipſi Cæſar & Imperii Ordines in Alſatia ceſſerunt, idque ex ratione præliminari §. 69. quò magis Pax & Amicitia, inter Imperatorem atq; Regem Chriſtianiſſimum firmari poſſit, & ſecuritati publicæ melius proſpiciatur.

Parique jurè ſibi vindicant Epiſcopatus, Metenſem, Tull. Verodunenſem, urbibus cognominibus jam tum Henr. II. Reg. Gall. occupatis; quamvis enim non levis antehac inter Juris Publici Conſultos de his, an juſtè detinerentur? fuerit controverſia: (m) attamen anno 48. illa, Satisfactione hac Monaſterienſi, inter Imperatorem & Regem Galliarum hoc modo ſopita, ut Supremum Dominium,

Jura Superioritatis, illaque omnia in Epiſcopatus, Metenſem, Tull. Virodunenſem, Urbesque cognomines, eorumque Epiſçopatuum Diſtrictus, & nominatim Moyenvicum, eo modo, quo ad Imperium Romanum ſpectarant, inpoſterum ad Caronam Galliæ ſpectare debeant, reſervato tamen jure Metropolitano ad Archiepiſcopum Trevirenſem pertinente. Sic enim ſe habent, inter alia, Articuli Sexti Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Gallici ipſiſſima verba:

Primò: Quod Supremum Dominium, Jura Superioritatis, aliaque omnia in Epiſcopatus Metenſem, Tullenſem & Virodunenſem, (quid hactenus in hac cauſa actum fuerit inter Regem Galliæ & Status quosdam Germaniæ, docet, Informatio (n) annexa:) *Urbesque cognomines, eorumque Epiſcopatuum diſtrictus, & nominatim Moyenvicum, eo modo, quô hactenus ad Romanum ſpectabant Imperium, inpoſterum ad Coronam Galliæ ſpectare, eique incorporari debeant in perpetuum & irrevocabiliter, reſervato tamen jure Metropolitano ad Archiepiſcopatum Trevirenſem pertinente.*

Reſtituatur in poſſeſſionem Epiſcopatus Virodunenſis Dn. Franciſcus Lotharingiæ Dux, tanquam legitimus Epiſcopus, & eum Epiſcopatum pacificè adminiſtrare, ejusque ſicuti & ſuarum Abbatiarum (ſalvo Regis & cujuscunque privati jure,) nec non bonorum ſuorum patrimonialium

nialium ubicunque ſitorum juribus, quatenus prædictæ ceſſioni non repugnant, privilegiis, reditibus & fructibus uti, frui permittatur, dummodò prius præſtiterit Regi juramentum fidelitatis, nihilque moliatur adverſus Suæ Majeſtatis, Regnique commoda.

Secundò, Imperator & Imperium cedunt, transferuntque in Regem Chriſtianiſſimum, Ejusque in Regno Succeſſores Jus directi Dominii, Superioritatis, & quodcunque aliud ſibi & S. Romano Imperio hactenus in Pinarolum competebat, & competere poterat.

Tertiò, Imperator pro ſe, Totaque Sereniſſima Domo Auſtriaca, itemque Imperium cedunt cum omnibus juribus, proprietatibus, dominiis, poſſeſſionibus ac jurisdictionibus, quæ hactenus ſibi, Imperio & Familiæ Auſtriacæ competebant in Oppidum Briſacum, (de qua Urbe, ut & ejusd. obſidione & occupatione vid. ſuſ. tr. D. Jo. Georg. Layriz. d. bellis inter Auſtr. & Gall. ad præſ. usque æt. p. 174. 254. 181. 183. 212. 271. Itemque pag. 174. & 177.) *Landgraviatum, Superioris & Inferioris Alſatiæ*, (qua de evolvatur Id. A. Layriz. pag. 156. 162. 212. 263. 270. 271. & 274.) *Suntgoviam, Præfecturamque Provincialem X. Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum, ſc. Hagenavv, Colmar, Schlettſtatt, Weiſſenburg, Landavv, Oberehenheim, Rosheim, Münſter in Valle S. Georgii, Keiſersberg, Turingheim, omnesque pagos & alia quæcunq.*

 jura,

jura, quæ à dicta Præfectura dependent, eaque omnia & ſingula in Regem Chriſtianiſſimum, Regnumque Galliarum transferunt, (vid. D. Hoffm. Lex. Univerſ. Hiſt. voc. Alſatia,) *ita, ut dictum Oppidum Briſacum cum villis Hochſtatt, Niederrinſing, Harten & Acharren, ad Communitatem Civitatis Briſacenſis pertinentibus, cumque omni Territorio & banno, quatenus ſe ab antiquo extendit, ſalvis tamen ejusdem Civitatis privilegiis & immunitatibus antehac à Domo Auſtriaca obtentis & impetratis.*

Itemque dictus Landgraviatus *utriusque Alſatiæ & Suntgoviæ, tum etiam Præfectura Provincialis in dictas X. Civitates & loca dependentia, itemque omnes Vaſalli, Landſaſſii, Subditi, Homines, Oppida, Caſtra, Villæ, Arces, Sylvæ, Foreſtæ, Auri, Argenti, aliorumque Mineralium Fodinæ, Flumina, Rivi, Paſcua, omniaque* Jura, *Regalia & Appertinentiæ, absque ulla Reſervatione cum omnimoda* J*urisdictione & Superioritate, Supremoque Dominio à modò in perpetuum ad Regem Chriſtianiſſimum, Coronamque Galliæ pertineant, & dictæ Coronæ incorporata intelligantur, absque Cæſaris, Imperii, Domusq; Auſtriacæ vel cujuscunque alterius contradictione. Adeo, ut nullus omnino Imperator aut Familiæ Auſtriacæ Princeps quicquam juris aut poteſtatis in eis præmemoratis partibus cis & ultra Rhenum ſitis, ullo unquam tempore prætendere vel uſurpare poſſit aut debeat &c.*

Quar-

Quartò, Chriſtianiſſimæ Majeſtati, Ejusque in Regno Succeſſoribus, de Conſenſu Imperatoris, totiusque Imperi perpetuum jus ſit tenendi præſidium in Caſtro Philipsburg, protectionis ergo, ad convenientem tamen numerum reſtrictum, qui vicinis juſtam ſuſpicionis cauſam præbere non poſſit, ſumptibus duntaxat Coronæ Gallicæ ſuſtentandum. Patere etiam debebit Regi liber tranſitus per terras & aquas Imperii ad inducendos milites; commeatum & cætera omnia, quibus & quoties opus fuerit.

Not. Quod in hoc ſ͡ſo & ſeq. 77. caſtrum Philippsburg cum libero aditu & tranſitu conceſſum Coronæ Gallicæ ſaltem protectionis ergo ſuis ſumptibus, ſalvâ proprietate, reliquisque juribus Epiſcopo & Capitulo Spirenſi. Illud verò Caſtrum hodie eſt in Manibus Imperii. Demolitionem Arcis hujus ſeriò in Comitiis urſit quondam Elector Palatinus p. m. ſed hactenus nihil concluſum fuit: Memoriale Legati Electoralis t. t. in hac re Statibus Imperii oblatum ſiſtit D. Fr. d. Adnot. hoc §. p. 673. cum ſeq.

Hucque quadrat Articulus III. Noviomagicus, cum IVto.

Cum Vigore Pacis Monaſterienſis S. R. Majeſtati Chriſtianiſſimæ perpetuum jus Præſidii in Fortalitio Philipsburgenſi cum jure protectionis acquiſitum, & dictum Fortalitium armis Cæſareis; Caſtrum & Oppidum Freiburgenſe verò ar-

 mis

mis Gallicis hoc bello occupatum ſit; de hiſce locis inter S.Cæſ. & Regiam Chriſtianiſſimam Majeſtates convenit modo ſequenti.

Sua Regia Majeſtas Chriſtianiſſima tàm pro ſe, quàm pro Heredibus ac Succeſſoribus ſuis, renunciat, ceditque in perpetuum S. Cæſ. Majeſtati, Ejusque Heredibus & Succeſſoribus, omne jus protectionis, perpetui Præſidii, & quicquid ſibi Virtute Pacis Monaſterienſis in Caſtrum Philipsburgenſe competiit, nihil in dictum Caſtrum, & in munimenta ei juncta vel cis- vel trans Rhenum extructa juris aut prætenſionis ſibi, ſuisque Heredibus & Succeſſoribus, Regnove Galliæ, ſub quocunque Titulo vel Prætextu reſervans; non obſtantibus quibuscunq; LL. Conſtitutionibus, Statutis aut aliis in contrarium facientibus, utpote quibus omnibus & ſingulis hoc tractatu expreſsè derogatum ſit. De Philippoburgo ſatis prolixè ſupra commendatus D. Layriz. d. tr. pag. 156. cum ſq. & p. 203. 212. 260. & 270. Arx munitiſſima Germaniæ, ad Rh. fluv. quæ antea Udenheim dicta, nomen ſortit. à Phil. Chriſtophoro de Sœteren Spirenſi Epiſcopo, ſimulque Archiepiſcopo Trevirenſi &c. Confer. D. Hoffm. d. Lexic. voc. Philippoburgum.

Et quemadmodum in Articulo VII. Weſtphal. ſub §ʃo 85. occurrit Reſtitutio Auſtriacis à Corona Gallica facienda, nim. Rex Chriſtianiſſ. reſtituet Domui Auſtriacæ, &c. 4. Civita-

vitates Sylveſtres, &c. Itemque Comitatum Havvenſtein, Sylvam nigram, totamque ſuperiorem & inferiorem Briſgoviam & Civitates in ea ſitas &c. ſc. Freyburg &c. &c. Sic etiam non tantùm in præcedentibus duobus articulis Noviomagic. IIItio & IVto ejusdem Civitatis mentio expreſſa recurrit, utpote quæ nuperrimè & quidem Menſe Novembri in Manus R. Gall. venit, cum miles Cæſareus in hyberna abiiſſet: Fr. d. loc. aſt quoque in ſeptem ſeqq. articulis Noviomag. heîc eand. ob cauſam ſubjiciendis, nempe

V. Viciſſim & S. Cæſ. Majeſtas, tam pro ſe, quàm Heredibus & Succeſſoribus ſuis, Totaque Domo Auſtriacâ renunciat, ceditque in perpetuum S. Reg. Maj. Chriſtianiſſimæ, Ejusque Hæredibus & Succeſſoribus, Caſtrum & Oppidum Fryburgenſe, cum tribus ad illud ſpectantibus pagis, Leb, Metzhauſen, & Kirchzart, cum eorum bannis, prout ad Communitatem dicti oppidi Fryburgenſis pertinent, unà cum omni Proprietate, Superioritate & Jure patronatus, ſupremo Dominio, aliisque generaliter, quæ ſibi in dictum Fryburgum competierunt, nihil ſibi, Hæredibus & Succeſſoribus ſuis, aut Sacr. Imperio, Juris aut Prætenſionis, ſub quocunque Titulo vel Prætextu, in eis reſervans, non obſtantibus quibuscunque LL. Conſtitutionibus, Statutis aut aliis, in contrarium facientibus, utpote quibus omnibus & ſingulis hoc Tractatu expreſsè dero-

derogatum ſit, ſalvis tamen ejusdem Civitatis Privilegiis & Immunitatibus antehac à Domo Auſtriaca impetratis, reſervatis etiam Epiſcopo & Eccleſiæ Conſtantienſi Jure Diœceſano, reditibus, aliisque juribus.

VI. Pateat S. Reg. Maj. Chriſtianiſſima Briſaco Fryburgum per Territorium S. Cæſ. Maj. & Imperii ordinaria via, (vulgò Land-Straſs,) liber, ſed innoxius tranſitus ad inducendos illuc milites, commeatum & cætera ad Præſidium Fryburgenſe neceſſaria, quibus & quoties opus fuerit, ſine impedimento aut obſtaculo cujuscunque.

VII. Nec fas ſit commeatum militarem ad Præſidium Fryburgenſe neceſſarium in dicta via & tranſitu Briſaco-Fryburgum ullis exactionibus, vectigalibus, pedagiis aut paſſagiis, ſive novis, ſive antiquis, onerare & impedire: placuit etiam annonam cum vict. tam præſidii, quàm inhabitantium neceſſariam, quæ ex quocunque Briſcoviæ loco Fryburgum inferetur, uti hactenus, ita impoſterum, nullis, alias merces & res quascunque, non gravioribus vectigalibus aut impoſitionibus onerari, quam ſi in alia Cæſ. Maj. ſubdita loca transferrentur, aut ab Ipſismet Ejusdem Cæſ. Maj. ſubditis ſolverentur.

VIII. Commiſſarii ab utraque parte nominandi intra annum ratihabita pace ſtatuant, quænam debita legitimè contracta dicto Fryburgenſi Oppido ſolvenda incumbant.

IX.

IX. Curabit S. Reg. Maj. Chriſtianiſſima bona fide, absque ulla mora & retardatione S. Cæſ. Majeſtati reſtitui omnia & ſingula literaria documenta, cujuscunque illa generis ſint, quæ in oppido & caſtro, Cancellaria Regiminis & Cameræ, aut in ædibus & cuſtodia Conſiliariorum, aliorumve Officialium, aut alibi tempore occupationis Fryburgi reperta ſunt: quodſi ta'ia documenta ſint publica, quæ dictum oppidum Fryburgum, eoque ſpectantes 3. pagos ſimul concernant, de his inter prædictos Commiſſarios conveniret, quo in loco ſervari debeant, ita tamen ut exempla authentica, quotiescunque requiſita fuerint, edantur.

X. Liberum ſit non tantum Capitulo Baſilienſi, uti & omnibus & ſingulis Auſtriaci Regiminis & Univerſitatis Fryburg. Membris, verùm etiam civibus & incolis cujuscunque conditionis ſint, qui emigrare voluerint, Fryburgo domicilium aliò quocunque libuerit, unà cum mobilibus bonis, ſine ullo impedimento, detractione aut exactione, intra annum à ratihabita pace transferre, immobilia verò aut vendere, aut retinere, & per ſe, vel alium adminiſtrare. Eadem facultas retinendi & adminiſtrandi aut alinandi omnibus aliis maneat, qui bona, reditus, vel jura, in dicta Civitate Fryburgenſi ſive tribus appertinentibus pagis habent.

XI. Conſentit tamen S. Reg. Maj. Chriſtianiſſima dictum Caſtrum & Oppidum Fryburgenſe,

unà

unà cum tribus appertinentibus pagis S. Cæſ. Maj. reſtituere, ſi de æquivalente ad Satisfactionem dictæ Regiæ Maj. Chriſtianiſſimæ conveniri poſſit.

De Friburgo hoc Brisgoviæ vid. D. Hoffm. Lexic. cit. vocab. Friburgum alterum. Et quod ibi reſideat Capitulum præd. Baſileenſe, ſed non Epiſc. &c. Confer. quoque d. Tr. D. Layriz ſub pag. 174. 203. 264. 266. & 270.

His adnectendi, propter priores Articulos Weſtphal. Cæſareo-Gallicos, adhuc ſubſeqq. II. Articuli Noviomagici, ſcilicet

XII. Cum Dn. Dux Lotharingiæ hoc in bello cum S. Cæſ. Maj. conjunctus ſit, & præſenti Tractatu comprehendi voluerit, reſtituetur pro Se, Hæredibus & Succeſſoribus ſuis in liberam & plenariam poteſtatem eorum ſtatuum, locorum & bonorum, quæ Patruus ejus Dux Carolus an. 70. cum à Chriſtianiſſimi Regis armis occupata fuerunt, poſſidebat, exceptis tamen mutationibus, articulis ſeqq. explanandis. Lothringiſche Vollmacht von Ihren Miniſtres prod. zu N. Mr. Sauter. d. Tr. Noviomag. pag. 126. lit. c. Lothring. Propoſition an Cr. Fr. durch die Hnn. Ambaſſad. Med. von Engell. beſchehen. Id. p. 69. a. Lothring. Vortrag, ſo dem Franz. Ambaſſad. durch Hn. Præſidenten Conon beſchehen. Id. p. 79. lit. a.

Lotharingiæ fata disquir. in d. Tr. D. Layriz. pag. 154. 160. 191. 235. 243. & 270.

XIII.

XII. Urbs Nancey cum ſuo Banno (vulgò Finge:) maneat in perpetuum Coronæ Gallicæ unita & incorporata, ita, ut illam S. Reg. Maj. Chriſtianiſſima, Heredes Ejus & Succeſſores poſſideant cum omnibus Superioritatis, ſupremi Dominii & proprietatis juribus: eique fini dictus Dux Lotharingiæ tàm pro ſe, quàm pro ſuis Hæredibus & Succeſſoribus renunciat, cedit & transfert in perpetuum, in altè memoratum Regem Chriſtianiſſimum ejusque Hæredes & Succeſſores, omnia ſine ulla retentione aut reſervatione, Jura proprietatis, ſuperioritatis aut ſupremi Dominii, prærogativas omnes & præeminentias, quæ Domino Duci in prædictam Urbem Nancey competierunt aut competere debuerunt: non obſtantibus illis LL. Conſuetudinibus, Statutis, Conſtitutionibus aut Conventionibus in contrarium ſancitis, quibus, ut & Clauſulis derogationum caſſatoriis per præſentem tractatum derogatum eſt. Lothringiſchen Miniſtr. und Plenip. des Herrn Præſid. Conons Vorſtell-und Erklärung vvegen der N. Friedens-Tractaten. Id. Mr. Sauter d. tr. p. 82. lit. a. Lothringiſchen Miniſtres Memoriale, ſo dem Herrn Nuncio præſentirt. Id. pag. 98. lit a. Aliud, ſo Herr Jenkins &c. Id. p. 100. lit. a.

XIV. Et ut eò liberior inter ſupradictam Urbem Nancey, ditionesque Coronæ Gallicæ ſubditas ſit communicatio, faciliorque militi Gallico tranſitus, per Commiſſarios à Rege Chriſtianiſſimo & prædicto Duce nominandos, viæ dimidiam

Lotha-

Lotharingiæ Leucam in latum complectentes deſignabantur: Prima, quæ S. Deſiderii ſano Nanceium; altera, quæ Nanceio in Alſatiam; tertia quæ ab ipſamet Urbe *Nancey Veſovium in Comitatu Burgundiæ; quarta demum, quæ Nanceio ad* Urbem *Metenſem conducant: ita tamen, ut prædictarum Viarum deſignatio non aliter fiat, quàm in deſignatione viæ anno* 61. *R. Chriſtianiſſimo à qvondam Duce Carolo ceſſæ obſervatum fuit.* Lothringiſchen Plenipotent. Herrn Præſident Conon beſchehene Declaration, ſo in der extraordinari-Conferenz der Hohen Alliirten zu N. d. 20. Jun. anno 78. uff der HH. Holländ. Ambaſſad. Propoſition abgelegt &c. Id. p. 231. lit. a. Lothring. Staats-Motiven, Krafft vvelcher ihre Hoheit berechtigt, die St. und Länder vvieder zu erfodern &c. Id. Saut. p. 113. a.

XV. Omnia generaliter, ut ſupradictum eſt, deſignata loca, pagi, villæ, terræ, unà cum ſuis dependentiis, quæ in his dimidiæ Leucæ latitudinis viis jacent, cum omnibus tàm ſuperioritatis & ſupremi Dominii, quàm proprietatis juribus, quibus ante hunc tractatum prædictus Dux & ejus prædeceſſores gaviſi ſunt, ad S. Reg. Maj Chriſtianiſſ. pertinebunt; ita tamen ut ſi dictorum locorum Banna aut dependentiæ ultra hanc dimidiæ Leucæ latitudinem ſe porrigant, quod trans illud ſpatium, limitesque à Commiſſariis appoſitos excurret, prædicto Duci, ejusque Hæredibus & Succeſ-

ceſſoribus, ut antea, cum omni ſuperioritate, ſupremo Dominio & proprietate remanebit.

Nanceium caput Lotharingiæ, vel antiqu. la haute Ville, ubi ſedes Ducis; vel nov. ſeu la baſſe. Eſtque elegans & culta, antea permunita cum 15. majoribus propugnaculis, verùm capta à R. Gall. anno 33. ejusque munitiones disjectæ, ſed haud pridem reparatæ: pluribus D. Hoffm. d. tr. Voc. Nancium. Confer de Nancejo D. Laytiz. p. 155. & 243.

XVI. Urbs & Præfectura Longovicenſis, unà cum ſuis Pertinentiis & Dependentiis, cum omni ſuperioritate, ſupremo Dominio & proprietate, maneat in perpetuum penes altè memoratum D. R. Chriſtianiſſim. Ejusqve Hæredes & Succeſſores, nihilque juris, impoſterum in iis prætendere poſſit ſupra dictus Dux ejusque Hæredes & Succeſſores, ſed in prædictæ Urbis & Præfecturæ permutationem S. R. Maj. Chriſtianiſſ. aliam dicto Duci cedet, in uno ex tribus Epiſcopatibus, ejusdem amplitudinis & valoris Præfecturam, de qua bona fide inter eosdem Commiſſarios, ab utraque parte nominandos conveniat. Eaque ſic ceſsâ, & in dictum Ducem à R. Chriſtianiſſ. translatâ, tàm ipſe Dux, qvàm Ipſius Hæredes & Succeſſores fruentur in perpetuum cum omnibus Superioritatis, ſupremi Dominii & proprietatis juribus. Longovicum opp. munitum Lotharingiæ, in confinio Luxenburgenſis Ducatus: Pars

Barenſis Ducatus. D. Hoffm. d. tr. voc. Longovicum p. 929.

XVII. Viciſſim etiam S. Reg. Maj. Chriſtianiſſ. pro ſe et Corona Galliæ cedit in compenſationem dictæ Urbis *Nancey, transfertque in prædictum Ducem, ejusque Hæredes et Succeſſores, Superioritatem, Dominium & proprietatem* Urbis *Tullenſis, & ejusdem Suburbiorum, cum omnibus aliis juribus, ſpeciatim Patronatus, prærogativis & præeminentiis, quæ Coronæ Galliæ in dicta* Urbe *Tullenſi, ejusque Suburbiis & Banno (vulgò Finage,) competebant, aut competere debebant: ita, ut prænominatus Dux, ejusque Hæredes & Succeſſores, iis omnibus ſine ulla retentione aut reſervatione plenariè fruantur, non obſtantibus quibuscunque* LL. *Conſvetudinibus, Statutis, Conſtitutionibus aut Conventionibus in contrarium ſancitis, quibus ut & clauſulis derogationum caſſatoriis Rex Chriſtianiſſ. expreſsè hoc præſenti Inſtrumento derogavit.*

Tullum Urb. Gall. Belg. in Lotharing. inter Prov. Belgicæ primæ civitates tertia ponitur, vulgò Toul. Urbis Antiſtes Epiſcopum ſe & Comitem Tulli voc. In Belgica 1. ſeu Prov. Trevirenſi 3. Eccleſias ſorores eſſe, Metenſem locupletem, Verodunenſem nobilem, & Tullenſem ſanctam, quod 22 Sacerdotes ſanctitate inſignes, interque hos 2. Pontif. habuerit. Condit. à Tullo Hoſtilio. Plura ap. D. Hoffm. in d.

Lexic.

Lexic. voc. Tullum p. 498. de qua quoque vid. apud Layriz. d. tr. p. 49.

XVIII. Si tamen Bannum Urbis *Tullenſis minoris amplitudinis aut valoris eſſet, qvàm Bannum* Urbis *Nancejanæ, illud Domino Duci compenſabitur, ita, ut utriusque* Urbis *Banna æqualis amplitudinis ſint & pretii.*

XIX. Rex Chriſtianiſſ. renunciabit, ut & præſenti Tractatu renunciat in perpetuum pro ſe, Hæredibus & Succeſſoribus ſuis, ad Manus Summi Principis, Jur. nominandi ſeu præſentandi Epiſcopum Tullenſem, ſibi à Summo Pontifice, Clem. IX. † *indulto, ita, ut liberum ſit, prædicto Duci pro eo obtinendo ad ſedem Apoſtolicam recurrere.*

† Cl. IX. prius Julius Roſpiglioſus, Piſtorienſis, poſt Alex. VII. Papa, anno 67. commercio cum omnibus Europæ literatis inclytus, Luſitaniam Epiſcopis inſtruxit, Candiæ auxilia ſummiſit, &c. Obiit anno 69. Succeſſit ei Clemens X. prius Æmilius Altieri, Romanus. D. Hoffm. d. Lex. H. p. 453.

XX. Inſuper conventum fuit, ut memorato Domino Duci ullam mutationem proviſionibus Beneficiorum, quæ à S. Reg. Maj. Chriſtianiſſima ad diem usque præſentis Tractatus collata ſunt, inferre nullatenus fas ſit, illique qui iis proviſi ſunt, in tranqvilla dictorum Beneficiorum poſſeſſione maneant, adeo, ut memoratus Dux eos nullo modo turbare aut impedire, ſuaque poſſeſſione exuere queat.

XXI. Sancitum præterea fuit, ut omnes pro-

ceſſus, Sententiæ atque Decreta lata per conſilium, judices aut alios S. Reg. Maj. Chriſtianiſſimæ Officiales, in controverſiis & actionibus ad fin. perductis tam inter ſubditos dicti Ducatus Lotharingiæ & Barri, quam alios, tempore quô mentionati ſtatus ſub Dominio antememorati D. Regis Chriſtianiſſimi erant, locum habebunt, atque plenum, integrumque ſuum ſortientur effectum, non ſecus ac ſi Rex Chriſtianiſſimus, Dominus & Poſſeſſor mentionatarum Regionum manſiſſet: neque dictas Sententias & Decreta in dubium vocare, annullare, aut executionem illorum retardare aut impedire integrum erit. Erit quidem partibus liberum juxta ordinationem & diſpoſitionem LL. atque conſtitutionem confugere ad reviſionem actorum, interim tamen ſententiæ ſolo in robore & vigore maneant.

Barrum nom. Gallicum vetus, quod portum videtur ſignificaſſe: Sic Bar le Duc, Barro-Ducum, Urbs Lotharingiæ lepida & culta, Ducat9 Barrenſis præcipua, in clivo, cum caſtro munito, quod autem Barrum Ducis dictum eſt, quia à Duce Lothar. Friderico extructum fuit; hinc ampliatum & in oppidum redactum, usque hodiè Barrum Ducis vocatur. Plura apud D. Hoffm. d. L. H. p. 255. Conf. Tr. D. Layriz. Barry Principat. p. 155.

XXII. *Reſtituantur ſtatim Dominô Duci Archiva & documenta literaria, quæ in Gazophylacio Nancejo & Barrenſi, atque in utraque Camera*

Com-

Computorum, ſive alibi locorum habebantur, & ablata fuerunt. Plura de Duce & Ducatu Lotharingiæ 1. ſub A. XI.

Præterea prædicti Articuli VII. in Inſtrum. P. Cæſareo-Gallic. §. 87. cum ſeq. ita ſe habet:

Teneatur Rex Chriſtianiſſimus non ſolum Epiſcopos Argentinenſem & Baſilienſ. cum civitate Argentinenſi, ſed etiam reliquos per utramque Alſatiam Romano Imperio immediatè ſubjectos Ordines, Abbates Murbacenſem & Luderenſem, Abbatiſſam Andlavienſem, Monaſterium in Valle S. Gregorii Benedictini Ordinis, Palatinos de Lutzelſtein, Comites & Barones de Hanavv, Fleckenſtein, Oberſtein, totiusque inferioris Alſatiæ Nobilitatem: It. prædictas X. Civitates Imperiales, quæ Præfecturam Hagenoenſem agnoſcunt, in ea libertate & poſſeſſione immedietatis erga Imperium Romanum, quà hactenus gaviſæ ſunt, relinquere: ita, ut nullam ulterius in eos Regiam Superioritatem prætendere poſſit, ſed iis juribus contentus maneat, quæcunque ad Domum Auſtriacam ſpectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum Coronæ Gallicæ ceduntur. Ita tamen ut præſenti hac declaratione nihil detractum intelligatur de eo omni ſupremi Dominii jure, quod ſupra conceſſum eſt. &c. &c.

Et quia in hujus Artic. 1. princ. Epiſcopi & Civitatis Argentinenſis fit mentio, huc igitur referre licet Artic. Noviomagic. cum ſeq.

XXIII. S. Cæſarea Majeſtas conſentit, ut

Princeps Franciſcus Egon, Epiſcopus Argentinenſis, ejusque Frater Princeps Wilhelmus Egon in Fürſtenberg, cum eorum ex Fratre Nepote, Principe Antonio Egone in Fürſtenberg, eorumque Officialibus & Miniſtris, plenè reſtituantur in eum Statum, Famam, Dignitates, Jura, Vota, Seſſiones, Beneficia & Officia, Bona Feudalia, Subfeudalia & Allodialia, unà cum fructibus ſequeſtratis, & in omnia generaliter bona, quibus ante deſtitutionem occaſione hujus belli factam gaviſi ſunt, aut jure gaudere potuerunt, non obſtantibus & caſſatis quibuscunque in Contrarium Actis, Pactis & Decretis. Prædictus etiam Princeps Wilh. Egon, ſtatim à pace utrinque ratihabita in integram libertatem reſtituetur.

Quicquid autem à Capitulo Argentinenſi, aliisque, qui beneficia & bona ad prædictos Epiſcopum & Principes ſpectantia adminiſtrarunt, & ab iisdem nominatis Officialibus contra illos dictum, factum aut ſcriptum eſt, perpetuæ oblivioni mandetur, nec liceat eos deſuper ulla ratione compellare, aut iis moleſtiam quocunque ſub prætextu afferre.

Argentoratum ſic dictum ab argento, quia ibi tempore Romanorum ærarium: vulgò Strasburg, à platea; quod olim Attila, Hunnorum R. deſtructâ Civitate, amplam per eandem dederit plateam, unde & Stratopolis. Tacito dicitur Tribocorum & Tribocum: pluribus D. Hoffm. in L. H. p. 171. Sed nimis ſecura, &

ra, & ſuis partim munimentis, partim verò Paci publicæ fidens, quæque Præſidium Cæſareum ægrè toleraverat, ejusque evocationem omni modo procuraverat, ſub inani colore, nemine (heu dedecus!) obſtante, nemine repugnante, vix hoſtium manu conſpectâ, 4. horarum ſpatio in Gallorum manus, & ex ſumma libertate, quâ gaviſa ſemper fuerat, tradita, & quod Majores nunquam nec per ſomnium ſibi fuere imaginati, poſteri vix credent, totius Germaniæ malo fuit deperdita. Sic lilium illud Coronæ liliatæ inſertum, cujus odoris fragrantiâ Superiores Galliæ Reges, multoties moti fuerunt, florem iſthunc decerpere, inque ſuos Hortos transplantare, cujus tamen conſtantia ſemper reſtiterat, & nemo illorum felicior, eâ re fuit Ludovico, Rege Galliarum Moderno! (Die Straſsburgiſche Vollmacht, das Str. Memoriale neben deren ſichern Geleits-Brieffen &c. It. Straſsburg. Miniſtr. Erklärung an Herrn Jenkins &c. und die Str. Propoſition an die Herrn Mediatores vvegen des N. Friedens &c. M. Saut. d. Tr. p. 70. a. 79. a. 107. a. & 177. e.)

Eadem Menſe Septembri pari Succeſſu Rex feliciſſ. in Italia quoque Caſalem S. Evaſiii, præſidio ſuo inſedit, arcem totius Italiæ munitiſſimam. Amplius D. Layriz d. tr. pag. 49. 95. 154. 247. & 256. inprimis verò pag. 173. cum ſeq. (Memoriale belangend die Zulaſſung des Herrn Biſchoffs von Straſsburg, ſeines Mi-

 niſtres,

niſtres,ſo den HH. Mediatorn zu N. d.22. Mart. 78. præſentirt &c. Id. Mr. Sauter. d. Tr. p.185. lit. a.)

Et Id. de Fürſtenbergiis Fratribus,& in particulari de Wilhelmo Coloniæ capto, & liberato ſub paginis 145. 251. & 270. Pr. Wilhelms von Fürſtenberg Miſsive an den König von Groſs-Britann. Mr. Sauter. d. Tr. p. 22. e.

Sic quoniam ſub Artic. VIII. Inſtrum. P. Cæſareo-Gallici, & quidem §. 92. de Controverſia inter Dnn. Sabaudiæ & Mantuæ Duces (confer. Noviſſ. Capitulatio Leopoldina:) ratione Montisferrati &c. agitur, idcircò hîc adpendendus Artic. 9. Noviomag. Cæſareo-Gall.

XXXI. Licet ſatis declaratum ſit Artic. 2. hujus Tractatus Inſtrum. P. Monaſterienſ. in omnibus & ſingulis confirmari; expreſsè tamen placuit, ut omnia, quæ in Cauſa Montisferrati dicto Inſtrum. P. Monaſterienſis cauta ſunt, & deinceps ſuum obtineant robur ac vigorem, inter quæ & ea ſpecialiter firma manebunt, quæ pro Dn. Duce Sabaudiæ, (de quo ejusque Ducatu plura ſub Art. XV. recurrent.) *ibidem proviſa reperiuntur.*

De Montisferratenſi controverſia confer quoque D. Layriz. d. tr. pag. 134. 220. & 231.

Nunc aliquanto prolixius Satisfactio Coronæ Gallicæ conſiderata eſt hæc, ductu D. Pufendorffii, & quidem T. de Tractatibus Gallorum, cum Hiſpanis: In quo initio anni Mediatores formulam 50. amplius (o) capitibus

bus conſtantem Hiſpanis exhibuerant, ad quæ Hi vernacula Lingua, & cum Longvevillius id aſpernaretur, Gallic. reſponſum reponebant, quô inter alia Portus Longus, & Plumbinum à Gallis repetebatur. Sed Longvevillio hanc exceptionem repudiante, declarabant, per iſta loca paci moram non fore. Præcipua controverſia circa Luſitaniam erat, cui ne annuas quidem inducias, Gallis huc demum deſcendentibus, Hiſpani concedere volebant. Ad extremum poſtulabatur, ut ab Hiſpanis pro ruptura pacis non haberetur, ſi Galli Luſitanis in bello auxilia ferant. Id quod Hiſpani verbo quidem annuebant, nec id commodè prohiberi poſſe agnoſcebant, ſed ſcripto idem permittere detrectabant. Contra, Galli ſuſpicabantur, Hiſpanos anſam inde abrumpendæ paci erepturos, ſi occaſio arrideat; tantoque magis inſtabant, ut ſcripto id exprimeretur. Cui rei Pigneranda potiſſimum renitebatur, non ſolùm odio in Luſitanos, ſed & quia Batavi ipſi perſuaſerant, Luſitanos à Gallis facilè deſtituendos, de quo ipſe Regi ſuo confirmaverat, quæ nunc retractare turpe ducebat. Cui ſi quid obloqui vellent Collegæ, aſperis eos verbis, velut commoda Regis ſui prodituros, increpabat. Iidem quoque Hiſpani liberationem Eduardi Bragantini abnuebant, pro qua Andrada Luſitanus ducenta uncialium millia, quæ à Cæſareis ſtatim poſt concluſam pacem Regi-

næ Sueciæ debebantur, illorum nomine exſolvenda recipiebat. Sed Hiſpani non niſi poſt Pacem cum Gallia factam dimittere iſtum volebant, nec alia lege, quàm ut in Cæſaris aut Regis Galliæ manus traditus fidem daret, ſe nunque fratri ſuo, & Regno Luſitaniæ operam bello adverſus Hiſpanos novaturum, ſpondente inſuper Cæſare, aut Galliæ Rege. Amplius id. A. Gallos Inſtrumentum ſuum edere noluiſſe integrum, ſed tantum caput de ſua ſatisfactione: Quanquam autem Galli ſingula utrique Regno communia capita ſimul cum Suecis expendiſſent, iſtas tamen partes inter ſe combinare differebant, & quanquam conſtaret intra paucas horas Inſtrumentum ipſorum perfici poſſe; tamen ut illud abſolverent atque ederent, adduci non poterant. Igitur non ſolùm Cæſarei omnem culpam extractæ pacis in illos rejicere; ſed & Sueci eas moras ægrè ferre, ac ut calcar iſtis adderent jactare: cùm Monaſterii jam integrum Menſem hæſerint, modico operæ pretio facto, Oſnabrugam ſe reverſuros, expediendis ibi, quæ adhuc reſtent. Ea denunciatio tantum valuit, ut Galli demum Inſtrumentum ſuum prælegerent, cujus tamen exemplum haud exhibebant. Apud Suecos differebant, id ſe edituros ſtatim atque ſufficientem declarationem ſuper ſatisfactione ſua acceperint. Nam compertum ſibi in Cæſareis Tabulis quædam interpolata, & à formula

mula inter 8. Menſes formata diſceſſum fuiſſe; inde res à ſe diſtinctius expreſſas; ſed Mediatoribus inſtantibus reſpondebant; ſe unà cum Suecis decreviſſe negotatione ſuperſedere, quoad Palatina & Caſſellana cauſa tranſacta ſit. Tandem Longvevillius Dux, Avauxius & Grullardus Suecis formulam ſatisfactionis prælegebant. His Sueci ſignificabant ſibi perſvaſum fuiſſe, Gallic. ſatisfactionem dudum tranſactam, id quod & ipſi ſolenniter ſibi Oſnabrugæ ſignificarent, eoque tantopere inſtitiſſe, Suecic. itidem expediri. Et Grullardum ſubinde jactaſſe, modo Sueci Monaſterium accederent, intra unius diei ſpatium ad conclusionem perveniri poſſe. Equidem ut Galliæ idonea Satisfactio obtingat optare, & quæ claris verbis expreſſa ſit; præſtitiſſe tantum, ipſos interea temporis circa eandem obtinendam ſategiſſe. Invidioſum id fore, & criminationibus expoſitum, ſi nunc poſt tantas moras, loco totius Inſtrumenti, tantopere ab omnibus deſiderati, particulam duntaxat de ſatisfactione producerent. Nec eò ſecius Galli ſuo inſtituto inhærentes, poſtero die dictum Articulum Cæſareis exhibuere.

Idem alibi quoque Gallicum Inſtrumentum diſcutitur, & Ordinum ſententia de X. Urbibus Alſaticis &c. Enimvero Ordinibus, queîs jam à Suecicis tractatibus otium erat, negotium faceſſebat Gallorum Inſtrumentum, ſuper

ſuper quo à Moguntino 3. qq. ad deliberandum proponebantur. Quid cum X. Urbibus Imperialibus ad Præfecturam Hagenoicam ſpectantibus ſit agendum, quæ ut immediatum ſub Imperio Statum ſervent, rogaverunt; quod Gallis à Cæſare & Domo Auſtriaca, plusquam penes ipſ. erat, heic conceſſum videatur? Num Vaſalli Epiſcopatus Metenſis, Tullenſis & Virodunenſis ceſſo Gallis dominio directo, Coronæ Gallicæ ſubjecti eſſe debeant? Num Cæſari ſuadendum, ut excluſo Lotharingiæ Duce pacem abſolvat; an verò ut conſilio & ope per arma, aut tractatus ipſi adſiſtat, quoad ditionibus ſuis reſtituatur? Ac ſuper X. Urbibus Alſaticis quidem conſtabat, Domum Auſtriacam nunquam jus Dominii aut pignoris, ſed ſolùm Advocatiæ ſeu protectionis habuiſſe, idque temporarium duntaxat & perſonale, quod aliquando cum ſingulis Præfectis Provincialibus immutatum fuerit; nec ſemper penes Auſtriacam Domum, ſed & alias Familias hæſerit, quin nuper morte Leopoldi Archiducis tantum non extinctum ſit. Iſtud Advocatiæ jus non magis nunc in Galliam translatum intelligi poſſe, quam credibile ſit, Galliæ Regem hisce legibus id ſuſcepturum. Nec enim præſumi poſſe, propter iſtam dignitatem oneri magis, quam lucro exundantem, Regem Galliæ jusjurandum ac ſcriptam coactionem, pro more præſtiturum, ſe iſtas Urbes non pignoris

loco,

loco, Cæſaris ac Imperii nomine, poſſeſſurum, & conditionem ipſarum immediatam, ac omnia jura tuiturum; in quas LL. ab omnib9 antehac Præfectis Provincialibus juratum fuerit. Incongruum fore, iſtum LL. Imperii haud obnoxium, ad earum defenſionem adverſus quosvis, ac forte adverſus ſeipſum obſtringi; multis moleſtiis, futurum, ſi X. iſtæ Urbes cum aliis Imperii Ordinibus aut exteris Principibus aut Rebuspublicis adverſus ipſum Protectorem ſuum fœdus ineant; id quod per Privilegium Carolinum ipſis liceat. Ignominiæ quoque ceſſurum Imperio, ſi harum Urbium limitanearum protectionem extraneo Principi de novo deferat, velut membris ſuis adverſus iniquam vim defendendis non ſufficiat. Denique nec invitis illis Urbibus Advocatum obtrudi poſſe, quod alias in favorem ipſarum inſtituta oneri ceſſura ſint.

Has ob rationes univerſis Ordinibus, ac cumprimis Urbium Collegio placebat, Præfecturæ Hagenoicæ indolem perſpicuè deduci, & ad ſolos vicos Imperiales, velut Auſtriacas oppignorationes, ad quas illa propriè ſpectat reſtringi, ac X. immediatas Urbes Imperiales ob diſparem conditionem inde eximi, ac planè præteriri, cumprimis Weiſſenburgum & Landaviam, quas ſub ceſſa Gallis Alſatia haud comprehendi notorium ſit, &c. &c.

Pergit Idem: Gallicos Tractatus Oſnabru-

gæ

gæ ſuſceptos: Supra monitum, Ordinibus placuiſſe, ut Gallica Pax ſimul cum Suecica, dum negotiationes ferant, Oſnabrugæ abſolveretur. Id quod & Serviento Oſnabr. tunc agenti, etſi iſti Tractatui Monaſterium deſtinatum fuerat, vehementer arridebat. Suo quippe Regi proficuum fore, ſi Ordines circa negotia Gallica certi quid concludant, & hoc modo Germanica Pax ab Hiſpanica ſeparetur. Idem Ordinibus demonſtrabat, ipſos ſemper verbis teſtatos, ſua magis, quam Galliæ intereſſe, ne Cæſar aut Auſtriaca Domus pro lubitu Germaniam bello implicatam tenere queat. Summi quoque confirmabant, opinionis ſuæ falſos fore, qui credant, Reginam abſque Gallia pacem facturam, eoque Ordines incitabant, ut non minore ſtudio pacem Gallicam expediant, eodem fine operam ſuam largè polliciti.

Idem de Titulo Landgravii Alſatiæ ſub §. 171. d. lib. 20. quem Servientus admittere nullo modo voluit, quicquid rationum aut temperamentorum Ordines proponerent. Judicabant hîc Ferdinand. II. iſtum detrahi non poſſe, quòd eo vivo de cedenda Alſatia nondum actum ſit. Circa Ferdinandum III. difficultatem tolli poſſe, omiſſa cum aliis minoribus Titulis Alſatia. Aliis Scriptis & Inſtrumentis, ipſaque Pacis Ratificatione Cæſari, ac Domui Auſtriacæ integrum fore, eodem uti, præſertim, cùm non totam Alſatiam Gallo

Gallo cedat, ſed aliquam ejus partem ſibi ſervet: Contra Regem Galliæ, ut eandem Cæſari & Auſtriacis tribuat, non teneri. Sed iſta adſpernabatur Servientus, cauſatus, Cæſareos jam Monaſterii eodem apud Mediatores ceſſiſſe. Ita ne in ipſo limine res hæreret, Alſatia è titulo Cæſaris delenda erat.

Idem quoad Ordinum Declarationem de Gallica ſatisfactione: Enimverò difficilius expediebatur ſatisfactio Gallica. Quæ Cæſar Gallis eo nomine obtulerat, valida non erant, ni Ordines Imperii conſentirent. Quanquam autem hi, neque à Cæſareis requiſiti, quò minus Galliæ ſatisfieret, haud abnuerent; tamen cùm de obſcuritate iſtius capitis complures Ordines graviter quererentur, univerſi horum cauſa ſuſcepta idem niſi certa ratione circumſcriptum admittere noluerunt.

Id equidem Ordines facile probabant, ut Galliæ Rex tres Præſulatus, Metenſem, Tullenſem ac Virodunenſem, ſicut hactenus per integrum ferè ſeculum; ita deinceps quoque poſſideret, nulla ab Imperio dependentia, utque Cæſar omnibus Imperii in iſtos juribus renunciaret, ac Supremæ Galliæ poteſtati eosdem traderet. Alſatiam autem & Suntgoviam, cum Præfectura Hagenoenſi malebant à Gallo feudi nomine ab Imperio recognoſci, uti Domus Auſtriaca hactenus fecerat; ſimul Regi titulo Landgravii Alſatiæ Seſſionem &

Suf-

Suffragium in Comitiis offerebant; teſtati, haud eſſe in poteſtate Cæſaris jus, quod Imperio in Alſatiam competat, extraneo Regi alienare. Præterea in Alſatia complures Ordines ac Nobiles Imperio immediatè ſubjecti ſedem habebant, quorum aliquos Cæſarei ceſſa Gallis ea Provincia, diſertè exceperant, cæteros ſilentio prætererant, metus erat, quod unius incluſio pro alterius excluſione haberi ſoleat, ne Gallia non nominatos in ſubditorum ſuorum cenſum revocaret. Cùm autem ingens diſcrimen ſit inter Statum Imperii, & Landſaſſium, cumprimis Gall. caveri ſibi cupiebant, Ordines, quorum intererat, ne iſti ſervitio ſubjicerentur: palàm frementes, haud fas eſſe Cæſari etiam volenti, ipſos ad eam conditionem redigere. Sed & multi dabantur Ordines, qui tàm à Landgraviis Alſatiæ, quàm Epiſcopis trium Præſulatuum terrarum aliquid in feudum recognoſcebant, nec tamen iſtorum ſubditi erant. Nam in Germania non repugnat, eſſe Statum Imperii, & ſimul alterius Vaſallum, & in Regulæ vicem apud iſtos jactatur; quod nudus nexus feudalis non faciat ſubditos, aut tribuat ſupremum jus territoriale. Hi Ordines, quos intuitu Alſat. aut trium Præſulatuum ea translatio tangebat, & eorum nomine univerſi Ordines Imperii in Gallicam quidem ſatisfactionem, ac inprimis in ceſſionem trium Præſulatuum conſentiebant, ea tamen lege, ut

Rex

Rex non plus, quàm ante hoc bellum obtinuerit, eo nomine ſibi arroget, neç obtentu Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, Dominii directi, juris feudalis, aut ullo alio colore jurisdictionem aut Imperium extendere inſtituat in illa bona, quæ Ordines Imperii & immediata Nobilitas à dictis Epiſcopatibus hactenus in feudum agnoverint, aut deinceps agnituri ſint. Tum ut ſub ceſſione Alſatiæ, Suntgoviæ & Præfecturæ Hagenoicæ non plura intelligantur, quàm quæ antea ad Domum Auſtriacam ſpectaverint, & ab eadem jure cedi potuerint; nec ea ceſſio ulli ex Ordinibus Imperii, aut immediata Nobilitate circa libertatem, immediatam ab Imperio dependentiam, jura, ac bona fraudi ſit.

Denique ut Ordines Provinciales, Landſaſſii, ac ſubditi ceſſarum provinciarum, jura ac privilegia, eorumque uſum ac exercitium circa ſacra & civilia juxta præſentis pacis conventa illibata retineant. Landgraviæ poſtulata. Idem tr. Nam cum jam omnia transacta crederent Ordines, à Regiis quædam haud exigui momenti proponebantur, quæ decidi cupiebant, antequam ad ſubſcriptionem accederent. Inter quæ Landgraviæ dicta poſtulata à Regiis magno ſtudio fovebantur. E quibus in abolitionem Clauſulæ, Quatenus, jam conſenſum erat. Contributiones, quæq; alendis ad exauctorationem usq; copiis certo modo annuebantur. Sed ut ad ſatisfactionem militiæ

Haſſicæ pecuniarum quid conferretur, præter promiſſa ſexcenta uncialium millia, id nullo modo pati volebant Ordines: Ex iſta ſumma ipſius militi abundè ſatisfieri poſſe. Quo tempore cum Moguntino tractabat, vel quinquaginta millibus, aut minore ſumma adquieturam fuiſſe, ſi qui daret, tunc inventus foret. Contumelioſum eſſe, civi ſuæ tributarios reddi, tantis emolumentis jam mactatæ. Quin impetu quodam renitebantur, malum Landgraviæ minati, in poſtulatis deſiſteret, ſic ut Regiis ob iſtam cauſam univerſos offendere inconſultum videretur. Equidem proponebant Sueci, ut ipſius ditio ſaltem à ſatisfactione militiæ Suecicæ immunis eſſet, idque in proprii militis exauctorationem impenderetur. Sed renuebant Ordines, ſi pace frui velit, eodem quo aliis pretio hanc ipſi redimendam. Quod ſi Regina eam ſummam condonare iſti velit, ſe non repugnare. Tandem cùm oſtenderetur, Landgraviam quantumvis velit, militem dimittere haud valituram, deficiente argento, ni eidem ſubveniatur, demum placebat; Haſſicæ ſatisfactioni deſtinatis Ordinibus perſuadendum, ut de promiſſis ſexcentis uncialium millibus centum millia in anteceſſum exſolvant: tum ſpes facta, centum uncialium millia de futuris Imperii contributionibus Caſſellanæ Domui remittenda.

Denique id. D. Pufend. de ceſſione Alſatiæ

hunc

hunc in modùm: Servientus quoque antequam ad ſubſcribendum accederet, renunciationem ſibi Alſatiæ exhiberi poſtulabat, qua Cæſar non pro ſe tamen, ſed & pro Archiduce Oenipontano & Hiſpanio Rege pollicitus fuerat. Quarum nulla ad manum erat. Declarabant tamen Cæſarei, à Cæſare & Archiduce illam ſe juſto tempore unà cum Ratificatione curaturos: interim eo nomine ſcriptam cautionem apud Mediatores depoſituros, ſi viciſſim Servientus obligationem de pecuniis pro Alſatia ſolvendis exhibeat. Servientus ægrè huc deſcenderat, Cæſareis objiciens, olim eos jactaſſe, ceſſionum formulas jam adeſſe; ſaltem cum Tractatus ad finem vergere conſpexiſſent, de illis mittendis monere potuiſſe: Tandem tamen placuit, ceſſionem tantiſper Legatorum Cæſareorum ſubſcriptione firmari, cui eadem efficacia ineſſe debeat, ac ſi ab ipſo Cæſare facta ſit: ſed ſuper Hiſpanica ceſſione major difficultas ſurgebat; Regis quippe Hiſpaniæ conſenſum, & factum à Cæſare præſtari non poſſe, nec ſperandum iſtum eſſe, antequam pax cum Gallia coaluerit: &c. Hic Servientus, cùm tandem curſorem in Galliam miſſurum ſe oſtenderet, ad cujus reditum ſubſcriptio differenda ſit; Ordines dilationes iſtius impatientes, demum in ſpecialem evictionem conſenſere. Quâ contentus Servientus ſubſcriptioni ſe paratum oſtendebat. Idem quoque

 cir-

circa evacuationem locorum ab Hiſpanis occupatorum, ac inprimis Frankendaliæ, generali Guarandia adquieſcebat, quam Ordines oſtendebant illos omnes ſpectare, qui paci, ejusque executioni ſe oppoſituri ſint &c. &c.

De eadem Hiſtoria fuſius propoſita, ejusque judiciis pro-& contra; itemque deliberatione in Collegio Principum de eodem Cæſareorum oblatione in duplica, Conſilio etiam Bavari; nova Cæſarea oblatione; ſpreta tamen à Gallis; & ab ipſis Auſtriacis adjectis conditionibus reſtrictâ: Itemque Gallorum ad eas declaratione; inſuperque oblatis novis conditionibus: ut & difficultatibus à Wirtembergicis atque Lindavienſibus; Transactionis capitibus; Lite ob Landgravii Alſatiæ Titulum ab Auſtriacis retinendum; Civitatum Imp. Præfecturæ Hagenovienſis Proteſtatione contra Ceſſionem iſtius Præfecturæ in Gallos; proque his Ordinum ſententiâ; Gallorum oblatione, Alſatiam ab Imperio jure Feudi tenendi; Sententiâ in eam quæſtionem affirmativâ, necnon negativa; Groalarti Galli, conteſtatione ob urbes Imp. Alſatiæ; Declaratione Statuum; rejecta tamen iterum à Servientio; ejusque declaratione; Ordinumque ad Regem Epiſtolâ reſervatoriâ &c. &c. evolv. A. Hiſt. Pac. Weſtph. (p)

Qvid verò pòſt vi Supremi Dominii in prædictos Epiſcopatus conceſſi, Rex Galliarum in

feuda

feuda à nonnullis Imperii Statibus, Nobilibus & Subditis ab Epiſcopatibus illis recognita, extra diſtrictus illorum tamen ſita, prætenderit, ex Actis & Scriptis (q) exhibitis, pluribus cognoſcere datur; quidque nunc ob id hactenus tentatum; & quomodo verba Inſtrumentorum P. interpretentur, ac extendantur, moxque hæc, mox illa ſub facta Ceſſione, novâque adhucdum quotidiè adoriantur, relationes hebdomadariæ ignorare haud ſinunt. (r)

(a) Grotius de J. B. & P. lib. 2. cap. 6. §. 4. (b) ſæpè cit. Tr. in part. general. 1. ſ. n. 47. pag. 189. (c) in d. Not. R. J. p. 3. diſc. 13. p. 97. cum aliq. ſeqq. ibique Franc. Iren. in addit. confer. quoque Gaſtel. d. Stat. Publ. Europ. noviſſ. (d) Iterum Burgold. part. 2. diſc. 20. p. 226. cum ſeqq. (e) ut refertur in Continuat. Theatr. Europ. ad ann. 53. pag. 424. (f) Conf. hîc Scriptum, cui Tit. Bericht und Repræſentation deſs Verlauffs und Bevvanth. der Inveſtitur-Sach zvviſchen der Röm. Käyſ. und Kön. Maj. Schvveden &c. (g) in lib. 2. de fœder. cap. 2. num. 44. & in Legat. lib. 3. cap. 3. num. 56. (h) d. lib. 7. cap. 1. paſſ. & Exerc. 4. (i) de fœder. cap. 3. num. 11. It. ad A. B. part. 2. diſſ. 7. th. 34. & d. Capitul. Cæſ. cap. 6. num. 22. (k) in lib. 19. Rer. Suec. §. 91. §. 113. §. 116. It. §. 185. 210. 216. & lib. 20. §. 115. 156. 160. & 218. (l) lib. 2. pag. 166. 173. 175. 185. 187. & lib. 3. p. 262. cum ſeq. & lib. 3. p. 326. 348. cum ſeq. & 356. 358. cum ſeq. & lib. 4. p. 419. cum 3. ſeqq. & p. 434. cum aliq. ſeqq. (m) vid. Limn. lib. 7. de Jur. P. cap. 32. n. 6.

n. 6. in addit. tom. I. (n) à Dn. Fr. in adnot. Inſtr. Pac. Cæſareo-Gall. (o) in lib. 19. §. 104. 133. 153. & in lib. 20. §. 168. 171. 175. 199. & 240. (p) ab Ahasv. Fr. ſub fin. annot. d. ad Jus Publ. M. ſub Tit. Berich, vvas in der Mez-Tull-und VVerduniſchen Lehen-Sachen biſshero vorgangen &c. (q) Id. ex B. Ven. relat. tom. 6. Diar. Europ. Contin. 19. in append. & cont. 2. p. 300. & ſeqq. d. loc. (r) D. Schvveder. d. part. gener. cap. 4. n. 23. p. 109. cum ſeq.

De Æquipollente Sereniſſimi Electoris Brandenburgenſis.

ARTICULUS XI.

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Sereniſſ. Dnn. Marchionum Brandenb. Familiæ Genealogia.*
2. *Electoratus Brandenburgicus quomodo ad hanc Familiam, in qua jam reſidet, pervenerit; quique eum ante tenuerint?*
3. *Potentia Encomia ob piam Bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem.*
4. *Viciſſitudines ſive Mutationes Halberſtadenſes, Hohenſteinenſ. & Magdeburgicæ remiſſ.*

PRæcipui Marchiones Imperii Principali Dignitate præditi fuêre Marchiones Brandenburgenſes, quos poſt Scriptores Genealogicos

gicos diligenter deſcribit Limnæus. (a) Tenuerunt hunc Electoratum jam diverſæ Familiæ: I. ex Comitum Wettinenſium Familia Tres uſque ad annum Chriſti 1020. II. Ex Comitum Stadenſium Quatuor: Juxta præallegatum Limnæum Quinque: Juxta Frankenberg usque ad annum Chriſti 1142. III. Ex Comitum Aſcaniæ & Principum Anhaltinorum Tredecim ad ann. Chriſti 1322. IV. Ex Comitum Wittelsbachiorum Ducum Bavariæ Tres. V. Ex Luneburgicâ eum tenuerunt Duo. VI. Ex ultimo Ordine Succeſſionis, Dignitatis & Antiquitatis verò Gloriâ facilè primâ, Comitum ſc. Hohenzollerenſ. & Burggraviorum Norinbergenſium, cum hodierno qui eſt Sereniſſ. ac Potentiſſ. Dn. Fridericus Wilhelmus, alter Familiæ ſuæ Achilles, XI. jam numeramus. Non paucis ſtuporem concitat, quod Domus hæc tot latifundiis à tempore Sigismundi Imp. creverit; plurima autem paratâ pecuniâ comparavit; Electoratum ipſum Marchiam ſc. Brandenburgenſem, cum annexa Electorali Dignitate ac Officialatu, à Sigismundo Imp. ſimulque Electore Brandenburgico, Frid. IV. aliis Frid. VI. ex vetuſta Comitum Hohenzolleranenſium prognatus Familiâ, Burggravius Norimbergenſis, hujus Stemmatis ſive Familiæ primus Elector, quatercentenis aureorum millibus, ſub lege retrovendendi, ſi Filius Imperatori naſceretur, acce-

 pit.

pit. Nonnulla tamen & aliis æquè juſtis ac legitimis acquiſivit titulis. (c)

Sic ex Confraternitate cum Ducibus Pomeraniæ contracta, Familia in Bogislao XIV. anno hujus ſeculi 37. extincta, Pomeraniam ulteriorem; inque citerioris cum nonnullis locis ex ulteriore Suecis pro obtinenda pace (amore pacis propria commoda non parum affligi patiens:) relictæ compenſationem I. Expectantiam (ut Articulum hunc in pauca contraham) in Archiepiſcopatum Magdeburgicum poſt mortem præſentis Adminiſtratoris in Ducatum vertendum, (interim pendente ejusmodi conditione, nihil in Epiſcopatu mutandum, nec Reverſales inter Epiſcopatum & Capitulum ceſſent, ſed ut omnia interea, ita etiam hæ in vigore maneant:) (d) nuper morte ejus inſecutâ terram ipſam conſecutus; Sententiam hanc etiam placuiſſe, trad. D. Retio: (e) qui caſus nuper contigit, & quidem anno 80. menſe Jun. defuncto Dn. Adminiſtratore, Sereniſſ. Elector. Brandeburgicus, caput rerum jam ab anno 66. poſſidens, cum aliquot centum militibus Hallæ Saxonum & in aliis locis poſſeſſionem occupari juſſit, cui anno ſeq. 81. homagium ſolenniter præſtitum. (f) Memoriale à Civitate Magdeburgenſi in Comitiis Ratisbonenſibus oblatum, cujus ſit tenoris tr. Fr. (g)

II. Epiſcopatum inſuper Halberſtadienſem con-

conſiſtentem in duabus Præfectutis Lora & Klettenberg &c. Quæ Dynaſtiæ cum Comitatu Hohenſteinenſi, vigore pacti Confraternitatis, inter Comites Hohnſtein, Schvvarzburg & Stolberg initi, (h) extincto anno 1593. ultimo Comite Hohnſteinenſi, Erneſto, ad Comites Schvvarzburgenſes & Stolbergenſes translatæ, qui Comitatum occuparunt, ac cùm ab Epiſcopo Halberſtadienſi poſſeſſione dictarum Præfecturarum privarentur, ſententiâ in ſupremo Cameræ judicio latâ, poſſeſſio quidem eis reſtituta, ſed poſt paucos annos in mediis turbis bellicis adflictiſſimæ Germaniæ, vi & armis ablata fuit, tandem vigore Pacificationis hujus Dynaſtiæ ille unà cum Epiſcopatu Halberſtadienſi pro æquivalente Electori Brandenburgico ceſſerunt.

Cùm verò juſtum ac æquum ſit, ut damni illius, quod quis pro univerſitate patitur, ab ea reparatio fiat, memorati Comites à Cæſare ac Imperio æquivalentem ſatisfactionem inſtantiſſimè petiere. Quùm autem ſatisfactio æquipollens impetrata non fuerit, in Comitiis adhuc durantibus Ratisbon. Iidem Comites de novo eam urſere, Statibusque Imperii deductionem juſtitiæ cauſæ, vvegen der beyden Hohnſteiniſchen Herrſchafften (quam etiam juſtitiam Plenipotentiarii Cæſarei, in Conventu Pacis Oſnabrugo-Monaſter. agnovere, ut patet ex eorum Reſolutione 1. Febr. anno 47.

Rr 5 Lega-

Legato Brandenburgico data, ubi §. 1. hæc leguntur verba: Sicut pariter Comitibus à Schvvarzenburg & Stollberg jura ſua ad Comitatum Hohnſtein ſalva ſint:) obtulerunt, tandem à S. Cæſ. Maj. anno 74. promiſſio eis facta alicujus æquivalentis, in caſum aperturæ Feudi cujusdam Imperii. (i)

Teneatur item Sereniſſ. Dn. Elector Comitem à Tattenbach in poſſeſſione Comitatus Rheinſtein conſervare. Cum enim ante paucos annos Comes Tettenbachius, ut conſpirationis Hungariæ reus, ad mortem damnatus, bonorumque confiſcationem paſſus fuerit, exorta eſt controverſia inter Dn. Electorem Brandenburgicum & Duces Brunſvico-Luneburgenſem ſuper Comitatu Rheinſtein, cujus infeudatio Ducibus Brunſvic. in Inſtr. P. Weſtphal. Artic. 13. verſ. 8. Ducibus adſcribitur. Deductionem juris Brandenburgici adpoſuit hoc loc. Fr. (k)

III. Itidem Epiſcopatum Mindanum; &

IV. Caminenſem perpetui Feudi jure Nomine Principis dicto Artic. cum 4. reſtituendis â Coronâ Suecicâ, obtinuit. Et quia 4. illæ Præfecturæ Querfurt, Guterbock, Dam & Borck ab Archi-Epiſcopatu ſeparatæ ad Domum pervenêre Saxonicam, id quoque hic confirmatum eſt: hodiè tamen jure ſucceſſionis teſtamentaria poſſidet Sereniſſ. Dn. Auguſtus, Adminiſtrator Archi-Epiſcopatus Magdeburg.

ſeſſio-

ſeſſionem etiam ac votum harum Præfecturarum ratione, in Collegio Principum ſuperioribus annis is petiit, ſed introductio nondum ſequuta. (l) Quænam autem mutationes circa Epiſcopatum Halberſtad. Comitatum Hohenſtein & Archi-Epiſcopatum Magdeburg. acciderint? leg. lic. latiſſimè ap. Burgold. (m)

Cæterum de æquivalente Brandenburgico D. Pufendorff. hæc habet: Circa æquivalens Brandeburgicum Cæſarei conceſſerant, ut quarta pars Canonicatuum in Præſulatu Halberſtadienſi, exceptâ Præpoſiturâ, ab Electore extingueretur, & quidem eorum, quæ ab Evangelicis poſſiderentur. Sueci autem Catholicos iſtis pares haberi cupiebant, ut prout quisque vitâ excederet, Catholicus aut Evangelicus ſit, Electoris reditibus adplicaretur. Sed Cæſarei id nullo modo annuere volebant. In Ceſſione Epiſcopatus Mindenſis urbi ſua jura reſervata fuerant, exceptis pagis, villis & domibus ad Principem ſpectantibus. De quo Prælati & Equeſter Ordo graviter querebantur, quod cum urbs intimum locum inter Ordines Provinciales obtineat, nunc ipſi intuitu bonorum in diſtrictu urbis ſitorum hujus imperium agnoſcere debeant. Unde Brandeburgicis inſtantibus tunc hæc verba addita: Capitulum, totumque Clerum & Equeſtrem Ordinem. Porrò jus proprii Præſidii, quod à multis

tis ſeculis urbs obtinuiſſe ſe ferebat, Cæſarei non minus ac Sueci eidem diſertis verbis reſervare cupiebant. Sed Brandeburgici à plerisque Ordinibus obtinuerant, ut pro verbis: Circa jus proprii Præſidii & priſtinæ libertatis hactenus poſſeſſis, reponeretur, circa priſtina jura ipſis legitimè competentibus. Ita jus illud Præſidii in ambiguo relinquebatur, quo Electori occaſio daretur, id inpoſterum vindicandi. Circa Titulum Electoris Cæſarei primò cenſebant, ut Principem ſe Archi-Epiſcopatus Magdeburgici, & aliorum Præſulatuum nuncuparet, ſed cum jus hæreditarium cum Epiſcopatu haud quadraret, id eo modo formabatur, prout inſtrumento Pacis inſertum eſt. Sed circa penſationem Brandeburgicam Cæſarei contra formulam à Directoribus Ordinum ſubſcriptam quædam interpolare cupiebant. Nam & jus proprii Præſidii pro Mindenſi urbe, de quo antea, omiſerant, nunc diſertè exprimebant; & ceſſionem Magdeburgici, Mindenſis & Halberſtadienſis Præſulatus ita ambiguis, & obſcuris verbis concipiebant, ut ea ad ſolos Electoris Deſcendentes reſtringi videretur, excluſis Agnatis Franconicis, qui hactenus ſimultanea inveſtitura omnium Electoris ditionum gaviſi fuerant: ſaltem ut hiſce ſuper ea ceſſione controverſia moveri poſſet. Et ferebatur Bavarus à Cæſare in eum caſum Exſpectativam in iſtos Præſulatus obtinuiſſe. Sed

ubi

ubi Præſidium Mindæ adſpernabatur Elector, ita poſteriori clauſulæ hujus Agnati acerrimè contradicebant, poſtulantes, ut repudiata recenti formula à nemine Ordinum adhuc probata, prior nono die Martis ſubſcripta retineretur, ac ut in apprehendenda poſſeſſione recentium Provinciarum, inveſtitura, ac ſimultaneo homagio ita procedatur, ſicut circa Pomeraniam obſervatum fuerit. Addebantur minæ, ſe aliàs interpoſita proteſtatione omnia media ſerius ocyus eas ditiones recuperandi ſibi reſervaturos, & promiſſa Diplomata ſuper ceſſione Pomeraniæ nunquam exhibituros; quo ipſo & Suecica ſatisfactio an anceps futura ſit, ſuo conſenſu deficiente.(n)

Denique novo prorſus, perpetuôque memorando exemplo, moderno Dn. Electori Ducalis Boruſſia, quam in feudum à Rege Poloniæ hactenus tenebat, nexu clientelari ac feudali liberata, & abſoluto Dominio regenda ceſſit, vi articulorum Welavienſ. de anno 57. d. 19. Sept. (o) exhibitorum; ſolennitates, quæ, cùm Sereniſſ. Dn. Elector ſupremus Boruſſiæ Dux ac Dominus declaratus fuit, adhibitæ ſint, Diar. Europ. (p) pandit. Et hunc Articulum XI. obſignamus ſubſeqq. nim. Illo

ARTIC. V. Noviomag. Inſtrum. Cæſareo-Suec.

Cum tranquillitatis publicæ interſit, Bellum, quod S. Reg. Maj. Regnoque Sueciæ, ejusdemque fæde-

fœderatis cum Rege Daniæ, Dn. Electore Brandeburgico, Epiſcopo Monaſterienſi, & Ducibus Brunſvigo-Luneburgicis, Oſnabrugenſi, Zellenſi, & Guelpherbytano adhuc intercedit, quantocyus etiam componi, ſive Cæſ. Maj & Imperium tam pro ſe, quàm conjunctâ operâ cum aliis officia ſua ad pacem conciliandam efficaciſſimè interponerent, ſalvâ ſemper inter Cæſarem & Imperium, atque Regem, Regnumque Sueciæ de hoſtibus mutuò non juvandis anteriori articulo ſancita reciprocâ obligatione. Quamdiu autem Pax inter prædictas partes non coaluerit, nullum omnino afferetur S. Reg. Maj. Sueciæ in bello contra prædictos ſuos hoſtes gerendo obſtaculum vel impedimentum; pace verò factâ, ea hoc Tractatu ita comprehenſa intelligatur, quaſi hîc ſpecificè inſerta eſſet.

De rebus præclarè geſtis à Sereniſſ. Dn. Electore Brandenburgenſi vid. etiam D. Layriz. d. tr. pag. 246. 248. 253. 255. & 259. Von Brandenburg. Ambaſſadeur Ankunfft, Vollmacht, Viſiten und Reviſiten; auch vvarumb dieſe zvviſchen dem Ambaſſad. unterblieben? It. Vielged. Br. Ambaſſad. Propoſition wegen Fr. vvie auch bey den Tractaten zu N. evolv. ap. Sauter. d. Tr. Noviomag. pag. 105. lit. e. p. p. 154. e. 174. e. & pag. 11. cum ſq. lit. a. a.

Et tandem

ARTIC. XXVI. Noviomag.

Et cùm publicæ tranquillitatis interſit, bellum quod S. Reg. Maj. Chriſtianiſſ. Regique & Regno

Sueciæ

Sueciæ cum Rege Daniæ, Electore Brandenb. Epiſcop. Monaſt. & Ducibus Zellenſi & Quelferbytano adhuc intercedit, quantocyus etiam componi: S. Reg. Maj. Chriſtianiſſ. apud Regem Sueciæ officia ſua efficaciſſimè interponet, ut pax inter præmemoratas Potentias quamprimum etiam coaleſcat, eique fini eædem in armiſtitium paci conciliandæ accommodatum ſtatim conſentiant. Quodſi verò præter expectationem officia hæc optatum finem non aſſequantur, S. Cæſ. Maj. & Electores, *Principes & Status Imperii hac pace comprehenſi promittunt, ſe elapſa armiſtitii tempore, prædictos Galliæ, Sueciæque hoſtes nullo modo & ſub quocunque prætextu directè vel indirectè juvaturos, aut ullum in hoc bello gerendo Galliæ, Sueciæque impedimentum allaturos, nec paſſuros, ut prædictorum Galliæ, Sueciæque hoſtium copiæ, hyberna vel ſtativa extra ipſorum territoria in Imperio capiant. Manebit etiam liberum S. Reg. Maj. Chriſtianiſſ. ad prædictum ſolummodò finem in ſequentibus in Imperio locis tenere Præſidium, Dominis tamen locorum, eorumque ſubditis innoxium, & ſumptibus Regis Chriſtianiſſ. ſuſtentandum. ſc. in oppidis & urbibus, Chaſſelet, Huy, Verviers, Aquisgrano, Duren, Limnik, Nuys & Zona, in quibus nova munimenta extrui non poterunt, niſi in quantum dictorum Præſidiorum ſecuritati neceſſaria erunt, & juſtam ſuſpicionis cauſam præbere non poſſint: nec fas erit Regi Chriſtianiſſ. ea loca ratione expenſarum inibi factarum, aut ſub quocunque alio prætex-*

tex-

textu retinere, ſed ea evacuabit & reſtituet iis, à quibus occupavit, ſtatim atque Pax in prædictas partes quoad Provincias in Imperio ſitas concluſa & ratihabita fuerit, aut ad eam reſtabiliendam aptiora communi conſenſu inventa fuerint media; Et viciſſim S. Reg. Maj. Chriſtianiſſ. promittit, ſe præſentes Cæſaris aut Imperii hoſtes nullo modo ſub quoque prætextu directè vel indirectè juvaturam: Sit etiam liberum Cæſari & Imperio conjungere cum Rege Chriſtianiſſimo officia, conſilia, & operam, ut bellum iſtud communi etiam conſenſu quantocius ſopiatur.

Von der Brandenb. Ambaſſad. Memorial. betreff. den Frieden d. 10. Jun. 78. It. Br. und Däniſcher Ambaſſ. und Envoy Memorial. ſo an den König von Engelland præſentirt, &c. Br. Amb. d. 20. Jun. 78. beſchehene Declaration auff der Holländ. Ambaſſad. Propoſition &c. Brand. Ambaſſad. Remonſtration an den Holländ. Ambaſſ. vvegen gegenvvärtiger Ungelegenheiten der Fr. Tractaten N. d. 31. Jul. 78. Br. Envoy vvider den Holländ. Particular-Frieden eingevvandte Proteſtation &c. &c. vid. Sauter. d. Tr. Noviom. pag. 219. a. 223. a. 229. a. 280. a. 230. a. & pag. 236. a.

(a) d. tr. lib. 5. cap. 6. & ibid. in addit. confer. Zimmetſchuſii Brandenb. Stammb. (b) D. Schneider. d. tr. part. Special. Sect. 2. cap. 5. num. 13. cum ſeq. conjung. D. Schütz. cit. Tr. Exerc. 7. th. 27. & 8. th. 6. in Not. Burgold. N. R. I. part. 3. diſc. 140.

140. p. 113. (c) Limn. d. tr. lib. 5. cap. 7. ibique t. 1. & 2. addit. (d) v. Fr. Tr. d. Reverſal. cap. 6. §. 2. (e) in Comment. ad Jus Feud. lib. 1. tit. 6. §. 19. (f) D. Schütz. d. tr. exerc. 8. th. 5. lit. 13. p. 615. (g) in adnotat. ad Jus P. hoc artic. & §. p. 546. cum 2. ſeq. (h) in addit. Fr. ad Limn. lib. 4. cap. 8. (i) Id. ad h. loc. in Adnot. ad Jus P. p. 524. cum mult. ſeqq. (k) d. adnot. p. 550. cum aliq. ſeqq. (l) Id. d. adnot. ad Jus Publ. hoc artic. & §. (m) d. tr. part. & diſc. ferè per tot. (n) Rer. Suec. ſub §. 116. & 217. (o) à Gaſtel. d. Statu Publ. Eur. noviſſ. part. 4. c. 19. rubr. Pruſſia n. 159. art. 5. (p) Contin. IX. ad A. Mundi M DC LXVIII. VIII. Oct.

De Æquipollente Mecklenburgenſi.

ARTICULUS XII.

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Megalopolis i. e. Civitas magna, quæ olim & hodie? Qualis Ducatus Megapolitanus?*
2. *Mechelburgenſis Ducatus Familia, Lineæ.*
3. *Continuatio Hiſtoriæ Puſendorffianæ.*
4. *Elogium Alſatiæ Inferior. & Superioris: deque ejusdem Landgraviatu.*

PRo eo verò, quod Duci Megapolitano Suerinenſi, Dn. Adolpho Friderico, in alienatione Civi-

tatis, portuſque Wiſmarienſis decedit, competant ipſi, ejuſque hæredibus Maſculis, Epiſcopatus Swerinenſis, & Ratzenburgenſis jure perpetui & immediati Feudi, (ſalvo tamen Domus Saxonico-Lauenburgicæ, aliorumque vicinorum, ut & dictæ Diæceſeos hinc inde competenti jure:) cum omnibus juribus, documentis literariis, Archivo, rationariis, aliisque pertinentiis & poteſtate extinguendi Canonicatus utrobique poſt præſenti tempore reſidentium Canonicorum deceſſum, omnesque reditus Menſæ Ducali applicandi, eoque nomine habeat ſeſſionem in Conventibus Imperii & Circuli Saxoniæ inferioris, cum duplici Principis titulo & voto. Etſi verò ejuſdem ex fratre nepos, Dn. Guſtavus Adolphus, Dux Megapolitano-Guſtrovienſis antehac deſignatus fuerat Adminiſtrator Ratzenburgenſis, quia tamen ipſi non minus, quàm Patruo cedenti Wiſmariam, ipſe viciſſim hunc cedat Epiſcopatum. Conferentur autem dicto Duci Guſtapho Adolpho, eo nomine compenſationis ergò, duo Canonicatuum juxta modernam compoſitionem Gravaminum ad Auguſtanæ Confeſſioni addictos pertinentium, beneficia, unum in Eccleſia Cathedrali Magdeburgenſi, alterum in Halberſtadienſi primùm vacaturæ.

Quod deinde ad prætenſos duos Canonicatus in Eccleſia Cathedrali Argentinenſi attinet, ſi quid eo nomine Statibus A.C. juxta præſentem transactionem competit, Familiæ Ducum Mecklenburgenſium ex hujusmodi proventibus duorum Canonicatuum

tuum portiones concedantur, absque tamen præjudicio Catholicorum. Quodſi verò contigerit, lineam Maſculinam Suerinenſem deficere ſuperſtite Guſtrovianâ, tum hæc iterum ipſi ſuccedat.

Pro majori verò dictæ Domus Mecklenburgenſis ſatisfactione cedant ipſi Commendæ Ordinis Equeſtris D. Johannis Hieroſolymitani, Mirovv in iſto Ducatu ſitæ, vigore diſpoſitionis in artic. 5. §. 9, ſupra expreſſæ, in perpetuum, donec de controverſiis Religionis in Imperio conventum fuerit, & quidem Lineæ Suerinenſi Mirovv, Lineæ verò Guſtrovienſi Commenda Nemerovv, ſub hac conditione, ut dicti Ordinis conſenſum ipſi procurare, eidemque nec non Dn. Electori Brandenburgico, tanquam ejus Patrono, quotieſcunque caſus evenerit, hactenus præſtari ſolita, porrò quoque præſtare teneantur.

Confirmabit etiam Cæſarea Majeſtas eidem vectigalia ad Albim, antehac obtenta, in perpetuum: Conceſſa inſuper immunitate à tributis Imperii futuro tempore, citra cauſam ſatisfactionis Militiæ Suedicæ indicendis, donec ſumma ducentorum millium thalerorum Imperialium compenſata fuerit. Caſſetur inſuper prætenſum debitum Wingerſchianum, utpote ex cauſa belli ortum, proceſſibus etiam & decretis deſuper emanatis, penitus annullatis, ita, ut neque Duces Megapolitani, neque civitas Hamburgenſis, eo nomine impoſterum unquam conveniri poſſint vel debeant.

Megalopolis nomen & omen habens, illud quidem dans Megapolenſi Ducatui, prope mare Balthicum; quoad hoc, fuit Vandalorum & Herulorum temporibus, totius Europæ maxima civitas, & non ſolùm Regionis Megapolenſis Metropolis, ſed & Antirii Regia, qui ex Scythia venerat, & dein Burlingi, potentiſſimi Regis, tandem diruta, & diu inculta jacuit. Ducatus Megapolitanus, Provincia Saxoniæ inferioris, ſatis ampla, duobus Principibus ſubeſt, ex eadem Familia, pars ſc. Orient. Duci Guſtrovienſi, ab ejus primaria ſic dicto; & pars Occid. Duci Suerinenſi, ab urbe primaria ejus ſimiliter denominato. (a)

Duces Mecklenburgicos deducunt à Johanne ex d. veteri Herulorum & Vandalorum Principum Familia orto, unde titulum quoque retinuerunt. Duces facti ſunt Albertus & Johannes à Carolo IV. Imp. diſtingvuntur in duas Lineas, Suerinenſem & Guſtrovienſem, nec plures, vi pacti in hac Domo tolerantur; cæteri appanagiati ſunt; quorum ſumma appanag. 5000. Imperial. Pro æquivalente & amiſſione Wiſmariæ Epiſcopatum Suerinenſem & Ratzeburgenſem duplici Titulo Principis & Voto Dux Suerinenſis, in Oſnabrugenſi Conventu hoc artic. ob Suecicam ſatisfactionem, accepit, & ſimul cum aliquot Commendis & Canonicatibus Ducali Domui in compenſationem datum, atque ad ducentos

tos mille Thaleros immunitatem à Collectis Imper. pro tota Familia. (b)

De æquipollente iſthoc, quod de ſuo aliquid territorio Sereniſſimi Principes Mecklenburgenſes diminui paſſi fuerint, ſic hiſtoricè pergit noſter D. Pufendorff. (c) Mecklenburgici hactenus magis circa ſervandam Wiſmariam, quàm æquivalens diſpiciendum ſategerant. Unde prærepta jam Minda, de Oſnabruga cogitabant, ad quam Lüneburgici oculos adjecerant, quos offendere Sueci nolebant. Ita præter Ratzeburgium & Sucrinenſem Præſulatum nil ſupererat, quod exigui momenti Mecklenburgicis videbantur, præſertim, cum Dux Guſtavus Adolphus ipſius è Fratre Nepos Ratzeburgicus, Adminiſtrator deſignatus eſſet. Superpondii tamen loco additum, ut poſt defunctos, qui nunc viverent, Canonicos, eorum reditus ærario ſuo adplicaret; utque vectigalia Albi ad Borzenburgum & Ramizam, in viginti duntaxat annos conceſſa, perpetuò retineret, ac centum uncialium millia futuris Imperii tributis detraheret; id quod Suecorum opera impetratum; qui & Duci expectativam in Oſnabrugenſem Præſulatum, poſt extinctam Familiam Lüneburgicam ſtipulari cupiebant, nî Cæſarei id planè adſpernati fuiſſent.

Et idem alibi quoque. Quò Mecklenburgico Duci eò plenius ſatisfieret, Sueci poſtulabant, ut ſumma pecuniæ ad ducenta millia un-

cialium augeretur, ac duæ Comendæ in Mecklenburgico ſitæ, Mirovv & Nemerovv, à Duce jam poſſeſſæ adderentur. Quorum prius facilè concedebant Cæſarei; circa poſterius ad caput de Gravaminibus provocabant, demum velut indignabundi ajebant: habeat ergò eo nomine, quamdiu poteſt.

Denique Idem: Mecklenburgicus Legatus domo reverſus querebatur, Principi ſuo nondum circa æquivalens ſatisfactum, ejusque adeò rationem haberi petebat. Cui Cæſarei reponebant; Ipſum commodis ſuis obſtitiſſe, quod poſtulata ſua proponere neglexerit, quo tempore ſuper penſationibus agebatur. Cæterum is, præter jam conceſſa, expectativam in Lauenburgicum Ducatum, extincta horum Principum ſtirpe, tum Commendas Miroviam & Nemeroviam poſcebat. De quo Cæſarei ad Catholicos relaturos ſe pollicebantur. Evangelici, cum Cæſareos parum pronos huic poſtulato deprehenderent, Suecos rogabant, ut Ducis petito apud Cæſareos velificarentur: in quod & ipſi omnem operam pollicebantur. Contradicebant tamen Brandeburgici, quod is Elector Ordinis Equitum D. Johannis Patronum ſe ferat, ne iſtæ Commendæ ordini ſubtraherentur. Præter hæc Dux Guſtavus Adolphus literis ad Legatos Suecicos datis oſtendebat, & ſi Wiſmaria, cum Præfecturis Pœda & Neucloſter in diviſione Provinciæ Duci Adol-

pho

pho Friderico ceſſerit ; tamen jus ſummum circa Sacra & Civilia pro indiviſo manſiſſe, quod hac mutatione ſibi ſubtrahatur. Tum Ratzeburgenſi Præſulatu parentem ſuum titulo maximè oneroſo petitum. Unde petebat, ut ſibi alternativa in eo Præſulatu, ſicuti antea cum Lüneburgico, maneat, ac Duci Adolpho Friderico aliunde refuſio fiat. Aut ſi hoc negetur, ſibi hoc nomine ſatisfaciat.

Præclara in hanc rem plura evolvere licet in Theatro Europeo (d) Mecklenburgiſcher Abgeſandten- und Legatens-Vollmacht. (e) Ducatus Mediolanenſis fata legenda ap. Layriz. (f) Et quoniam ſub hoc articulo quoque duorum Canonicatuum in Eccl. Cathedrali Argentin. mentio injecta eſt, ideò ſeqq. haſce LL. Armiſtitii adjungere placuit.

LEX ARMISTITII IV.

Ideo durante hoc 20. *annorum Armiſtitio S. Chriſtianiſſima Maj. permaneat in liberâ, quietâque poſſeſſione Civitatis Argentinenſis cum fortalitio Kehl, aliisque munimentis inter urbem, dictumque fortalitium ſitis & conſtitutis, Rhenoque adjacentibus, ut & omnium quarumcunque ditionum & locorum, quæ uſque ad I. Auguſti*, 1681. *vigore Sententiarum Tribunalium Metenſis, Briſacenſis, & Veſontini in Imperio occupata ſunt.*

L. V. Exerceat quoque S. Chriſtianiſſ. Maj. in iis locis ita retentis liberè & absque ullius contra-

 dictione

dictione jura Superioritatis, ſupremique Dominii, neque licitum ſit cuique altè dictam S. Chriſtianiſſ. Maj. in iſto jurium ſuarum exercitio ullo modo turbare.

L. VI. *Reſtituet verò S. Chriſtianiſſ. Maj. Imperio omnia illa loca, quorum poſſeſſionem poſt* 1. *Aug.*1681. *ſibi vindicaverit; idque absque ulla reſervatione, adeo, ut nihil quicquam in iis locis ita reſtitutis durantibus induciis, ſive retinere, ſive ulla ratione prætendere poſſit, aut debeat, exceptis tamen ſemper urbe Argentinenſi, & omnibus fortalitiis ad iſtam ſpectantibus, de quibus artic.* 4. *præced. conventum eſt. Si quid verò ſine auctoritate dictorum Tribunalium Metenſ. & Briſacenſ. ut & Veſontini, quod ad Imperium ſpectaret, & quod aliunde ad Regem Chriſtianiſſ. non pertineret, ante* 1. *Aug.* 1681. *tantùm nudâ & ſimplici viâ facti occupatum eſſet, id quoque S. Chriſtianiſſ. Maj. reſtituet.*

L. VII. *Si quid etiam in unius & alterius partis territorio ad alteram partem vel ejusdem ſubditos pertinens, per modum repreſſaliarum arreſtatum fuerit, utrinque relaxabitur.*

L. VIII. *Rex Chriſtianiſſ. relinquit Dominos Proprietarios, eorumq; legitimos Hæredes, Succeſſores, ac quoslibet, qui eidem juramentum fidelitatis ſive per ſe, ſive per alium, nempe Procuratorem præſtiterunt, in ſuo Statu, & plenaria perceptione fructuum, ad loca reunita propriè, & non ad Superioritatem ſpectantium, ut & exercitio in Eccleſia-*

ſticis

ſticis & Politicis, prout Inſtrumentis Pacis Monaſter. & Neomagenſis diſpoſitum eſt. Reſtituet non minus ſupra dicto modo eos, qui adhuc juramentum fidelitatis præſtabunt, ſive in contumaciâ antehac fuerint, ſive non. Et ſi quæ hactenus in contrarium facta fuere, in priſtinum ſtatum non minus reponantur, ac ipſis & quibuscunque locorum reunitorum incolis, ubicunque morantibus, liberum ſit ſua bona pro libitu, vel per ſe, vel per alios adminiſtrare, aut alienare.

De Argentorato & Briſaco ſupr. remiſſivè. Metis fata inquire ap. Layriz. d. tr. Noviom. pag. 49. ſ. 69. & pag. 212.

Occaſione præprimis Leg. IV. Armiſtitii, Alſatiam, noto notius eſt, vulgò Elſaſs, Germaniæ ſuperioris regionem, q. Edelſaſs, i.e. nobilem, & præclaram ſeſſionem, vel ab illo fluvio, a. in i. mutato, q. ſeſſionem ad Illam fluvium dictem, unde & quidam regionem Ille-Sas & non Alſaſs appellatam aſſerunt, cui ob inſignem felicitatem nulla alia in toto illo Rheni tractu comparari poteſt. Olim ſub Dominio Regum Franciæ fuit, usque ad Othonis I. ac pars Regni Auſtriaci: cum antea 500. ferè annis ſub Romanorum poteſtate fuiſſet. Poſtmodum ab Auſtriaca Familia diu poſſeſſa eſt, donec ad Regem Galliarum Pace Monaſter. rediit. Primùm autem Ducatus fuit Alſatia ſub Hilderico Francorum Rege. Dein in Landgraviatum fuit erecta ab Otton. III. Cæterùm duplex

eſt, inferior & ſuperior. Inferioris urbs primaria eſt Argentoratum, de qua egimus etiam ſupr. & in 3. part. Cynor. A. & A. Superioris verò, quæ denuo ſub Francis nupero bello mirè vaſtata, Einshemium. (g) Ita illa urbs in Notit. Imperii Occid. vocatur ſequiori tempore Argentina; de varia nominis ratione vid. Knipſch. (h) Alſatiæ Landgraviatus hodiè per Inſtr. P. Cæſareo-Gall. art. 3. potiſſimum pertinet ad Reg. Gall. qui jus ſuum per arma, ut ſupra, hactenus ulterius protulit. Habet in eo Parlamentum Enſisheimienſe, X. Alſatiæ fœderatis civitatibus, earumque libertati nocumento, quas poſthac in municipium redigere laboravit. (k) Hujus Landgravii Titulo non tantùm Archiduces Auſtriæ, non obſtante Inſtrum. Pacis cum Rege Gall. confecto, ſed & Epiſcopi Argentinenſes utuntur, qua ex ratione? diſquir. apud Burgold. (l)

(a) D. Hoffm. in L. H. V. Lit. M. p. 1021. (b) D. Schütz. d. tr. Exerc. 8. th. 6. p. 634. (c) d. tr. ſub lib. 19. §. 114. & 117. It. pag. 128. (d) tom. 6. pag. 572. (e) Sauter. Fr. Noviomag. pag. 128. e. & pag. 131. e. (f) d. tr. pag. 28. ſ. 31. p. 31. & 33. ſ. pag. 38. ſ. & pag. 41. (g) D. Hoffman. d. tr. lit. A. pag. 89. (h) de Privil. Civ. Imper. lib. 3. cap. 51. (i) Confer. D. Schutz. exerc. 8. th. 24. p. 698. (k) Id. d. loc. ad theſ. 6. in Notis lit. E. (l) part. 1. diſc. 20. membr. 2. n. 24.

De

De Compenſatione Sereniſſ. Ducum Brunſvicenſium ac Luneburgenſium, eorumque Controverſiis Illuſtribus per Id. Inſtrum. P. obtentis.

Articulus XIII.

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Brunſvicenſ. & Luneburg. Familia quænam?*
2. *Tit. Brunſvicenſ. & Luneburgenſium Ducum Origo; remiſſ.*
3. *Ducum Brunſvicenſ. recompenſatio.*
4. *Hiſtoria æquivalentis Luneburgici.*

I. Dn. Epiſcopus Franciſcus VVilhelmus, ejusque Succeſſores, ſicut & Capitulum ſolvant Dn. Guſtavo Guſtavi, Comiti in VVaſenburg, Hamburgi octuaginta millia thalerorum Imperialium &c. Pro quibus

II. Dn. Epiſcopo Franciſco VVilhelmo reſtituatur Epiſcopatus Oſnabrugenſis totus & integer, cum omnibus ſuis appertinentiis, ſecular. & Eccleſiaſticis &c.

III. In eodem autem Religionis Status maneat, & reducatur in eum, qui d. 1. Jan. anno 24. Statum &c.

IV. Defuncto Dn. Epiſcopo, ſuccedat Dn. Erneſtus Auguſtus, Dux Brunſvicenſis & Lunebur-

neburgenſis &c. Quodſi verò Dux Ern. Auguſtus, poſt obitum prædicti Epiſcopi non fuerit ſuperſtes, teneatur Capitulum alium ex Dn. Georgii Ducis Brunſvic. & Luneburg. Poſteris, ſub certis conditionibus, in Epiſcopum ſuum poſtulare &c.

V. Et iidem Epiſcopi alternatim ſuccedentes, Statum Religionis tàm in ipſa Urbe, quàm in reliquis huc pertinentibus ditionibus conſervent ac tueantur &c.

VI. Horum omnium diſpoſitio Dn. ArchiEpiſcopo Colonienſi, velut Metropolitano, reſervata, adverſus A. C. verò additos planè ſublata eſt.

VII. Monaſterium Walckenried, (poſt mortem Chriſtiani Ludovici, Ducis Brunſvic. & Luneb. pervenit illud ad Ducem Georgium Wilhelmum, Fratrem Seniorem, & occaſione transactionis, ratione Civitatis Brunſvic. utriusque Lineæ Gvelferbytanæ, qui ſuperioribus annis Dn. Erneſto Duci Saxo-Gothano, ſub pacto reluitionis illud vendicaſſe dicitur. Ratione hujus Prælaturæ Jus Seſſionis & Voti in diætis Circularibus Superioribus Saxoniæ Duci competit. Fr. d. tr. ad hunc artic.) cum prædio Schavven perpetuo Feudi jure iisdem Ducibus Brunſvicenſibus & Luneburg. it. à Cæſ. Maj. & Imperio conferatur &c.

VIII. Iisdem quoque Monaſterium Gröningenſe ceſſerat, reſervatis etiam juribus &c.

IX. De-

IX. Debitum Comiti Tyllio donatum &c.

X. Abolito prorſus debito Ratzenburg. flor. 200000. ut & alia quavis obligatione.

XI. Argentin. Epiſcopatus 2. præbendæ cedunt duobus Ducibus Brunſv.

XII. Vice verſa iidem Duces renuncient poſtulationibus in Archi Epiſcopatus pleniſſimè.

Moderna Ducum Brunſvicenſium Familia originem refert ad Henricum Leonem & antiquam VVelphorum proſapiam. Henricus X. Cognom. Superbus, potens per Germaniæ partes in Saxonia, Norico &c. Princeps à Conrado III. proſcriptus, reliquit Filium Henricum Leonem, quo pariter à Friderico I. Imper. proſcripto, Filius tamen ejus ex Cæſaris clementia retinuit Saxoniam inferiorem, Familiamque propagavit. Diſtingvitur in Lineam VVolffenbüttel, Zell. & Hannoveranam; cujus regens Dux quidem extinctus, ſed vi pacti ex Epiſcop. Poſtul. Oſnabrug. Filiis ſurrogatus. Incrementa huj9 Familiæ incidunt in Seculum XII. XIII. & XIV. & præſ. hinc poſſidet diverſa, beneque ſita, ſed multum ſylveſtria territoria, ut vix ulli German. Ducali Familiæ nunc potentiâ cedat. (a) De Tit. quoque Sereniſſimorum horum Ducum, origine, & variis controverſiis prolixè admodum Burgoldenſis. (b) De iisdem controv. D. Layriz. (c)

Brunſvicenſes verò exhibito Cæſareis anno 47. d. 13. Febr. ſcripto, Magdeburgii & Halber-

ſtadii

ſtadii regiones divino Cultui à Carolo M. dedicatas, neque ſine iſtorum, quorum interſit, conſenſu alio transferendas; nova & Proteſtantibus inſolita religione adſerentes; ac Fridericum Ratzeburgio, Georgium Guilielmum Bremenſi, Erneſtum Auguſtum Magdeburgio Succeſſores,(Coadjutores) omnes ex Brunſvicenſium Gente deſtinatos, atque Johannem Fridericum ejusdem Familiæ Principem Halberſtadii in ſacrum Collegium (Canonicum vocamus,& ipſos quoque,ne mancipiorum in modum,ac velut in commercio poſiti aliorum patrimonio accederent, deprecatos,) recenſentes, ſucceſſionisque in iſtis Epiſcopatibus jura ſibi arrogantes, ſi omninò in alios eos cedi contingeret, Hildeshemii, Mindæ atque Oſnabrugæ Principatus certas in conditiones, & ni darentur minitantes poſcebant,non minori ferè Suecorum, quam Cæſareanorum indignatione tam inopina, neque ulli, qua commendari poſſent, rationi innixa poſtulata arguentium, quanquam Oxenſtirnio utentes tanta pervicacia agerent, ut priusquam cupita adipiſcerentur, Evangelicorum conſultationibus intereſſe abnuerent, imò, ne inſtituerentur, intercederent, acerrimi antea rei Proteſtantium defenſores,aperto fere diſſidio,communi emolumento incommodantes; inſigni humani ingenii exemplo, publicam rem nunquam ſincerius curantis, quam cum nul-

nullis propriis cauſis ſtimulatum, impeditumve communi tantum utilitati intendit, corrumpendum mox, ubi privatæ rationes acceſſerint; quæ ſemper offecere, officientque publicis Conſiliis. Et tulere tandem audaciæ fructum; Oſnabrugenſem Epiſcopatum alternis cum Pontificiis vicibus poſſidendum; remiſſionem cccc. cIↃ. thalerorum, à Dano, cui eos Fridericus Ulricus, Brunſvicenſium Dux debuerat, pactis Lubeccenſibus Cæſari ceſſorum, & ab hoc Tillio noto militiæ Duci donatorum, Prælaturam Walckenriedæ, ac Auguſti Filiis, Antonio Ulrico, & Ferdinando Alberto, cuivis Præbendam ex Argentino Epiſcopatu, quanquam non ſine plerorumque, etiam Evangelicorum invidia, multisque tardatæ pacis opprobriis onerata adepti. (d) Von Braunſchvveig- und Lüneburgiſcher Abgeſandten Vollmachten &c. It. Braunſchvveig. Allianzen-Tractat mit dem Kayſ. Spanien, und den General-Staaden &c. vid. Sauter. (e) Item, von Lüneburgiſcher H. Abgeſandten Vollmacht: vvie auch Lüneb. und Braunſchvv. Miſſiven an Engelland, und dann Lüneburg. Allianzen-Tractat mit Spanien und den General-Staaten &c.

Cæterùm Domui huic Lüneburgicæ Oſnabrugenſem Præſulatum (f) haud obſcurè invid. Catholici: ſed ita obnixè ſua tenebant Luneburgici, ut illi ne hiſcere quidem auderent.

rent. Tantum de homagio monebant errorem admiſſum, quod capitulum id nunquam ulli, ne Catholico quidem Epiſcopo præſtitiſſet: id quod tamen non, prout poſtulabant, planè omiſſum; ſed ad veterem praxin duntaxat reſtrictum. Comiti autem Guſtavo Guſtavi F. Sueci præter octoginta uncialium millia, ſeptuaginta inſuper millia ſtipulari fruſtra cupiebant. Patente quoque Oſnabrugenſi urbe Sueci poſtulabant Eid. omnia jura ac Privilegia Inſtrumento Pacis firmari, ſtatu quo anno 18. poſſederint, reſtituto, uti & jus Epiſcopale & Patronatus, uſumque liberum ſacrorum Evangelicorum, jus ſtapulæ, præſertim telarum linearum per totum Epiſcopatum, aliaque ſimilia. Tum, ut Petriburgum deſtrueretur & Templa Auguſtini & Franciſci cum pertinentibus ex veteri donatione Epiſcopi Franciſci Waldeccenſis reſtituerentur. Quæ omnia à Cæſareis repudiabantur, velut Cleri ruinam poſt ſe tractura, ac ad peculiarem conventionem ſeponebantur. Sueci regerebant: conventionem inter Tractatus Pacis debere fieri. Tum urbem ob præbitum Conventui hoſpitium in memoriam horum Tractatum aliquid præmii mereri. Quibus Cæſarei reſpondebant: hoſpitium ſat carè emptum; ac memoriam Tractatuum nunc & apud Poſteros perennaturam. Denique duos Canonicatus Ducis Auguſti Filiis in Præſulatu Argentora-

toratenſi conceſſos Catholici decerpere cupiebant, aut ſaltem eosdem obſtringere, ut Catholicos ritus ex Statutis Capituli ſuſcipere tenerentur: Sed Evangelicis repugnantibus irriti erant. Articulis hiſce de Suecica Satisfactione, & æquivalentibus Catholici ſubnectebant:

Quoniam per hæc tam inſignis mutatio in Romano Imperio contingat, ex qua olim graves controverſiæ oriri poſſint, dictæ ſatisfactionis aut æquivalentium nomine neminem plus ſibi juris, qvàm communis hæc conventio confert, proprio auſu arrogare debere, aut ullum immediatum Imperii Statum circa jura, bona ac libertatem ſuam turbare, ſed quæ in præſens, aut deinceps cum vicinis ſint lites, per viam juris expediantur, citra violentam poſſeſſionis apprehenſionem. Eam clauſulam Sueci ſuſpicabantur, ad ſe pertinere, vel ut Clericis etiam reſervaretur, ſi Regina circa Capitula, & alia bona ſacra quid novaret; Sed Cæſarei oſtendebant: hanc clauſulam duntaxat Status invicem non Status & horum ſubditos reſpicere, nec per hanc jus territoriale Reginæ in Bremenſi & Verdenſi Provincia in dubium vocari. Nec ea Cœnobia immediata eſſe, uti S. Emerani Ratisbonæ ſit. Pro eadem clauſula futuros Reginæ Vicinos pugnare. Is ſi ſenſus eſſet, nec Cœnobia & bona Eccleſiaſtica in Bremenſi & Verdenſi Præſulatu peterentur,

Succi non valdè renitebantur. Quod tamen ea clauſula heîc ſuperflua videretur,& ad caput de aſſecuratione pertineret, Succi eam huc transferri poſtulabant, ne Succi tam acres ungues habere videatur, ut præ reliquis omnibus ipſorum ſatisfactioni ejusmodi clauſula adponenda fuerit.

(a) Limnæus lib. 5. cap. 15. d. tr. Meibom. in Opuſc. de hac Domo &c. adde D. Hoffmann. d. Lexic. V. H. Litt. B. & L. pag. 318. & 951. (b) d. tr. part. 3. diſc. 16. per tot. (c) D. Layriz. Tr. dict. pag. 133. (d) evolvatur Hiſt. Pac. Weſtphal. lib. 4. pag. 440. cum ſeq. add. pag. 478. (e) in Tr. Noviomag. pag. 130. c. & D. Pufendorff. dicto Tr. in §. 219. lib. 20.

De Uſufructu Lege conſtituto DN. Chriſtiano Wilhelmo, Adminiſtratori Magdeburgenſi.

ARTICULUS XIV.

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Dn. Chriſtianus Wilhelmus Adminiſtrator Magdeburgenſis.*
2. *De Scriptis D.D. Brochmanni & Melch. Nicolai.*
3. *Mortuo Adminiſtr. Uſusfructus Cœnob. & Præfectura Zinna & Loburg quare extinctus?*

De

DE Summa 12000. Imperialium Dn. Chriſtiano Wilhelmo Marchioni Brandenburgico ex Archiepiſcopatu Magdeburgenſi quotannis ſolvendorum, conventum eſt, ut Cœnobium & Præfecturæ Zinna & Loburg, dicto Dn. Marchioni ſtatim tradantur, cum omnibus pertinentiis & omnimoda Jurisdictione, ſolo territorii jure excepto: Atque his Præfecturis idem Marchio utatur fruatur ad dies vitæ, absque ulla rationum redditione: hac tamen lege, ut in Politicis & Eccleſiaſticis nullum planè ſubditis afferatur præjudicium.

Quia porrò ut totus Archi-Epiſcopatus; ita etiam jam nominatum Cœnobium & Præfecturæ, temporum injuria valde ſunt devaſtata: ideò à moderno Dn. Adminiſtratore, Domino Marchioni, ſine mora, ex collectis in Archi-Epiſcopatu ad hoc inſtituendis ſolvantur tria millia thalerorum Imperialium ab ipſo Marchione vel ejus Hæredibus non reſtituenda.

Præterea placuit, ut poſt fata Dn. Marchionis, ratione & nomine non præſtitorum alimentorum, deſcendentibus Ipſius, Eorumque Hæredibus, liceat dictum Cœnobium atque Præfecturas, per integrum quinquennium retinere, iisque ſine rationum redditione, cum omnibus ſuis pertinentiis & juribus uti frui. Elapſo verò quinquennio, prædictæ Præfecturæ, earundemque jurisdictio, redditus & pro-

ventus Archi-Epiſcopatui absque tergiverſatione reſtituantur, nec ſuperius memoratæ ſummæ titulo quicquam ulterius moveatur vel petatur. Et prædicta omnia obſerventur, etiamſi propter Dn. Electoris Brandenburgici æquivalentem recompenſationem Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſis ad Dn. Electorem, ejusque Hæredes ac Succeſſores pervenerit.

Chriſtianus Wilhelmus, Filius Joachimi Friderici, Electoris Brandenburgici, poſt Dn. Parentem anno Chr. 1598. Adminiſtrator Magdeburgenſis factus, ſed quòd bello Danico arma contra Cæſarem geſſiſſet, proſcriptus eſt anno Chr. 1628. & à ſuis deſertus. Itaque ad Reg. Succiæ anno Chr. 1630. profectus, ejus ope implorata, Magdeburgum rediit, ſed ſeq. anno in hujus expugnatione glande plumbea ſiniſtrum crus trajectus, in poteſtatem Pappenhemii venit; & anno Chriſti 1632. in captivitate Latinos ritus induit, ſuo nomine Speculum veritatis, cui Dd. Brochmannus & Melchior Nicolai ſe oppoſuere, evulgari paſſus. In Pace dein Pragenſi anno 1635. ab Auguſto Saxone Archi-Epiſcopo Magdeb. annua 12000. Imperialium Cæſarei pactus eſt: quorum loco in Monaſterienſi anno 1649. Cœnobium & Præfecturæ Zina & Loburg ſunt ſubſtituta. Obiit haud pridem, nullâ Maſcula prole ex triplici Matrimonio ſuſceptâ, cumque eod. prædictus

ctus Uſusfructus Z. & L. quia perſonalia ſolent cum perſona mori, (a) fuit extinctus (b).

(a) C. privilegium de Reg. Jur. in 6. (b) D. Hoffm. L. H. V. lit. Uu. p. 576. & Burgold. d. tr. part. 3. diſc. 17. pag. 132.

De compenſatione & cauſa Haſſo-Caſſellana.

ARTICULUS XV.

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Intereſſe Domus Haſſo Caſſellanæ mirificè promotum.*
2. *Origo Controverſiæ Marpurgenſis, & ejusdem eventus.*
3. *Caſſellanis Legatis quomodo Suffragii facultas denegata? remiſſ.*
4. *Caſſellana ſatisfactio flagitata, & poſtulata Caſſellana ſpeciatim: remiſſ.*
5. *Continuatio Hiſtoriæ Pufendorffianæ prolixa.*
6. *Jus Primogenituræ in duabus diverſis Lineis Darmſtadiana ſc. & Caſſellana, ſpeciali conventione introductum.*
7. *Tranſitio. Circulus Burgundiæ in quantum ad Imperium? Per Car. V. in quantum exemtus? Quot olim habuit Provincias? Ejus Status hodiernus. De Burgundico Circulo Pacificatio-*

ne excludendo contentio: res inter Gallos atque Ordines tranſacta cum reſervatione Conſenſus Cæſarei: Hiſpaniæ petiti Gallici refutatio, ſed irrita: remiſſ. Quinam ſint fructus, quando bona ad exteros tranſeunt?

8\. *Ducum Lotharingiæ Genealogia, Dux Lotharingiæ à Tractatu Pacis non excludendus: Carolus Lotharingus, Epiſcopus à Canonicis Argentorenſ. Catholic. creatus: ejusdem reſtitutionem Cæſaream à Gallis petunt: Salvus conductus unà cum ipſa reſtitutione à Gallis negatur: Statuum Imper. de hac re ſententia ſuccincta. De conſiliis atque actionibus hujus Principis narratio: Declaratio ejus: Proteſtatio &c. remiſſ. Lotharingia ſub Tit. Regno Auſtraſiæ; Lotharingia Seculo IX. Germaniæ, & hodiè Regno Gall. acceſſit &c. Lotharingia hodierna an ad Germaniam pertineat? deque ejusdem prætenſione, fundamentis Gall. præſcriptione, donatione &c. remiſſ.*

9\. *Sabaudiæ Ducum Genealogia, remiſſivè.*

10\. *Sabaudiæ Dux quatenus Imperium Romano-Germanicum recognoſcat?*

11\. *Perpetuum S. Romani Imperii Vicarium agit. Symbolum ejus.*

12\. *Controverſia ipſi ſuper hoc Vicariatu à Duce Mantuano mota.*

13\. *Ducis Sabaudiæ Titulus.*

14\. *Sabaudiæ Dux è reliquis Italiæ Principibus ad Comitia adhuc vocatur, & per Legatos comparet.*

15. *Intereſſe potentiæ Imperii ratione Sabaud. Burgund. & Lotharingiæ.*
16. *Neceſſaria Tranſitio.*

Circa cauſam Haſſo-Caſſellanam conventum eſt, ut ſequitur, partim quoad univerſalem Amneſtiam ſuperius ſancitam, exceptis Cæſ. Maj. & Domus Auſtriacæ vaſallis & ſubditis hæreditariis, de quibus in §. Tandem omnes &c. deponitur. Confer Artic. incipientem, Unanimi &c. & inprimis Inſtrum. P. Gallic. Artic. 6. §. 1. 2. usque ad 11. vel ultimum incluſivè.

Partim, quoad bona; 1. Satisfactionis loco Domui huic (cujus poſtulata adpinxit D. Fr. (a) huic articulo.) Abbatia Hirsfeldenſis cum omnibus appertinentiis ſive intra- ſive extra territorium, ut Præpoſitura Gellingen, quæ ſita eſt in pago Gellingen, non procul ab Oppido Franckenhauſen, quod eſt ditionis Schvvarzburgenſis Lineæ Stadenſis, (b) ſalvis tamen Juribus Domus Saxoniæ. 2. Jus directi & utilis Dominii in Præfecturas Schaumburg, Bückenburg, Saxenhagen & Statthagen. 3. Pro ſatisfactione 600000. Thalerorum Imperialium; &, ut tanto ſecurior ſit, certis retineat conditionibus Neüs, Cosfeld & Neuhaus. Conf. quoque infr. p. 34. verſ. reſtitutione ex capite Amneſtiæ &c. 4. Controverſia Domûs Haſſiacæ-Caſſellanæ, & Darmſtatinæ ſuper ſucceſſio-

 ceſſio-

ceſſione Marpurg. licet Caſſellis, interventu Dn. Erneſti, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Ducis &c. penitus ſint compoſitæ; placuit tamen iſtam, vigore Inſtrumenti hujus, ejus planè eſſe roboris, ac ſi eidem verbotenus inſerta comprehenderetur. Et 5. Tranſactio in cauſa cum Comitibus Waldecis, ut & in utraque Linea Jus Primogenituræ confirmata.

De cauſis exorti inter Principes Haſſiacos certaminis, & quomodo illud in tantam acerbitatem duraverit, ſic curatius diſſerendum; Philippus Haſſiæ Landgravius, geſti cum Carolo V. Imp. belli memoria celebris, retinendæ filiorum, (A) quos 4. habuit, poſterorumque concordiæ, familiæ erciſcundæ controverſiis facilimè concutiendæ, vitæ conceſſurus ampliſſimarum, quas ſolus à Parente acceperat, Provinciarum hæreditatem in 12. uncias, at imparibus portionibus ita diſtribuit, ut Gvilielmus Caſſellanus ſemiſſem, inferiorem nempe Haſſiæ Principatum, & meliorem Ziegenhaynenſis Comitatus partem; Ludovicus Marpurgius 3. Uncias, ditionem ſc. ad Lanum cum Niddæ Comitatu acciperet; Philippo Rheinfelſio atque Georgio Darmſtattino utrique dimidia quadrantis, iſti nempe inferior, huic ſuperior Cattimeliboci Comitatus partes adſignatæ. Adjecta extremis tabulis verba, quibus ad ſucceſſionem cohæredum ceteri vocabantur, ſi qui iſtorum ſine maſcula prole decederet,

deret. Primus caſui locum aperuit Philippus Rheinfelſius, qui absque ſobole defunctus, parte ſua reliquos auxit. Hunc proximè inſecutus Ludovicus Marpurgius, acerbiſſimæ liti materiam præbuit. Is Mauritio Guilielmi Caſſellani, & Ludovico, Friderico atque Philippo Georgii Darmſtattini Filiis, utrisque ex ſemiſſe in ſtirpes partiunda Hæredibus ſcriptis hæreditate arcendum edixerat, ſi quis ipſorum aut ſupremo ſuo juſſui, aut receptæ religioni quid adverſum auſurus foret. Neuter legi paruiſſe videbatur. Mauritius ejurata Auguſtana Confeſſione, Reformatorum ad Sacra transgreſſus; Darmſtattini ſemiſſe haud contenti, dodrantem vindicantes, utrique hereditate, ſi Teſtatoris mandata ſpectarentur, exciderant.

Delecti, more Domus, utrinque arbitri, qui de cauſa cognoſcerent. Verum Darmſtattini ſpretâ iſtorum ſententia Cæſarem adiere; qui fidam ſibi Domum magis obſtricturus, & acuendis Georgii ſtudiis in perſvadendo ſocero Saxone, quo is translato in Maximilianum Electoratui adſenſum accommodaret, ſecundum Darmſtattinos litem dedit. At Caſſellani, judicem ſibi minus æquum cauſati, cùm adverſam partem Imperatoris favore ſubniti cernerent, ipſi externas gratias, opesque circumſtantes in Gallos, Suecosque incidere, qui omnes, quicunque Cæſarem odiſſent, obvio affectu am-

plexi, quascunque belli in eum cauſas promptiſſimo animo accipiebant. Et pronior, faciliorque in Cattos benevolentia, quos ut augendæ in Cæſarem magis invidiæ commodos, ita viribus non ſpernendos, eoque conatibus ſuis opportunos, judicabant. Quomodo Legatis Caſſellanis Suffragii facultas in deliberationibus Ordinum à Cæſareis Monaſterienſibus fuerit negata, & Caſſellanorum pro ſe contra hos argumenta legere licet in Hiſt. P. Weſtph. (B) Et in eadem Caſſellana ſatisfactio flagitata; Procerum de ea ſententia; Darmſtattinorum contradictio ratione Ditionis Marpurgenſis; Idemq; poſtulata Caſſellana ſpeciatim, etiam Evangelicis improbata; publica de iis conſultatio: Coronæ Gallicæ pro Caſſellanis conatus; Cæſareorum oblatio, utrinque rejecta; Tractationis continuatio; Catholici ob hanc cauſam transactionem de gravaminibus confirmare recuſant; Progreſſus ulterior hujus negotii transacti; & Caſſellanorum pro milite ſuo poſtulata, quæ tamen rejecta ab Ordinibus, præcipuè Dn. Electore Saxoniæ.

Et, quia forſitan fere eadem materia in Hiſtoria R. S. Puffendorffiana recurret, proin eandem prolixius, pro more noſtro recepto, hîc adjungere viſum fuit, nimirum 1. abſolutâ ſatisfactione Suecicâ formulam proferebant, ſed quæ ſolam cauſam Marpurgenſem ſpectaret. Aſt cùm Sueci imperfectam eam monerent,

rent, ad Libelli Haſſici ſingula capita reſpondebant. Ubi ea, quæ præſtare penes Cæſarem eſſet, diſtinguebant ab iis, quæ alios Imperii Ordines tangerent. E priore Claſſe circa Amneſtiam facilè conventuri videbantur, Hirſchfeldenſem quoque Præſulatum annuebant Cæſarei, ſed ea lege, ut Caſſellanis in ſatisfactionis vicem imputaretur. Ut Reformati Paci Auguſtanæ includerentur, admittebant Cæſarei. Nec circa confirmationem pactorum Confraternitatis inter Saxonicam, Brandeburgicam, & Haſſiacam Domum, tum ejus quò jura primogenituræ conſtituuntur, & quod cum Hanovienſibus Comitibus initum erat, quidquam difficultatis movebatur, modo Cæſar ex eorum, quorum intereſt conſenſu decenter eo nomine adiretur: ex altera negotiorum claſſe erat actio Waldecenſis, cujus amica compoſitione Cæſarei Marpurgenſem litem in favorem Landgravii Georgii expedire cupiebant, adſpernantibus Caſſellanis, qui eam ad communem Amneſtiam pertinere cenſebant, nec alia ejusdem componendæ media deeſſe, ut Landgravii Georgii conſenſus tam caro emendus ſit. Sed ſuper Marpurgenſi negotio acrius certatum; circa cujus compoſitionem Sueci magno ſtudio ſatagebant. Cæſarei autem, vel ut idem ipſos parum tangeret, proponebant, ut Confraternitatis pacto juncti Electores ac Principes ſua interpoſitione idem ad compoſitionem

tionem amicam deducerent. Enimverò poſtulata Landgrav. quæ vicinorum Præſulum ditiones ſpectabant, Cæſarei planè averſabantur, velut Paci Religioſæ, cui tamen iſta includi cupiat, adverſantia. Nec plus Caſſellanis annuebant, quam Præſulatum Hirſchfeldenſem, & quæ jura Præſulatus Mindenſis in Præfecturas Schaumburgicas habuerit; tum pro ipſius militibus, ducenta uncialium millia. Contra Haſſici Hirſchfeldenſem Præſulatum à ſe dudum poſſeſſum oſtendebant. Præfecturas IV. Schaumburgicas acceptabant. Militibus ſuis pro ratione numeri ſatisfieri volebant, qui equitum quinque, peditum quindecim millia explerent. Demum & poſtulata ſua repetebant circa partes Præſulatuum Catholicorum, quibus cauſam præbuerint, infinita damna Haſſiæ ab iſtis data, quæ neque amneſtia, neque percepta tributa penſare valeant, præſertim cum à ſe majoris pretii oppida ſint reſtituenda!

Et idem D. Puffend. alibi: Marpurgenſem controverſiam Darmſtadienſis demum transactione componi patiebatur, quod & Caſſellanæ placebat, modò iſto durante bello, & antequam arma planè deponerentur, expediretur. Ordinum Legati etſi controverſiam illam à præſenti bello haut ortam, nec ad Tractatus Pacis propriè pertinere judicarent; tamen quia & illa quietem Germaniæ morabatur, Cæſareos, Regiosque Legatos orabant, ut iſti ad-

did.

did. quod Darmſtadienſis jactaret, ſe poſtulatarum, ut è publico ſibi reſarciatur, quod nunc malignitate temporum forte cedendum foret. Ita tandem formula transactionis à Darmſtadienſibus concipitur, quam inſuper habitis ſententiis judicialibus & transactionibus hactenus factis, Caſſellanis reſtituenda erat Præfectura Smalcaldica, inferior Chattorum Comitatus, & Darmſtadienſis Præfectura; tùm ut Marpurgenſis hereditatis quinque octavæ partes Darmſtadienſi, Caſſellanæ tres octavæ partes aſſignarentur. Quæ formula & Caſſellanis placebat additis tantùm paucis monitis, nimirum quod præcipuum erat, ut proximæ Præfecturæ ſibi aſſignarentur, ac ab hac diviſione Marpurgenſis Præfectura exciperetur. Etſi ea transactionis formula Cæſareis parum placebat, qui Darmſtadienſi lautiores conditiones conciliare cupiebant. Alias Landgravia prioribus poſtulatis ſuis adhuc inſiſtebat, quæ præter Hirſchfeldenſem Præſulatum 4. Præfecturas Schaumburgicas, & oppida nonnulla ad Moguntinum, vicinosque Catholicos Præſulatus ſpectantia, ſexcenta inſuper uncialium millia complectebantur. Etſi Galli Præſularibus Catholicis nihil decerptum cuperent; Cæſarei autem præter Hirſchfeldiam directum duntaxat Dominium in IV. Præfecturas Schaumburgicas, eadem lege, quâ à Mindenſi Præſulatu poſſeſſæ fuerant, annuerent, unà cum

ſex-

ſexcentis uncialium millibus,dimidia Comitatus Arenbergici parte pignoris in vicem detinenda,quoad illa exſoluta fuerint.

Idem aliter. Initio menſis Julii anni 1647. Landgrav. poſtulata ſcripto concepta denuo Cæſareis per Succos exhibebantur; queîs inter alia ſatisfactionis loco octingenta uncialium millia petebantur, oppidis Moguntinis, Colonienſibus & Fuldenſibus pignori opponendis,quoad iſta exſoluta ſint. Tum ut Haſſicis militibus eodem modo, quô Svecicis pro rata ſatisfiat. Ad quæ à Cæſareis repoſitum: Moguntinum, Colonienſem & Fuldenſem mallerem aleæ belli comittere, quam ulla ſuæ ditionis loca Haſſis in ſolutum,aut pignoris antichreſtici loco concedere. Id tamen annuebant, ut Landgraviæ quadringenta uncialium millia intra certum tempus, de quo conveniendum ſit,ſolvantur, ad quæ regiones Haſſicis tributis hactenus ſubjectæ ratam partem conferre debeant. Ulteriorem pro militum ſatisfactione prætenſionem planè adſpernabantur. Propter hæc Cæſarei pacta ſucceſſionis cum Hannoviæ Comitibus confirmare nolebant,ob proteſtationem à Saxone interpoſitam, quod expectativam ejus Comitatus à Cæſare obtinuerit. Contra Caſſellani Saxonicam proteſtationem inanem declarabant,quod Cæſar factam antea ſibi conceſſionem, re non amplius integra,tollere nequeat. Marpurgenſe negotium

tium Cæſarei ad Darmſtadienſis declarationem, & pactum Gentilitium revocare cupiebant; ſed Caſſellani Regiorum declarationi obnixè inſiſtebant; nec ſe alterius cognitioni cauſam ſubjecturos, quam ſemel Regum arbitrio credidiſſent. Et denunciabant Regii Darmſtadienſibus, ſe hactenus laboraſſe, ut id negotium ex utriusque partis placito componeretur; quod cùm obtineri non potuerit, ſtandum nunc eo, quod Svecicis tabulis continetur, ac in Statum anni decimi octavi reponendas. Adjiciebant Galli minas, Darmſtadienſem ſi tergiverſetur, hoſtis loco habendum: ſe quippe ad aſſerendam Caſſellanæ cauſam ex fœdere teneri. Ulterius Idem: quia etiam Haſſica ſatisfactio non parùm obſtiterat, quò minus Menſe Julio Tractatus Monaſterii abſolverentur, Sveci oſtentando in pacem ſtudio literis ad Landgrav. datis petebant, ne poſtulatis nimium intenſis pacem difficiliorem redderet. Quas literas Darmſtadienſibus Legatis legendas transmittebant, fruſtra querente Schæfero Caſſellano, cui à Svecis abundè ſatisfiebat. Et facilè animadvertebatur, Landgraviam Regiorum ſententiæ demum acquieturam.

Rurſus idem: Caſſellana cauſa à Cæſareis & Catholicis acriter tentabatur. In lite Marpurgenſi Darmſtadienſis ob nutantia Svecorum arma ad vetera poſtulata revolvebatur, ut anti-

antiqua transactio partium juramento, ac Cæſarea adprobatione firmata ſervaretur. Qua ſi læſam ſe obtendat, Caſſellana, poſt reſtitutionem, ereptorum Darmſtadienſi ab hac locorum ea cauſa per judices ab utraque parte denominandos intra certum tempus decideretur, aut amica tranſactione componeretur. Id quod Cæſarei & Catholici æquum cenſebant. Sed Caſſellanam ſatisfactionem iidem planè retractabant. Si Caſſellani, inquiebant, præterita æſtate, quæ offerebantur, acceptaſſent, lautè iis ſatisfactum fuiſſe. Ea cum repudiarint, ſe ad iſta non amplius teneri. Quanquam autem, ut nihil planè iſtis gratificentur, contumaces Caſſellanorum Croſiegii cumprimis ſermones mererentur; forte tamen Hirſchfeldiam & pacta Gentilitia relinqui poſſe; de Præfecturis Schaumburgicis ſexcentis uncialium millibus, & hypothecis in Catholicorum terris conclamatum eſſe. Totum Imperium, quin Sacrorum conſortem Brandeburgicum repugnare; ſi Reginæ Nomine diutius bellum gerere velint, id ferendum eſſe; à volentibus Landgraviam nihil obtenturam. Neque eandem Regibus æquiparandam, Catholicos æquè damna hoc bello paſſos, nec refuſionem poſtulare. Et quanquam Sveci oſtenderent; antehac placita immotum hujus Tractationis fundamentum habendum, cùm & Trautmansdorffius ſub abitum dixerit; Tractatum

in

in eo ſtatu, relinquendum, ſicut ſe diſcedente ſit, & Collegas ſuos ſuper eo mandata habere: jactabant tamen noſſe ſe abeunte iſto nihil transactum. Ni Landgravia oblatis nunc acquieſcat, ſibi caveat, ne teruncium amplius accepturam. Inde Sveci Gallicorum Legatorum literas prælegebant, hoc argumento: Gallos pro Landgraviæ cauſa non remiſſius, quam pro ſua locuturos: ſimul Reginæ ſuæ Nomine idem declarabant, ſuadentes, ut ſaltem priora annuerent, nec tantam acerbitatem in Landgraviam oſtenderent. Arctiſſimè eandem Regibus innexam, nec citra auxilium deſtituendam: Reges, quæ res exigat, facturos. Cæſarei ferociter; facerent, quæ omittere non poſſent, ſibi mandata ſua ſequenda. Plus quam par ſit jam oblatum, plura ſe nec poſſe, nec velle. Neque hac declaratione tunc ullo modo depelli poterant. Atque iſta pluribus congreſſibus agitata Evangelicis avidè cupientibus communicabantur.

Ulterius Idem: Ad cauſam inde Caſſellanam proceſſum, cui non tàm Cæſarei, quàm Catholici Ordines, quorum intererat, renitebantur; Contra Sueci Landgraviam, velut Reginæ Sociam deſtituere haud poterant, pro qua & Grullandus, qui ex convento huic tractationi interebat, contendebat. Adhibebantur & Ordines Imperii, non tamen ita, ut pro lubitu rem temperarent, uti circa communia negotia

Imperii fecerant. Fundamenti loco tractationi ſubſternebantur, quæ ante annum cum Trautmansdorffio Oſnabrugæ acta fuerant, quibus inhærere Sueci decreverant, pro re nata tamen hinc inde mutatione nonnulla facta aut admiſſa. Cæterum Sveci Haſſicam cauſam Palatinæ exadverſum ponere cupiebant, quod illa Regum, hæc Cæſaris ſocium ſpectaret, ac judicabant, non minus ſibi pro illa, quam Cæſari pro Bavaro pugnandum, utpote cum Landgravia non minus de communi Evangelicorum cauſa, qvàm Bavarus de Cæſare merita eſſet. Capiti de ſatisfactione militum §. Tandem omnes, conjungere volebant, velut cognata negotia: idq; nec Cæſareis diſplicebat, quod Ductores, Provinciis Cæſareis oriundi, qui ſub Svecorum auſpiciis militabant, haud ita acriter reſtitutionem quæſituri videbantur, ſi inſigni pecuniæ ſumma à ſatisfactione militari potiti eſſent. Sed quia Ordines Imperii Palatinam cauſam ſubſcriptione ſua præceperant, Cæſarei nunc §. Tandem omnes, pariter cum Caſſellana cauſa decidi volebant ad eum modum, quo in poſtrema Pacis formula ab iisdem expreſſus erat. Id quod cum Sueci abnuerent, aliquot congreſſus variis alternationibus abſumpti, donec Ordines ægrè demum à Cæſareis obtinerent, ut §. iſte tantiſper ſeponeretur, quoad de præmiis militum agi inciperetur.

Ite-

Iterumque idem D. Puffend. Circa ſatisfactionem Haſſicam Neoburgicus querebatur, ſibi quoque ejus partem impoſitam, non minus quàm Moguntino, Colonienſi & aliis, quorum ditiones Haſſicis tributis obnoxiæ fuerint. Jam à ſe Landgraviam non læſam, nec ſibi ab ea quid reſtui, uti Præſulibus Catholicis. Unde nulla juris ſpecie ſe adſtringi ad conferendas pecunias Præſulum oppidis redimendis. Ipſam quoque Landgraviam declaraſſe, iſtius ditiones hac ſatisfactione haud onerandas. Cæſareos, dum adv. promiſſa Cæſaris Neoburgicas ditiones tributis & hoſpitationibus ſubjecere, adverſæ parti ad eadem exigenda prætextum præbuiſſe. Contra Catholici ſuper detentione Noveſii, Cœsfeldæ & Nochauſæ, quoad ſatisfactio ſoluta ſit, ſcrupulos movebant: quod cum Landgravia fide publica non contenta realem cautionem exigat, ſibi quoque pari modo ab eadem cavendum, illa oppida poſt ſolutionem reſtitutum iri. Quod enim Landgraviæ non ſufficiat, id ut aliis ſatis ſit, ipſam poſtulare non poſſe.

Et denique de cauſa Haſſica Idem: §. Et quamvis, Cauſæ Haſſicæ tùm inſertus eſt, fruſtra renitente Neoburgico, ſed confirmationem Pactorum Hanovicorum, quam Caſſellani quærebant, Cæſarei abnuebant, velut Moguntini, Saxonis ac Præſulatꝰ Herbipolenſis Juribus repugnaatium. Adprobationi transactionis

nis

nis Marpurgenſis Cæſarei clauſulam (quatenus Imperatori & Imperio non præjudicat:) adpoſuerant, cui acriter contradicebant Caſſellani, ne quid forte inſidiarum ſubeſſet. De qua Sueci amplius deliberaturos referebant. (D)

Cæterum ſucceſſio in quibusdam Illuſtribus Familiis, exemplo Sereniſſ. Dnn. Electorum ad Primogenitum defertur, (E) uti in Auſtriæ Archi-Ducatu, Bavariæ, Sabaudiæ, Lotharingiæ, Brunſvicenſium ditionis Wolffenbytelicæ, Würtenbergiæ Ducatibus, in Domo Holſatiæ, Mecklenburgenſi &c. ſucceditur. Et commendat hanc prudentiſſimam conſvetudinem Gailius (F) his verbis: Avorum noſtrorum memoria Feuda dignitatum apud unum ex Familia, præſertim Seniorem, ſemper ſarta, tectaque conſervata ſunt, quia prudenter conſiderarunt, nihil eſſe tam magnum, quod diviſione non fiat parvum. Quò etiam reſpexerunt Potentiſſimi Principes, Illuſtriſſimi Haſſorum Landgravii, qui incommodorum è diviſionibus propullulantium prudenter gnari, Primogenituram in duabꝰ ſuis diverſis Lineis Darmſtadianam & Caſſellanam ſpeciali conventione introduxerunt: (G) ita autem ſuccedere Primogenitum, ut cæteris Fratribus certam alimentorum portionem aſſignet. (H) Inter hos verò Haſſiæ Landgravios acres habuit disceptationes hujus Juris Primogenituræ introductio: anno 1464. Henric. Ludov. II. Fr. movit

vit de hoc controverſiam, donec à Statibus Territorii ſe interponentibus conſtitutum, ut duæ tantùm Regentes eſſent Lineæ: verum anno 1484. à Max. I. ſecundogeniti obtinuerunt alternationem Regiminis; quæ tamen iterum abrogata, anno 1493. Tandem poſt varias controverſias hoc articulo per Inſtrument. Pacis Oſnabr. confirmatum. (J)

Hoc loco fortaſſean haud incongruè ſubſequentes controverſiæ ſub Articulis Inſtrumenti Cæſareo-Gallici comprehenſæ adnectuntur, nimirum ſub

Articulo I. ex §. 3. Circulus quidem Burgundicus ſit, maneatque membrum Imperii, poſt controverſias inter Galliam, Hiſpaniamque ſopitas hac Pacificatione comprehenſus.

Burgundiæ Circulum XVII. Provinciis tùm adhuc integrum, cum Comitatu longè olim potentiſſimum Car. V. anno 1548. cum Decreto, ut dicebatur, & conſenſu Statuum, exemta Jurisdictione Imperii, ut ſub hujus tamen protectione maneret, promiſſis ideò collectis certo cenſu in caſu belli Turcici præſtandis, niſi ipſa Burgundia bello petatur; Nonnulli tamen promiſſum illud Car. V. politicum putabant. (a) Iſta verò exemtio occaſionem certè præbuit graviſſimo Imperii vulneri vix unquam reparabili, in amiſſis VII. Provinciis confœderatis. Imperium enim, poſt exemptionem, Burgundiam alienis quaſi oculis ſpectabat,

bat, lentum & negligens in illius protectione, velut in alterius commoda, onere tantùm ſibi relicto. Quod certè audaciam Batavis auxit, ut eò confidentiùs, inito Ultrajecti fœdere 1579 Philippo II. deſpotico Imperio, Belgas ab Hiſpanis haud diſcernenti, obſequium renunciarent, armis in libertatem ſe aſſerturi, quam poſt LXXX. annorum bella, variaq; tum terra, tum mari prælia, anno 48. in Monaſterienſi conventu demum ab Hiſpanis confirmatam obtinuerunt, ſed Imperii, Hiſpaniæque diſpendio. Perplexus hactenus fuit Burgundiæ Status &c. Rationes, quibus demonſtratur, Membra & Status Imperii teneri ſuccurrere Belgicis Provinciis, quando bello impetuntur à Rege Chriſtianiſſ. &c. (b)

Cùm Circulus Burgundicus ſuperioribus annis involveretur bello Gallo-Batavo, & vi d. §. 3. auxilium ab Imperio Romano contra arma Gallorum inſtantiſſimè in Comitiis Ratisb. peteretur, acerrimè inter Hiſpaniæ & Galliæ Legatos ſuper ſenſu hujus §. diſceptatum; tandem tamen à Cæſ. Maj. & Imperii Statibus unanimiter concluſum fuit, deſideratum auxilium Circulo Burgundico denegari non poſſe. Scripta verò ab utraque parte prodita in Comitiis, juncto Imperiali Decreto, produxit D. Fr. (c) Novo rerum Belgicarum Statu fundato, eodemque & firmato, ac conſummato, dividi cœpit Belgium in Hiſpanicum & Fœderatum,

ratum, quod rectius diceretur unitum; Fœderatum VII. illæ, Hiſpanicum reliquæ X. Provinciæ conſtituunt. Harum verò ratione Rex Hiſpaniæ Beneficiarius eſt & Vaſallus Imperii, è formula transactionis anno 1548. confectæ, editæque, quam & aliæ Imperii Conſtitutiones roborant, in quantum paçem ſanciunt publicam. Valdè autem hæ, hodiè etiam, tàm à Galliarum Rege, (qui quoque in Comitis anno 68. ut ratione locorum in Flandria obtentorum in Statuum Imperii numerum reciperetur, petiit; Idemq; ut ſeculo XV. Ducatum, ita Comitatum Burgundiæ cum magna Belgicarum Provinciarum parte exemerunt, ſuique juris fecerunt, ac hinc, ut Rex Hiſp. nunc quoque Ducis Burgundiæ Titulo abſtineat, efflagitant, abnuente tamen id Regia Maj.) quàm à Belgis fœderatis imminutæ ſunt. Illæ ſui juris ſunt, atque Belgicam cônſtituunt Rempubl. cujus fundamentum & fulcrum Ultrajectina eſt unio, quæ arctior anno 51. d. 21. Aug. Hagæ Comitum ſolenniori VII. Provinciarum conſilio facta fuit. Præterea, de Burgundico Circulo pacificatione excludendo contentio; res verò inter Gallos atque Ordines transacta, cum reſervatione Conſenſus Cæſarei; & de Hiſpanica petiti Gallic. refutatione, verum irrita, videatur fuſius H. P. W. (e) De Burgundiæ Comitatu, ut & Ducatu, ejusque fatis evolv. iterum D. Layriz. (f) Et hi ſunt fructus, quando

bona Imperii ad exteros tranſeunt, nec certis cautelis anterior conditio, & ſubjectio Imperii conſervatur. Nec mirum videri debet, quod noſtro tempore Reges Hiſpaniarum Nomen Principis Imperii ultrò ſumant, ut patet ex illa Hiſpanici Legati proteſtatione contra Inſtrum. Pacis, circa cauſam reſtitutionis Palatinæ. Imò ipſi Inſtrumento Pacis Cæſàreo-Gallicæ expreſsè inſertum legimus, (re ſcilicet adhuc integra, inque eodem ſtatu ſive priſtino conſiſtente:) Circulum Burg. habendum eſſe pro Statu Imperii: Nam hæc omnia certè non fiunt ex hac cauſa, quod Hiſpani ament ſubjectionem ſuarum dictionum reſpectu Imperii, ſed potius pro conditione temporum &c. plura & rationes rationum inquir. ap. D. Textor. (g)

Sub præallegati Inſtrumenti Cæſ. Gallici
ARTIC. II. §. 4.

Controverſia Lotharingica vel Arbitris utrinq; nominandis ſubmittatur, vel Tractatu Gallo-Hiſpanico, vel aliâ amicabili viâ componatur &c. &c. Confer. itidem inferius §. 71. Reſtituatur &c. &c, Itemque ſuperius ſub Articulo Cæſ. Suec. X. plura.

Duces Lotharingiæ Stemma ſuum derivant à Carolo M. ancipiti Genealogiâ. Diſtingvuntur in varias Lineas, Lotharingicam, Vaudemontanam, Quiſianam, & alias, quæ in Gallia ſunt. Ipſa Lotharingia vi pacti cum Duce

ali-

aliquando initi, armis Gallicis occupata, necdum reſtituta fuit. (h) Lotharingia ſecundum D. Hoffmannum, (i) à Lothario Rege Galliarum ſic dicta, olim Auſtraſia, quæ tamen magis patebat inter Moſam, Rhenum & Scaldim fl. extenſa: dividitur in ſuperiorem & inferiorem. De his & aliis conſulatur etiam poſt Scriptores Genealogicos, Limnæus. (k) Circa Lotharingiæ Ducem videbatur, cum is partem ſuarum ditionum Imperio obnoxiam agnoſcat, hoc intuitu à Tractatu eum non excludendum, ac operam dandam, ut & is paci includatur, ita tamen, ut ejus cauſa pax non extrahatur. Nam etſi optandum ſit, iſtam quoque litem componi, ac Inſtr. Pacis inſeri; cum tamen Galli contendant, Lotharingicum bellum origine & tempore à Germanico diſtingui, eoque nomine Ducem à Præliminaribus & præſentibus Tractatibus hactenus excluſerint, verendum eſſe, ne iſta controverſia pacem Germanicam magis reddat intricatam. Igitur Germaniæ afflictæ utilius videri, cauſam Lotharingicam, ac lites Hiſpanicos ſeparatis cum Gallia tractatibus ſeponi. Quid autem Cæſari, velut Regi Hungariæ, Bohemiæ, aut Archi-Duci Auſtriæ, citra opem aut fraudem Ordinum Imperii facere placeret, id arbitrio ipſius relinquebatur. Contra Cæſarei Legati declarabant, ſibi reſtitutionem Lotharingi omni-

modo urgendum, nec ulla ratione Tractatu Pacis eundem negligi à ſe poſſe. (l)

Præterea Carolus Lotharingus Epiſcopus à Canonicis Argentoratenſibus Catholicis creatus; ejusdem reſtitutionem Cæſar. à Gallis petunt: ſalvus itidem conductus unà cum ipſa reſtitutione à Gallis negatur: Statuumque Imperii de hac re ſententia: Similiter ſuccincta de conſiliis atque actionibus hujus Principis Narratio, Declaratio, Proteſtatio, &c. leguntur in H. P. W. (m)

Porrò Galliæ Reges ſibi etiam hodiè transſcribunt univerſam fere Lotharingiam, quæ ſub Titulo Regni Auſtraſiæ ſive Lotharingiæ primum Seculo IX. Germaniæ Regno acceſſit, poſteà verò Seculo XI. quo ſenſim Titulus ille Regni exolevit, in uuum cum ea (Germania ſcilicet) corpus magis, magisque concrevit; ipsâmet Galliâ jus ſuum cedente. Et multa quidem (tradente D. Schvved.) Lotharingici hujus Regni jam ante Maximilianum Imper. à quo variæ deſuper publicè, privatimque fuſæ ſunt querelæ, ut & plura ſuperiore ſeculo Galli occuparunt, plenumque jus impretarunt, artic. 6. Et I. quidem ſupremum Dom. &c. Præſenti ævo Ducem Lotharingiæ Carolum omni ferè exuerunt ditione, adeoque maximam Regni illius partem in poſſeſſionem ſuam redegerunt. Licet verò Carolus in ſuperiore bello inter Galliæ & Hiſpaniæ Regem geſto captus,

ea

ea lege in Pacificatione Pyrenaica, quam exhibet Gaſtel. libertatem impetraret, ut Gallus omnia ipſi reſtitueret, Urbe Nancy quoad munimenta ſolo æquata &c. Ipſe tamen deinceps, vi vel perſvaſionibus, univerſum jus in Galliæ Regem iterum transtulit, his conditionibus, ut certa pecuniæ ſumma quotannis ſibi penderetur, & una urbs Marſal ſaltem in devotione ſua permaneret, Familia Lotharingica verò Principibus ſangvinis adnumeretur. Et ex hoc contractu nunc, non obſtante vel jure Imperii, vel contradictione Caroli junioris, Franciſci Nicolai, Fratris Caroli Senioris contrahentis, Filii, totum ferè Lotharingiæ Ducum Patrimonium hodiè Rex Gall. tenet, imò & antiquum Auſtraſiæ Regnum reſtaurare in animo habet. Sed, ſi quod res eſt, ſubjungit id. D. Schvveder. (o) dicere liceret, contractum illum nullum eſſe, ob rationes ab ipſo adjectas, & varia reſponſa &c. Cæterùm, quid amiſſum, quidque Imperio adhuc in Lotharingiâ hodiernâ ſuperſit, inquirit etiam Conringius, (p) & inſimul docet, Ducatum Barrenſem eſſe Feudum Reg. Gall. Add. Lundorp. (q) & hac de re doctiſſimorum Duum-virorum Blondelli, qui Reg. Gall. & Chifletii, qui Regem Hiſpan. defendit, contraria ſcripta. (q) De prætenſione in Coronam Galliæ, & hujus fundamenta, deque ejusdem præſcriptione & donatione evolv. Colleg. in Burgoldenſ. (r)

Sub

Sub ARTICULO VIII.

§. 92. cum aliq. ſeqq.

Item, ne controverſiæ inter Dnn. Sabaudiæ & Mantuæ Duces ratione Montisferrati &c. (de quo etiam ſupra ſub Articulo X. nonnihil dictum:) aliquando recrudeſcant, conventum eſt, quod Tractatus Cheraſci anno 31. firmus, ſtabilisque permaneat, excepto tamen Pinarolo &c. Similiter Dn. Dux Sabaudiæ in pacifica Trini & Albæ, reliquorumque locorum &c. poſſeſſione ſemper relinquatur. Ut autem omnium diſſidiorum Semina inter eosdem Duces penitus extirpentur, 494000. aur. Majeſtas Chriſtianiſſ. Dn. Duci Mantuæ præſenti pecuniâ numerari faciet &c. It. concedatur Dn. Duci Sabaudiæ inveſtitura quoque Locorum &c. omniumque jurium Montisferrati, ut & Feudorum novelli Montfortis, Sinii, Moncherii & Caſtelleti cum appertinentiis &c. Neque inquietetur in Feudis Rocheverani, Olnii & Cæſolæ cum appertinentiis, parique ratione ejus Vaſallus Comes Veruvæ. Inque Inveſtitura Ducatus Mantuæ comprehenduntur Caſtra Reggioli & Luzzaræ cum ſuis dependentiis, quorum poſſeſſionem Dux Guaſtallæ Duci Mantuæ reſtituere teneatur &c.

Ducum Sabaudiæ Genealogiam, prærogativam & prætenſiones exhibet Limnæus (t) quemadmodum etiam tàm in hodiernis Comitiis

mitiis per Legatum Plenipotentiarium, Dn. Carolum Felicem Malletti, ex Dominio Droxii J.V.D. & Sabaudiæ Vaſallum, quàm proximè præcedentibus Comitiis per Dn. Joh. Bapt. de Bigliatoribus &c. comparuit, (u) ſuffragiumque in iis fert, nihilominus oneribus Imperii, ſicut quondam Ducatus Burgundiæ & Lotharingiæ ſe eximit, & tantùm Imperiale commodum, non verò ejusdem incommodum & onus ſentire vult, quod ipſum cum inſigni detrimento Imperii conjunctum eſſe nemo non videt. Breſſia etiam olim ad Sabaudum pertinuit, ſed nunc Rex Gall. eam poſſidet. Nam Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux, Hiſpanum ſequens, quùm Henricum IV. Gall. Regem haberet adverſum, hic illum omni ditione ſuâ ſpoliavit, quam recipere non prius potuit, niſi inæquali permutationis contractu inito, ut ſcilicet loco Breſſiæ reciperet Marchionatum Salucienſem, i. e. pro auro plumbum. Breſſia enim regio eſt valde dives, ſplendida Nobilium prædia continens: contra verò Salucia vix manipulum Nobilium complectitur. Inſuper Breſſia quum montes aſperos antea Galliæ limitibus opponeret, Rex Gall. eam nunc tenens eò faciliùs Sabaudum in fide ſua retinere poteſt. Dux Sabaudiæ olim etiam poſſedit Comitatum Pinarolenſem; hunc verò cum munitiſſimâ arce Pinarol hodiè vigore Inſtr. Pacis Cæſ. Gall. Rex Gall. poſſidet, &

hac

hac ratione non ſolùm Sabaudo, verùm etiam reliquis Italiæ Principibus metum injicit. (vv) Citra controverſiam porrò Mantuæ & Montisferrati Ducatus clientelari jure Imperio obſtricti ſunt, idque fatetur ipſe Dux Poſſeſſor. Eſt ille ex Familia Gongazorum, qui ab Imperio quoque habere dicuntur Sabionetam, Guaſtallam, Novellarum, Bercolum, Guazzadum, S. Martinum, Caſtrum Reggioli & Luzzara. vid. Inſtr. Pac. Cæſ. Gall. §. ſimiliter &c. Nec aliud de Ducatu Parmenſi & Placentino, quos Farneſii Principes hodiè tenent, ſentiendum: utrumque enim Imperio adhuc ſubeſſe, probat, inter alia, Cancellariæ Aulicæ primariæ Stylus, quô ad hunc Principem inſcriptio ita fieri ſolet: Illuſtriſſ. Principi N. N. Duci Parmenſi & Principi noſtro chariſſimo. Neque denique de Imperii noſtri ſuperioritate in urbes & Resp. Italiæ liberas, i. e. Principis alicujus Imperio non obnoxias, ut Genuenſem, Lucenſem &c. dubitare nos ſinunt ea, quæ deducit Conring. quem citat D. Schvveder. (x)

Præterea Dux Sabaudiæ Feudi nomine vel fiduciario jure ab Imperio tenet V. Ducatus, Sabaudiam, Auguſtum, Caballicum tractum, Genevenſem, & partem Montisferrati: III. Principatus, Pedemontum, (cui alii eum, ut abſolutum Dominum, præeſſe dicunt: (y) Onelium & Barcillonetam: IV. Marchionatus, Suſam, Juream, Salutium & Celam: VI.

tan-

tandem Comitatus, Maurienam, Tarantaſiam, Nicæam, Vercellas, Aſtum & Tendam. Præter quæ poſſidet quoque Rocheveranum, Olmum & Cæſola. Idem ante omnes Italiæ Principes, ipſum etiam M. Florentiæ Ducem ſedendi jus habet: Symbolum ejus annulus eſt D. Mauritii Theb. legionis Ducis & Martyris, quem Petr. prim. Allobrox impetravit à Cœnobiarcha Mauritano. Amadeus dein IV. Magnus dictus, Rhodo inſulâ liberatâ anno Chr. 130. accepit ab Epiſcopis Hoſpitalariis ſcutum & crucem albam, cum 4. iſtis Literis F. E. R. T. i. e. Fortitudo ejus Rhodum tenuit: à Venetis quoque confœderatis ſuſcepit alas victrices & S. Marci ſignum, ad ornatum Galeæ; Scuti porrò inſignia cum 6. uncis mixta, nimirum ſertum rutaceum. (z) Et Conringius de fin. c.23. & 25. notat, quod licet verba Inſtrum. Pacis verſ. conventum eſt, omnimodam libertatem Sabaudo in locis hiſce competere præ ſe ferre videantur, (quomodo ea Limnæo in tom, 1. add. ad lib. 5. cap. 14. n. 2. quoq; impoſuiſſe comper.) tamen ſi paulo accuratius inſpiciantur, abſolutam Sabaudi libertatem non evincant, ſed oſtendant ſaltem clientelare jus ibi enumeratarum Provinciarum non dependere proximè ab Imperio & Cæſare, ſed à Sabaudo, ſalvo tamen illi jure ſupremo, perpetuumque ex conceſſione Imperatoris Sigiſmundi S. R. Imperii Vicarium in Italia agit,

(de

(de quo tamen jure ac honore ipſi nuper mota controverſia à Duce Mantuano ex inveſtiturâ Ferdinandi III. Imp. generalem in Italia Vicariatum prætendente. (Sed poſt mortem Ferdinandi Sabaudo Mantuæ Dux prælatus, vid. Cap. Leop. Artic. 4. unde & Dux Mantuanus, ne præjudicio ſibi illud Electorum Decretum foret, proteſtatione interpoſitâ, (quam Diarium Europ. p. 917. ſeqq. & Th. Europ. Tom. 8. p. 491. exhibent,) cavendum duxit.) Et nec ipſemet ſeſe Imperii Beneficiarium eſſe, diffitetur, cum Principis & Vicarii perpetui S. Rom. Imp. cognom. Titulo utitur, quia in literis ſuis Duces Sabaudiæ, Caballiani, Auguſtæ & Pagi Genevenſis, Principes Pedemontis; Marchiones Saluciarum; Comites Genevæ, Rotundi Montis, Nicææ & Aſtæ ac Tendæ; Barones Fociniani, Dominos Vercellarum Marchionesque Italiæ inſcribi ſe jubent, teſte Hoffmann. d. Lex. Hiſt. Tom. II. p. 305. Ob Regium hunc Titulum, quem cæteris inuſitato more poſtponit, à Sereniſſ. Electoribus. Alteſſe Royale ſalutatur. Hodiè Ratzivil in Lithuania, & Tranſylvanus Imperii Principes ſe ſcribunt: Duces Mediolani & Mantuæ ſunt Principes & Vaſalli Imperii, ut & Dux Mutinæ & Marchio Montisferrati, & alii, qui tamen Statuum Imperii nomine non gaudent, & nihilominus nullus horum, aliorumque Principum Italicorum, ſolo Sabaudo excepto, ad Concilia

voca-

vocari ſolet, vid. D. Schütz. Ex. 10. d. tr. ad Th. V. lit. E.

(a) in Adnot. ad Jus Publ. pag. 588. cum ſeq. (b) idem & ibid.

(A) Legatur Hiſt. p. 10. lib. 3. th. XXII. p. 281. cum ſeq. (B) ibid. lib. 2. th. 23. p. 116. 133. & ſeq. (C) ibid. lib. 3. pag. 276. 278. 283. 361. cum ſqq. it. lib. 4. pag. 502. cum trib. ſeq. & pag. 513. it. l. 5. p. 610. 614. 615. 666. cum ſq. & p. 693. 701. cum ſeq. (D) in lib. 19. §. 102. 117. 146. 175. 220. & lib. 20. §. 105. 118. 158. (E) D. Schütz. d. tr. diſp. 6. th. 3. lit. E. & F. diſp. 7. th. 10. & 12. per tot. It. ad Exerc. VI. th. 27. ibique Not. confer. (F) in lib. 2. Obſ. pract. 35. num. 3. & add. quæ egregiè habet Barclaius in Icone animor. cap. 5. (G) referente eod. in Tr. de Vicar. Imper. th. 25. lit. A. Acta in Sachen Marpurg. Succeſſion Betr. (H) Id. Diſp. 6. th. 27. lit. G. & H. Diſp. 7. th. 15. lit. H. (I) Idem in Colleg. Pol. vol. 1. Exerc. VIII. ad Th. 9. & 10. lit. A. C.

(a) D. Schütz. exerc. 1. tom. 1. pag. 54. (b) Id. d. loc. cum pag. duabus ſeqq. (c) Fr. ad §. 3. Inſtrum. Gall. in adnot. J. P. pag. 632. usque ad pag. 672. incluſivè. (d) D. Schvveder. Introd. in Jus P. c. 4. p. 130. & c. 5. p. 166. (e) vid. fuſius in Hiſt. P. Weſtph. lib. 5. pag. 673. & aliq. ſeqq. & p. 738. cum 2. ſeqq. (f) D. Textor. in Tr. Jurispr. de vera & varia ratione Status Germ. Mod. cap. 19. pag. 627. cum aliq. ſeqq. (g) vid. ſupr. Artic. X. Weſtphal. (h) D. Schütz. d. tr. Colleg. P. Exerc. VIII. ad Th. VI. lit. D. p. 635. Vol. 1. (i) in Lexico Lit. L. O. pag. 931. (K) Limnæ. d. tr lib. 5. cap. 11. (l) tr. D. Pufend. d. l. & tract. §. 153. (m) H. P.

W. lib. 1. th. 7. p. 19. lib. 2. th. 29. p. 126. & th. 63. pag. 172. & lib. 3. th. 7. pag. 240. & th. II. cum ſeq. pag. 249. & ſeqq. & lib. 4. th. 65. pag. 525. adde de hoc negotio in lib. 5. p. 673. cum ſqq. & pag. 739. (n) Part. Gen. cap. 4. d. tr. D. Schvveder. & in part. Spec. Sect. 2. pag. 160. cum ſeq. (o) Idem A. p. 108. add. quoque p. 826. (p) Conring. d. finibus Imper. cap. 26. cum duob. ſeq. (q) Lundorp. lib. 10. Act. Publ. cap. 4. (r) Gylm. Symphor. in præjud. Tom. 5. p. 183. & Tom. 6. c. 2. p. 34. Klock. relat. 4. n. 133. (s) Colleg. in Purgold. Fr. Irenici in Not. ad Diſc. VIII. p. 122. (t) Limn. lib. 5. cap. 14. ibique in addit. Confer Hiſtoire Genealogique de la Royale Maiſon de Savoye per Sam. Guichenon Hiſtoriographe dy Roy & S.A.R. de Savoye. (u) Schvveder. d. tr. P. G. cap. 4. p. 145. (vv) v. prælleg. Irenic. ad Diſc. VIII. B. pag. 73. cum ſeq. (x) D. Schvved. d. loc. pag. 147. (y) Sprenger. Luc. Mod. Status Imper. cap. 2. pag. 185. & c. 5. p. 275. Func. Brev. p. 908. Orb. hod. Imper. part. 3. cap. 2. qu. 7. (z) D. Hoffm. d. Lex. Hiſt. Univ Lit. S.A. pag. 287. Conf. D. Schvved. d. Part. G. c. 4. p. 143. cum ſeq. add. D. Schutz. d. tr. Exerc. 10. ab Th. V. Lit. E.

In Superioribus hactenus egimus de Trigæ Inſtrumentorum Pacis 1. Prooemio, continente Onomato- & Pragmatologiam, Diſtributionem, & Cauſam efficientem. 2. Tractatu ipſo ſive Materia Pacificationis in qua & circa quam, nec non cauſa formali &c. Nunc 3. devenimus ad ejusdem concluſionem, quæ

com-

complectitur Finem, Effect. Affinia, & Contraria; verùm, quemadmodum Finis in ſpecie cujusque Inſtrumenti Pacis vel remotiſſimus, vel remotus ſub fin. quoque prædicti Procemii emicat his verbis: ad Divini Numinis Gloriam, & Chriſtianæ Reip. ſalutem in mutuas Pacis & amicitiæ LL. conventum &c. Sic quoque Finis propinquus in principio

ARTICULI XVI.

tractantis

De Executione ſive Modo exequendæ Pacis.

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Tres Effectus Pacis ex D D. Brunnem. & Becmanno.*
2. *Cur reſtitutio ſumptuum aut damnorum non moroſè ſit urgenda?*
3. *Ἀμνηστία, quid? ejusque varia exempla.*
4. *Sicut res aliæ; ita & Imperii alienari poſſunt ab eo cujus in dominio verè ſunt; ſecus contra: at cum limitatione.*
5. *Pacis executio quæ complectatur conſideranda?*
6. *Pacis exequendæ commiſſio eſt ſtrictè intelligenda.*
7. *Pacis executo conventionalis, adhibita vi, ſi opus ſit, munus ſuum peragere poteſt.*

8. *Pacem an- & quatenus pars adverſa poſſit exequi?*
9. *Pace factâ an liceat animadvertere in milites diverſæ partis exauctoratos?*
10. *Pace ceſsâ tranſ. ad ceſſionarium eo jure, quô fuere penes cedentem.*
11. *Pacis executio in liquidis procedere debet.*
12. *Num pacis executio præpoſtera retractari debeat?*
13. *Quando negocium Pacis exequendæ, atque ubinam locorum pleniſſimum robur accepit?*

CEu ejusdem Effectu primario, (a) indeque ille quidem conſiſtens in ceſſatione omnis hoſtilitatis, perſecuti ſui Ordinis, quieta poſſeſſione, injuriarum ſatisfactione, novâque inter quondam partes diſſidentes Amicitiâ; id quod ex verbis Bremſebroicæ Sueco-Danicæ Pacis patet: hactenus, verba pacis, omnia media & remedia ſunt attentata, quibus fax belli in Septentrione ſplendidè ſæviens, penitus extingvatur, & opprimatur, écontra verò tranquillitas, quies & amicitia reducatur. Nec multò poſt, anno videlicet 1648. eundem ſibi finem præfixum habuit noſtra Germania pacifica, nempe: daſs eine Chriſtliche, allgemeine, immervvährende, vvahre und aufrichtige Freundſchafft mit dem Heil. Röm. Reich, und dem Reich Schvveden auffgericht, auch einmüthig und mit Eiffer erhalten vverden ſolle, auch ſichere

chere Frieds- und Freundſchaffts-Bezeigungen herfür blühen mögen. Quem eundem finem Gallia & Hiſpania, Polonia & Suecia; Danica & Suecia anno 59. & 60. feliciter quoque obtinuerunt. (b) Hic autem effectus primò in puncto & modo exequendi; ipſe tenor de verbo ad verbum ita ſe habet:

§. 1. Simul atque verò Inſtrumentum Pacis à Dnn. Plenipotentiariis & Legatis ſubſcriptum & ſignatum fuerit, ceſſet omnis hoſtilitas, & quæ ſupra conventa ſunt, utrinque è veſtigio executioni mandentur. Punctus Exemtionis.

Multa ac gravia impedimenta executioni mandata fuere, ut ex Actis Conventûs Norimbergici liquet, ita, ut ferè integer annus poſt concluſam pacem lapſus ſit. Tandem tamen Divina Benignitate Pacificatio hæc effectum obtinuit. D. Fr. cit. loc. Huc immediatè referendi

ARTIC. NOVIOM. XXIX.

Simul atque Inſtrumentum Pacis hujus à Dnn. Legatis Extraordinariis & Plenipotentiariis ſubſcriptum & ſignatum fuerit, ceſſet omnis hoſtilitas: Si quid autem poſt 14. dies à ſubſcriptâ pace attentatum, aut viâ facti mutatum fuerit,

 id

id quamprimum reparari & in priſtinum ſtatum reſtituti debeat.

ET ART. XXX.

Contributionum verò exactio ab una vel altera parte iis provinciis, ditionibus, & locis impoſitarum, quæ dictis contributionibus ante ſubſcriptionem hujus Tractatus ſe ſubmiſerunt, continuabitur, usque ad præſentis Tractatus Ratificationem, & quod t.t. reſiduum debebitur, intra 4. menſum ſpacium à d. Ratihabitione pendetur: Ita tamen, ut earum ſolutio poſt commutatas reciprocas Ratificationes viâ facti ab iis communitatibus exigi non poſſit, quæ per idoneos fidejusſores cavebunt, ſe debitam quantitatem in ea Urbe, *de quâ conveniat, numeraturos.*

Itemque

ARMIST. LEX X.

Et quò induciæ iſtæ eò magis ſervari poſſint, neque ullis caſibus obnoxiæ ſint, ſtatim poſt hunc Tractatum ratihabitum utrinque nominabantur, inſtituenturque Commiſſarii, ad limites Imperium inter & Galliam, juxta ſupra denotatam poſſeſſionem, deſignandos, ponendosque, ubi neceſſe fuerit, finium terminos, ita, ut exinde nulla oriri queat controverſia in detrimentum Armiſtitii, hoc Tractatu concluſi.

cluſi. Qui Commiſſarii inter ſe in id quoque allaborabunt, ut, ſi quid ex alterutra parte deſit, vel promiſſæ reſtitutioni, vel aliàs executioni præſentis conventionis, plenum effectum ſortiatur.

LEX XI.

Pacis Tractatus (quib9 finitis, hoc Armiſtitium cum omnibus ſuis hîc poſitis conditionibus ceſſat,) confeſtim inchoentur, & tempus, atque locus hîc determinetur.

LEX XII.

S. Regia Chriſtianiſſ. Majeſtas renunciat, ad tempus harum Induciarum, omnibus & quibuscunque prætenſionibus in Imperium, ejusque Status, Membra & appertinentes, ac in ſpecie cunctis appertinentiis, dependentiis, connexis, protectionibus, ita dictis reunionibus, & qui prætextus quocunque modo excogitari poterant. Renunciant viciſſim ad idem tempus induciarum Imperator & Imperium ſupremo Dominio, omnique juri ſuperioritatis, & protectionis, vel alteri cuicunque, quæ ipſis in Regiones, Urbes, aliaque loca reunita aliàs competebant, aut competere poterant.

Sequitur in Inſtr. Weſtph.

§. 2. Inprimis autem Imperator ipſe per univerſum Imperium Edicta promulget & ſerio mandet iis, qui hiſce pactis Pacis Publicatio & Executio quomodo

promovenda?

ctis & hac pacificatione ad aliquid reſtituendum vel præſtandum obligantur, ut ſine tergiverſatione & noxa, intra tempus concluſæ & ratificandæ Pacis præſtent & exequantur tranſacta, injungendo tam Directoribus auſſchreibender Fürſten, quàm Præfectis militiæ circularis Creyſs-Obriſten, ut ad requiſitionem reſtituendorum, juxta Ordinem executionis & hæc pacta, reſtitutionem cujusque promoveant & perficiant. Inſeratur etiam Edictis clauſula, ut, quia Circuli Directores, die ausſchreibende Fürſten, aut Præfectus militiæ Circularis, Creyſs-Obriſten, in cauſa vel reſtitutione propria minus idonei executioni eſſe cenſentur, hoc in caſu, itemque, ſi Directores vel Præfectum militiæ circularis repudiare commiſſionem contingat, vicini Circuli Directores, aut Præfecti militiæ circularis eodem executionis munere etiam in alios Circulos ad reſtituendorum requiſitionem fungi debeant.

§. 3. *Quod ſi etiam reſtituendorum aliquis, Cæſareanos Commiſſarios ad alicujus reſtitutionis, præſtationis vel executionis actum neceſſarios cenſuerit, quod ipſorum optioni relinquitur; etiam illi ſine mora dentur.*

§. 4. *Quo caſu ut rerum transacta-*

rum

num effectus tanto minus impediatur, tam reſtituentibus, quàm reſtituendis liceat ſtatim conslusâ & ſubſcriptâ Pacificatione, binos aut trinos utrinque nominare Commiſſarios, è quibus Cæſarea Majeſtas unum à reſtituendo, alterum à reſtituente nominatum, pari tamen numero, ex utraque Religione eligat, quibus injungatur, ut omnia, quæ vigore hujus transactionis oportet, absque mora exequantur.

Sin autem reſtituentes Commiſſarios nominare neglexerint, Cæſarea Majeſt. ex iis, quos reſtituend. nominaverit, unum deliget, aliumque pro ſuo arbitrio, obſervata tamen utrobique diverſæ Religionis addictorum paritate, adjunget, quibus Commiſſionem executionis demandabit, non obſtantibus exceptionibus in contrarium factis. Ipſi deinde reſtituendi mox à concluſione Pacis de tranſactorum tenore notum faciant intereſſatis aliquid reſtituturis.

§. 5. Omnes denique & ſinguli, ſive Status, ſive Communitates, ſive privati, ſive Clerici, ſive Seculares, qui vigore hujus Transactionis, ejusdemque regularum generalium, vel ſpecialis, expreſſæque alicujus diſpoſitionis ad reſtituendum, credendum, dandum, faciendum, aut

aliud quid præſtandum obſtricti ſunt, teneantur ſtatim poſt promulgata Cæſarea Edicta & factam reſtituendi notificationem, (Acta publica dicent, varias tergiverſationes & oppoſitiones ſequutas fuiſſe :) *ſine omni tergiverſatione vel oppoſitione clauſulæ ſalvatoriæ, ſive generalis, ſive ſpecialis alicujus ſupra in Amneſtia poſitæ, aut quacunq; alia exceptione, itemque ſine noxa aliqua, omnia, ad quæ obligentur, reſtituere, reddere, dare, facere & præſtare.*

§. 6. Nec Directorum & Præfectorum circularis militiæ, aut Commiſſariorum executioni quisquam, ſive Status, ſive miles, præſertim Præſidiarius, ſive quilibet alius, ſeſe opponat, ſed potius Executoribus aſſiſtant, liberumque ſit dictis Executoribus contra eos, qui executionem quovis modo impedire conantur, ſuis vel etiam reſtituendorum viribus uti.

Captivi dimittantur utrinque liberi.

§. 7. Deinde omnes & ſinguli utriusque partis captivi ſine diſcrimine ſagi vel togæ eo modo, quo inter exercituum Duces cum Cæſareæ Maj. approbatione conventum eſt, vel adhuc convenietur, liberi dimittantur.

(Sic in Pace inter Car. V. Cæſ. & Franciſc. I. Reg. Gall. initâ expreſsè cave-

cavebatur, ut captivi hincinde relaxarentur, velut teſtatur Apologiæ Gallicæ refut. autor ap. Goldaſt. in Polit. Imper. part. 2. p. 884. Aut ſi non gratis dimittantur, de redemptione captivorum cum altera parte pactiones fieri ſolent. Quæ captivorum redemtio multum habet favoris, maximè apud Chriſtianos, quibus Lex Divina hoc miſericordiæ genus peculiariter commendat: qui charitatis Chriſtianæ erectus à Patribus valde laudatus eſt, ut in Ambroſio, quod vaſa Eccleſiæ etiam initiata, confregerit, ut captivi redimerentur. Excelſioris tamen animi ſunt, qui eos liberè dimittunt. Exemplum aliud liberationis captivorum & triremibus conſtrictorum, habemus apud Thuan. lib. 27. in Pacificatione Sabaudi cum Waldenſibus: ubi transactum, ut captivi ſoluto æquo & pro facultatibus pretio dimitterentur: qui etiam ob religionis cauſam triremibus conſtricti tenebantur, horum pactorum beneficio ſolverentur. Simile quid expreſſum Pacificatione Pyrenæa Articul. 107. vid. Brunnem. in Tr. d. Pac. Pol. diſſ. 7. §. 7. De captivorum materia tr. D. Braudl. in Hiſt. Pacif. conſult. 1. ubi diſſeritur

de

de perſonis in bello juſto captis, quid juris victor in easd. conſequatur. Captivi quomodo ſint tractandi? An interficiendi? Ad quid victori ſint obſtricti? Quomodo permutandi, dimittendi, redimendi? Add. Conſult. VII. VIII. & 17. it. de obſidum materia. id. tr. eorumque jure, & Victorum in eosdem poteſtate, in Conſult. II.)

Solutio militis Suedici.

§. 8. *Denique pro militiæ Suedicæ exauctoratione omnes & ſinguli Electores, Principes, & reliqui Status, comprehenſa libera & immediata Imperii Nobilitate, (ſalva tamen requiſitione hactenus in talibus caſibus uſitata, libertateq; & exemtione in futurum ſalvis:) ſeptem ſequentium Circulorum Imperii, Electoris Rhenani, Superioris Saxonici, Franconici, Suevici, Superioris Rhenani, Weſtphalici & Inferioris Saxonici, teneantur in medium conferre quinque myriades Imperialium thaleror.* (poſtulabant Suecci primùm 20. myriades: pecunia hęc ab exhauſta Germania ægrè perſolvebatur, collectarum onere, omnibus ſubditis, etiam privilegiatis alicubi impoſito: Fr. d. loc.) *in moneta per Imper. Romanum uſitata, idq; tribus terminis,* 1. *termino (Statibus in Circulo Electorali, ut & Superiori Rhenano, Francofurtum ad*

Vid. Theatr. Europ. Tom. 6. p. 388. 423. cum 2. ſeq.

Mæ-

Mœnum, Superioris Saxoniæ Lipſiam ſive Brunſvigam, Franconiæ Norinbergam, Sueciæ Ulmam, Weſtphaliæ Bremam, vel Monaſterium, & inferioris Saxoniæ Hamburgum, ſuam cujusque quotam conferentibus:) *octodecim centena millia Imperialium thalerorum in numerata pecunia,* vid. Executions-Handlung, ſo zu Nürnberg vorgangen, abgeredter und bevvilligter 243540. der Schvved. militiæ Satisfaction Gelder &c. (*pro cujus ſummæ faciliori ſolutione impetranda liceat illos ſubditos, qui ex Amneſtia veniunt reſtituendi, non moderno ipſorum poſſeſſori, ſed vero Domino, cui ex Amneſtia reſtituendi ſunt, ſtatim à concluſa pace, etiam ante factam reſtitutionem, ſecundum ipſorum quotam & proportionem collectare, nec in exigendis illis collectis moderni poſſeſſores ullum creent impedimentum:*) *& duodecies centena millia per aſſignationes ad certos ſtatus, ſuper quorum ſolutione tolerabilibus conditionibus facienda, à quolibet Statu inter concluſam & ratificandam pacem, cum Officiali militari ſibi aſſignato ex æquo & bono conveniendum.*

§.9. *Quâ conventione ut & ratihabitionum commutatione factâ, dictorum octodecim centenorum millium thalerorum* — Militis exauctoratio, & locorum evacuatio.

rum ſolutio, militiæ exauctoratio, & locorum evacuatio,(huc referatur Repartitio der Schvvediſchen Satisfaction-Gelder &c. It. de pacto evacuat. vid. Theatr. Europ. anno 52. ſecuta, & Vechta in agro Monaſter. non niſi anno 54. d. 3. Octob. Suecis evacuata:) *ſtatim pari paſſu peragantur, nec ob ullam aliam cauſam differantur: Ceſſantibus ſtatim à concluſa pace contributionibus & omnis generis exactionibus, ſalva tamen Præſidiariorum militum, cæterarumque copiarum ſuſtentatione, ad tolerabilem modum convenienda, ſalva itid. iis Statibus, qui ſuam portionem ſolverunt, vel cum aſſignatis Officialibus, quoad ſolutionem ſuarum portionum amicabiliter convenerunt, à ſuis Conſtatibus, ob horum ſolvendi moram ſibi illatorum damnorum repetitione. Reliquarum duarum myriadum priorem quidem ſub finem anni proximi à facta exauctoratione computandi, alteram verò in fine anni proximè inſequentis, utraque thaleris Imperialibus, eorumve, in aliâ per Imperium uſitata moneta, valore, ad ſupradicta loca Regiæ Maj. Suedicæ, ad id, cum poteſtate deputatis Miniſtris dicti ſeptem Circulorum Status bona fide ſint exſoluturi. Sicuti autem dicti ſeptem Circuli ſoli militia*

litiæ Suedicæ, ſine prætenſione alterius, aſſignati intelligantur, ita ſinguli eorum Rectores, Principes & Status eam tantum portionem, quæ juxta matriculam & cujusque loci obſervantiam & extraditam hîc deſignationem unicuique præſtanda incumbit, pendere debebunt.

(Quid verò ſi executio vel reſtitutio reſtituendorum nondum fuerit ſecuta? Confer. §. fin. hujus artic. & §. antepenult.

§. 10. *Nec ullus Status vel à ſolutione immunis ſit, vel majori numero der Römer-Monat prægravetur, vel pro alio ſuo Conſtatu aliisque belligerantium militibus plus ſolvere teneatur, multò minus repreſſaliis vel arreſtis eo nomine prægravetur: neque etiam ullus Status in modo ſuos collectandi, vel à milite aut Conſtatu, vel ullo alio, ſub quocunque prætextu, de facto impediatur.*

§. 11. *Quoad Circulum Auſtriacum & Bavaricum attinet, cum Ille (præter factam in hoc Pacificationis conventu à Statibus Imperii promiſſionem, ſe in proximis Imperii Comitiis ſuæ Cæſ. Majeſt. pro hactenus toleratis belli ſumptibus ſubſidium è collectis Imperii præſtandum decreturos:) ſolvendis exercitui immediato Cæſareano ſtipendiis: Hic verò pro*

Bava-

Bavarico milite ſepoſitus ſit, ſolutionis conventio & exactio in Circulo Auſtriaco penes S. Cæſ. Majeſtatem eſto; in Circulo autem Bavarico, obſervetur idem collectandi, & ſolvendi modus, qui in reliquis Circulis: executio tamen ut & in cæteris 7. Circulis, fiat ſecundum Conſtitutiones Imperii.

Aſſecuratio Succorum ratione ſatisfactionis militiæ.

§. 12. Ut *autem Regia Majeſtas Sueciæ eò ſecurior, certiorque ſit de infallibili ſingulorum terminorum præſtatione, ſinguli 7. dictorum Circulorum Electores, Principes & Status, vigore hujus Conventionis, ſe ad ſuam quisque quotam, condicto tempore, locoque bona fide ſolvendum, ſponte, idque ſub hypotheca omnium ſuorum bonorum, obligant: ita quidem, ut ſi mora ullius intervenerit, omnes Imperii Ordines, potiſſimum verò cujusque Circuli Directores, Ducesque, vi articuli aſſecurationis Pacis, teneantur promiſſa ceu rem judicatam exequi, absque ullo ulteriori juris proceſſu vel exceptione.* (Ausſchreibende Creiſs-Fürſten, Directores Circulorum debent promovere Executionem Pacis. Conf. Inſtr. Gallic. artic. 12. §. 3.)

Militarum Præſidiorum eductio.

§. 13. *Reſtitutione ex capite Amneſtiæ & Gravaminum facti*, (plenariè eam in hunc usq; diem factam non eſſe, in pro-

propatulo eſt, & docet Catalogus Reſtituendorum, inquit D.Fr. d. loc.) *liberatis captivis, ratihabitionibus commutatis, & præſtitis iis, quæ de primo ſolutionis termino ſupra convēta ſunt, omnia utriusque partis militaria Præſidia ſive Imperatoris, ejusque Sociorum & Fæderatorum, ſive Reginæ, Regnique Sueciæ, & Landgraviæ Haſſiæ, eorumque Fæderatorum & Adhærentium, alieve quocunque nomine impoſita fuerint, ex civitatibus Imperii ac omnibus aliis locis reſtituendis, ſine exceptionibus, mora, damno & noxa paripaſſu educantur.*) vid. ſupr. pag. 31. circ. fin. §. præter loca &c.)

Huc quoque referendus

ARTIC. NOVIOMAG.
XXVII.

Juxta Pacem Monaſterienſem Artic. II. in omnibus confirmatam reciprocè reſtituantur, & reſtituenda loca evacuentur bona fide: In quem finem Commiſſarii eodem tempore, quo Tractatus hic utrinque ratihabebitur, nominentur, ut prædicta evacuatio & reſtitutio intra ſpatium menſis, à ratihabita pace, absque ulteriori dilatione abſolvatur, iis locis hic interim non comprehenſis, de quibus præced. artic. ad tempus aliter diſpoſitum eſt.

Amneſtia pro Civitatibus, quæ occupatæ & inceſſæ fuerunt. Conf. Inſtrum. G. Artic. XII. §. 11.

§. 14. Loca ipſa, Civitates, Urbes, Oppida, Arces, Caſtella, fortalitia, tàm quæ per Regnum Bohemiæ, aliasque terras Imperatoris, Domusque Auſtriacæ Hereditarias, quàm cæteros Imperii Circulos à partibus belligerantibus ſupra dictis occupata & retenta, vel per armiſtitii unius vel alterius partis vel quemcunque alium modum conceſſa ſunt, prioribus & legitimis ſuis Poſſeſſoribus & Dominis, ſive mediatè, ſive immediatè Imperii Status ſint, tàm Eccleſiaſticis, quàm Secularibus, comprehensâ liberâ Imperii Nobilitate, absque mora reſtituantur, liberæque eorum diſpoſitioni, ſive de jure & conſvetudine, ſive vigore præſentis transactionis competenti permittantur, non obſtantibus ullis donationibus, infeudationibus, conceſſionibus (niſi ultrò & ſpontanea Status alicuj9 voluntate alicui factæ ſint vel fuerint,) obligationibus pro redimendis captivis, aut avertendis devaſtationibus, incendiisque datis, aut aliis quibuscunque titulis, in priorum Legitimorum Dominorum, Poſſeſſorumve præjudicium acquiſitis; ceſſantibus etiam pactis & fœderibus, aut quibuscunque aliis exceptionibus, prædictæ reſtitutioni adverſantibus, quæ omnia pro nullis haberi debent, ſalvis tamen iis, quæ & qua-

& quatenus in præcedentibus articulis, circa Reginæ, Regnique Sueciæ, ut & quorundam Electorum & Principum Imperii Rom. ſatisfactionem, vel æquivalentem recompenſationem, ſive aliter ſpeciatim excepta & diſpoſita ſunt. Atque hæc reſtitutio locorum occupatorum tam à Cæſ. Majeſtate, quàm à Reg. Majeſtate Sueciæ, & utriusque ſociis fœderatis & adhærentibus fiat reciprocè & bona fide.

Literariorum documentorum reſtitutio. Confer Inſtr. Gall. Art. X. § 20

§. 15. *Reſtituantur etiam Archiva & documenta literaria, aliaque mobilia, ut & tormenta bellica, quæ in dictis locis tempore occupationis reperta ſunt, & adhuc ibi ſalva reperiuntur. Quæ verò poſt occupationem aliundè eò invecta ſunt, ſive in præliis capta, ſive ad uſum & cuſtodiam eò per occupantes illata fuerunt, unà cum annexis, ut & bellico apparatu, iisdem quoque ſecum exportare & avehere liceat.*

Deceſſio militum, quomodo fieri debeat?

§. 16. *Teneantur ſubditi cujusque loci, decedentibus præſidiis & militibus, currus, equos & naves, cum neceſſario victu, pro omnibus neceſſariis avehendis ad loca in Imperio deſtinata, absque precio ſubminiſtrare: quos currus, equos & naves reſtituere debent Præfecti Præſidiorum, militumq; hoc modo diſcedentium, ſine dolo & fraude. Liberent etiam*

Statuum ſubditi ſe invicem ab hoc onere vectura de uno territorio in aliud, donec ad loca in Imperio deſtinata pervenerint: nec Præſidiorum, aut aliis militiæ Præfectis aut Officialibus, liceat ſubditos, eorumque currus, equos, naves, & ſimilia eorum uſibus commodata, omnia vel ſingula, extra Dominorum ſuorum, multò minus Imperii fines ſecum trahere, eoque nomine obſidibus cavere teneantur.

Reſtituta loca ſint poſthac libera.

§. 17. *Reddita verò ſive maritima & limitanea, ſive mediterranea fuerint, dicta loca, ab ulterioribus omnibus durantibus hiſce bellorum motibus, introductis præſidiis, perpetuò poſthac libero ſunto & Dominorum ſuorum (ſalvo de cætero cujusque jure) liberæ diſpoſitioni relinquantur.*

Amneſtia, quoad Civitates.

§. 18. *Nulli autem Civitati, vel nunc vel in futurum ulli præjudicio, damnovè cedat, quod ab alterutra parte belligerantium occupata & inceſſa fuerat, ſed omnes & ſingulæ cum omnibus, & ſingulis civibus & incolis tam univerſalis Amneſtiæ, quàm cæteris hujus Pacificationis beneficiis gaudeant: iisque de cætero omnia ſua jura & privilegia in ſacris & profanis, quæ ante hos motus habuerunt, ſarta, tectaque maneant. Salvis tamen juribus ſuperioritatis, cum inde*

inde dependentibus, pro ſingulis quarumcunque Dominis.

§. 19. *Denique omnium belligerantium in Imperio partium copiæ & exercitus dimittantur & exauctorentur, eo tantùm numero in ſuos cujusque proprios Status traducto, quem pars pro ſua ſecuritate judicaverit neceſſarium.*

§. 20. *Tam exauctoratio verò militiæ, quàm reſtitutio locorum ad præfixum tempus eo ordine, modoque fiant, de quibus inter Generales exercituum Duces convenient, obſervatis tamen quoad rem ipſam iis, quæ in puncto ſatisfactionis militiæ conventa ſunt.*

Sed, ut pleraque Contextûs hujus Articuli in pauciora redigam, not. I. quòd omnes & ſinguli utriusque partis captivi, citra diſcrimen Sagi vel Togæ liberi dimittendi &c. Gudelinus de Pace cap. 4. cenſet, non fore per pacem poſtliminiò & reſtitutioni captivorum locum, ſed, ut ii recipiantur ſeu redeant, lytrum ſeu pretium redemptionis fore perſolvendum, niſi expreſſè convenerit, eos reddi: quem allegat & ſequitur Beſoldus de Pace, Pacisque jure cap. 3. §. 6. pag. (mihi) 188.

II. Satisfactio Regibus Regnisque debita ita fiat, ut pro præteritis præſtentur indemnia, & cum Fœderatis ſuis in futurum ſecura, quæ ſecuritas etiam in ſubſequente Articulo aliquatenus latet & patet. Hîc etiam ſciendum, vviewohlen die Königl. Maj. zu Schvveden

 Glor-

Glor-vvürd. Anged. ſich per Manifeſt. erklä-
ret, daſs ſie ihre eigene Injurien fürnemlich zu
vindiciren, die Expeditionem in Teutſchland
fürgenommen, zumahlen von Seiner Maj. gar
vvenig Volck aus Schvveden uff den Reichs-
Boden gekommen, ſondern das mehrere in
Teutſchland, und von deſſelben Vermögen
gevvorben vvorden; Nicht vveniger hier
eine richtige Specification der prætendirenden
Satisfaction und Expenſarum mann zu erfor-
dern befugt, die in allevveg den Ständen zu
communiciren gevveſen, und dann erſt die
Contributiones, Exactiones, Licenten, Impo-
ſten und anders abzurechnen und zu compen-
ſiren ſeyn möchte: ſo iſt doch dieſes alles hind-
angeſezzet, und das Abſehen in puncto Satisfa-
ctionis, nicht uff ein Stück Lands, ſondern
Geldes, und particularem Solutionem, (iſt eins
mahls uff 25. Tonnen Gold geſezzet:) auch dar-
mit uff dieſe Conditiones geſehen vvorden,
daſs 1. von dem vergleichendem Stück Geld
forderſt die Soldateſca recompenſirt; auch
2. von keinem Stand über ſein dargeſchoſſenes
Contingent etvvas vveiters uff einigen Weg
gefordert, hingegen 3. alle und jede in Teutſch-
land occupirte Oerter (auſſer denen, die loco
Hypothecæ, biſs zu Abſtoſſung der völligen
Satisfaction-obligirt) inner vveniger Zeit, Pa-
ce concluſâ, deren man ſich zu vernehmen,
quitirt und geräumet, ſo dann 4. das Volck ſo
bald

bald loſs gelaſſen, das ausländiſche ohne der Stände Schaden abgeführet, und das Vaterland Teutſcher Nation dadurch ſeine Ruhe vvürcklich erlangen ſolle: Hingegen vverden die Coronæ exteræ verhoffentlich kein Bedencken gehabt haben, über itzt-geſetzte Bedingungen, und daſs das Reich Teutſcher Nation uff evvig einiger Feindſeligkeit von den Cronen ſich nit zu befahren, entvveder ein ordentlich Inſtrumentum Pacis aufzurichten, oder einen Gegen-Revers zu ertheilen.

3. Eorum Officialibus & militiæ ſolvantur ex æquo & bono juſtæ ſuæ prætenſiones, absque onere dictorum Regnorum.

Eodem modo 4. Regnorum Fœderatis, qui cum iisdem in armis ſunt, cumprimis Illuſtriſſimis Landgraviæ Haſſiæ, & Principi Trans-Sylvaniæ, eorumque militiæ &c. ex æquo & bono ſatisfiat. Pax enim ut firmior ac diuturnior ſit, ſub clypeo fieri debet: Lipſius 5. Polit. 19. & hoc eſt, quod Cæſar ſummus ſanè Artifex-Politicus lib. 3. d. bello Civ. ſcribit: Hoc unum tempus eſt de Pace agendi, dum uterque ſibi confidit, & ambo pares videntur, neque ea pax optima cenſetur, quæ ſit armata: Boccalin. 2. de ragguagl. cap. 5. & deditio ferè magis quàm Pax reputatur, ubi non audiuntur, niſi inermes de Pace tractaturi. Ærodius lib. 3. rer. judic. tit. 5. cap. 15. Confer. Forſtner. hypomnem. polit. n. 92. Neque eſt dubium, quin Pax pre-

tio redempta, ſit firma atque rata. Arg. l. 23. §. 1. C. ad L. Jul. d. adult. Vulpell. qu. 28. quamvis non ſine diſpendio famæ, hac ratione pax mercatur & cauponatur. Dinner. diſp. de Pace, th. 32. & ſeq. Sed ſi aliter communi omnium ſaluti conſuli non poſſit, etiam civium bona nonnulla adimi & hoſtibus concedi poterunt; Communis enim utilitas, ſingulorum commodo præferri debet. Auth. quæ res. C. Commun. d. Legat. l. actione. §. Labeo. ff. pro Soc. l. un. §. pen. C. de Caduc. toll. Quin etiam tàm favorabilem pacis conventionem iſtam alii dixerunt, ut propter eam vel obtinendam, vel conſervandam, à regulis juris recedi poſſit. Ant. Corſet. de privil. pac. n. 20. allegans illud Baldi, quòd, quicquid fit propter pacem, legis habeat vigorem: Quin & de Religione ac Principatu diminui aliquid pacis cauſa poſſe, edocet Gudelin. de Pace cap. 9. Beſold. d. Pace cap. 5. §. 2. & 3. in terminis Zach. Viet. d. exempt. concluſ. 35. latè Eraſm. Roterodam. in ſua epiſt. anno 1532. ad Franciſcum I. Galliæ Regem data.

So, daſs es nichts neues, ob ſummam neceſſitatem, ſalutem publicam, umb unabvvendlicher Noth, und allgemeiner Wohlfarth vvillen, ein Stück vom Reich zu alieniren, alldievveil Exempel vorhanden, daſs in ſolchen Fällen vvol ein mehrers im Römiſch. Reich geſchehen: Sic propter inteſtinas Roma-

mani Imperii contentiones, & ut publica tranquillitas firmaretur, hat man auch Ausländiſche Potentaten (die nicht Teutſches Geblüts) gar zu Käyſ. Hoheit beruffen. Ita Alfonſum Caſtellæ Regem, Richardum Cornubiæ Ducem, (Anglum) & Eduardum Angliæ Regem, ante Caroli IV. deſignationem ad Sceptra Imperii vocarunt. De Eduardo nominatim ſcribit Mutius lib. 25. Aventin. lib. 8. Jac. Meterus in Annal. Flandriæ lib. 12. Eum à Ludovico Imp. Vicarium S. Rom. Imperii nominatum, deinde ab Electoribus ad Imperium vocatum fuiſſe, quod tamen acceperit, omnia interim Reip. ſtudia pollicitus. Darauſs gleichvvol zu ſehen, daſs, vvie hoch man auch im Röm. Reich auf die Teutſche Nation und andere löbliche Reichsſazungen und Gebrauch geſehen, dannoch ob urgentem caſum ein anders geſchehen laſſen. Hieher gehœren die Exempel Rud. 1. Habſp. Caroli III. oder Craſſi, des Königs in Bithynien, der Frieden-Schluſs, ſo anno 1513. zvviſchen Lud. XII. Kœnig in Franckreich, und Henr. Kœnig in Engelland auffgerichtet: dann, vvann ein Käyſer, Kœnig oder Fürſt zum Frieden ſich nicht ehender verſtehen vvolte, als biſs alle feindlich-occupirte Oerter reſtituiret, ſo vvürde langſam Fried zu hoffen ſeyn, und hat die Erfahrung bezeuget, daſs auch ein einziger Platz oder Ort den glücklichen Succeſs evertirt, vvie im Niederland am Briel, und

in Pommern bey Stralſund ſich ereignet. Da der Groſsmächtigſte Käyſer Carol. V. mit Henrico II. Kœnig in Franckreich nicht ehender hätte Frieden machen vvollen, biſs er Toull, Metz und Verdun dem Reich vvieder reſtituiret, ſo vvürde es noch lang angeſtanden ſeyn, aber das iſt vielleicht auch zu der Zeit vvol bedacht, und in etvvas laviret vvorden, darmit, vvann ſie mit Gevvalt hätten vvieder erobert vverden ſollen, die nächſt-angelegene und andere Provincien nicht in ebenmäſſige Gefahr gerathen möchten &c.

His ſ.ratis, præſtitisque, loca ab utrinque occupata, cum tormentis bellicis, & eorum annexis, aliisque ibi repertis mobilibus, ſuis quoque prioribus legitimis Dominis reddantur, reddita verò, ſive maritima & limitanea, ſive mediterranea fuerint, ab ulterioribus utriusque partis Præſidiis perpetuò poſthac libera ſunto.

Idem habetur in Pacificat. Paſſav. §. 13. & §. 26. Und nach dem pag. 16. Si in Pacis Articulis (uti hic) caveatur, ut utrinque occupata loca prioribus Dominis reddantur, ſorte dirimi plerumque ſolet, quis in reſtitutione debeat eſſe primus, velut ex Plutarcho docet Beſoldus de Pace, pacisque jure cap. 3. §. 8. in fin. pag. (mihi) 189. Sed, quid ſi in Victoris poteſtatem venerunt obligationes activæ victi, num illas retinere, ſolutionem exigere, & debitor qui ſolvit, liberationem acquirere poſſit? Ita ſanè,

nè, cum enim victi in victoris poteſtatem transeant, omnia eorum jura victis poſſe à Victore adimi certum eſt, arg. l. 118. ff. de R. J. quam ob rem cum Francus cuidam Belgæ ex mutuo obligatus, publicato poſtea contra Belgas bello, Quæſtori Regni Franciæ ſolviſſet, rectè ei ſolutum, debitoremque abſolutum judicavit Curia Pariſienſis. Papon. arreſtor. lib. 5. tit. 6. arreſt. 2. Quintilianus hanc quæſtionem movit lib. 5. cap. 10. plures conſimiles habet Gudelinus cap. 5. per tot. de Pace. Beſoldus de Pace cap. 3. §. 7.

Denique 6. omnium belligerantium partium in Imperio militia totaliter exauctoretur, Suedicæ Nationis milite, & quem è Germanis pro ſe retinere voluerit, Sereniſſ. Regina Sueciæ in ſuos Status translato. Bello quippe confecto Duces & milites, perſolutis ſtipendiis, dimittendi ſunt, non retinendi in ditione Principis, præſertim, ſi ſint externi, ne ſeditionem moveant, vel latrocinia exerceant: Militibusque deinde teſtimonia & literæ publicæ, quas noſtri Paſsport vocant, indulgentur, atque iſtæ laudes, quibus haud minus quàm præmio gaudent militum animi, ſec. Livium lib. 2. pag. 98. impellunt eos ad edenda potiora virtutis ſuæ documenta. Schönborner. 6. polit. 40. A vectigalium præſtatione immunes eſſe debent in ſeceſſu, quoad ſe & res ſibi aut ſuis ſervientes. Becht. in tr. d. Secur. th.

139. Quando verò diſcedere nolunt, ſed militare volunt ſicut catulus in ſylvis ſec. Bl. in fin. C. qui bon. ced. poſſ. tunc è finibus Imperii ejiciendi ſunt. R. I. de anno 1555. §. Und damit angeregte &c. Bocer. d. quæſt. & tortur. c. 4. n. 67. & de bello lib. 1. cap. 28. Dan. Otto d. Jur. P. c. 19. in fin. p. 474. Schönb. 6. Polit. 31. circ. fin.

Præterea primus Pacis Effectus, ſecundum Dd. Brunnemann. & Becman. (c) ut omnium contractuum, eſt obligatio contrahentium, eorumque Succeſſorum: obligantur verò contrahentes ad ea omnia, quæ pactis comprehenſa ſunt. Non formam contractus dant pacta, adeò, ut qui unum caput violavit, Pacem violaſſe dicatur. Et pax ritè inita etiam Succeſſores obligat, non tantùm qui jure hæreditario ſuccedunt, & ab Anteceſſore immediatè accipiunt Regnum, ſed & qui per novam electionem, aut Regni Lege ſuccedunt. Aſt tùm propterea obligantur Succeſſores, quia populus aut tacitè, aut expreſsè conſenſiſſe præſumitur in contractum pacis: nec veriſimile eſt, Anteceſſorem pro ſe tantùm pacem inire voluiſſe; pax enim propriè perſonalis eſt nulla ut fœdus, ſed de natura Pacis eſt, ut perpetua ſit: ideoque Pax ſemper intelligitur eſſe realis, ſicut fœdus offenſivum, ad exemplum ſocietatis. (d) Id tamen de pace ipſa, cujus magnus eſt favor, non de omnibus Pacis conditionibus intelli-

telligendum; hæ enim temporales eſſe poſſunt, pace ipſa exiſtente æterna; Neque conditiones pacis initæ ab Anteceſſore non nocent Succeſſori, maximè, ſi Regnum non ex voto, ſed facto tantùm Anteceſſoris habet, nec ex beneficio & lege populi, ſed ex pacto; ibi enim ceſſat ratio obligationis.

Secundus Pacis Effectus eſt, ut reſtituantur in integrum, quæcunque in præjudicium alterius geſta ſunt, vel conceſſa & ſtatuta, vel donata & transacta. (De ſubmiſſionis & protectionis materia tr. D. Braudl. in Hiſtoria Pacificat. Conſult. V. quâ occaſione indagatur: An Princeps, Comes, Baro, Civitas &c. potentiori, cui reſiſtere non potuit, ad evitandum majus periculum, ſe ſubmittere, ejusque protectioni dedere poſſit, ita, ut propterea crim. læſæ Maj. non incurrat, nequ pœnæ vel bonorum confiſcationi locus ſit. Itemque in Conſult. VI. per tot. Res immobilis (puta Territorium, caſtrum, oppidum,) jure belli occupata, & hoſti ablata, cuinam cedat & quomodo res tertii innocentis eid. ſit reſtituenda?

Pertinet huc ſuperius adducta Amneſtiæ Lex, quæ paciſcentibus præmitti ſolet, quâ vel omnia, quæ hoſtili animo geſta ſint, abrogantur, ut nullam de iis mentionem injicere, aut repoſcere ea, quæ ablata ſunt, liceat, vel omnia, quæ geſta ſunt, annihilantur, quomodo in Gandenſi pacificatione factum, & exhæredationes

in

in fraudem hæredum factæ dejiciebantur: ut & loca per bellum munita ſint deſtruenda, qualiter Lethæ mœnia, & Dumbari munitiones deſtructæ fuerunt, pace cum Anglis & Scotis factâ. (e) Statuta etiam ob belli neceſſitatem irrita fiunt, & conceſſa tolluntur: quomodo in Colonienſi Pacificatione priſtinis honoribus & privilegiis Belgæ reſtituuntur, & in ante commemorata Gandenſi Pace ſententiæ, judicia, eorumque executiones, oppignerationes tàm religionis, quàm armorum cauſa reſcinduntur. (f) Vocatur verò Ultionis juſtæ, quæ pace conſtituta ex conventione ſumitur, à Victore vel Potentiore, remiſſio, Græcè Ἀμνηστία, quâ offenſæ omnes ultrò, citroque acceptæ oblivioni traduntur, quæ eſt æquiſſima omnium conditio: ejusque declaratio accuratiſſima, ſive ex literis Inſtrumentorum exhibita. Ipſius inſuper requiſitum, ut univerſale ſit, omnesque complectatur, ſecus non Amneſtia, ſed imago gratiæ, ſpecies Pacis, ſimulacrum reconciliationis, & quidvis potius erit. (g) Sic cum de pace inter Car. V. & Franciſc. I. Gall. Reg. ageretur, hæc etiam conditio proponebatur, ut qui injuriæ principium feciſſet, damna illata alteri ſatisfactione idoneâ reſarciretur. Sic etiam concluſum eſt, ut Johannes Fridericus captivus ſumptus in bellum Gothanum factos Auguſto Electori refunderet. Et Sueci Regi Daniæ ducenta millia thalerorum pro belli

belli ſumptibus ſolvere jubebantur. (h) Similiter finito bello penult. Germano-Succico Suedis ſatisfaciendum fuit, non tantùm Provinciis in Germania ipſis conceſſis, ſed 5. myriadibus Imperialium Thalerorum h. art. nr. qua ipſa tamen & alia quacunque pecunia ſibi parum ſatisfieri in pacificationis negotio D. Comes Oxenſtiernius Legatis Cæſareis verboſè expoſuit. (i) Non eſt tamen moroſè urgenda reſtitutio ſumptuum aut damnorum, præſertim, ſi, ut plerumque contingit, dubia ſit cauſæ æquitas. Generoſius eſt, ſumptus liberaliter remittere, quàm videri ex bello lucrum quærere. Hiſpaniæ & Galliæ Reges non repetunt facilè ſumptus ab hoſtibus aut fœderatis, ſed benefacti aut belli gloria ſunt contenti. Quod ſi autem Pax redimenda omnino ſit auro, præſtat pecuniam perdere, quàm omnium fortunarum periculum ſubire. Et ſicut res aliæ, ita quoque Imperii alienari poſſunt ab eo, cujus in Dominio verè ſunt, quique habet in ſubditos jus patrimoniale plenumque Dominium; quod ſi non habet vel electionis jure, vel lege alteri ſucceſſit, non videtur plus juris obtinere in ſibi ſubjecto populo, quàm uſufructuarius, qui cedendo jus ſuum extraneo, nihil agit. (k) Si ergò cedere velit juriſdictionem alteri, cum conſenſu id fieri debet eorum, de quibus agitur. Sed ſi evidentiſſima ſit utilitas corporis totius ac partis in ceſſione iſta, aut extrema

cum

cum ſuadeat neceſſitas, facilè ex ſcientia & patientia partis, totiusque corporis etiam non longi temporis, conſenſus utriusque præſumitur. Quid referam exempla alienatarum ab Imperio noſtro præcedenti ſeculo Urbis Beſanzon, ex libera & Imperiali civitate Municipalis redditæ, ac Regi Hiſpaniæ transſcriptæ. Præſumitur autem Princeps non niſi iſtis in caſibus alteri jus ſuum cedere. Ubi etiam hoc obſervandum, cum populus alienatur, non ipſos propriè homines ſive ſubditos alienari, ſed jus eos regendi, quâ populus ſunt. Cæterum, quæ per bellum donata ſunt, reſcindi poſſunt, ita tamen, ut medii temporis fructus poſſeſſor retineat, perceptos ſc. & conſumptos; eſt enim bonæ fidei poſſeſſor eo in caſu donatarius, qui à Victore res donatas accipit, ſed extantes tamen reſtituendos eſſe putat, ex l. reſtituere ff. de R. J.

III. Pacem ſequitur priſca religionis reverentia; inſtauratur diſciplina Eccleſiaſtica & Politica in bello luxata: & ſubditi fiunt manſuetiores. Ad Principem inprimis Pacis Suavitas defertur, qui aut Gloriâ cumulatur, aut periclitantia ante ſecurè poſſidet, aut bello amiſſa ſibi denuò ſubjicit, aut curis tantum levatur. Commerciorum etiam bello dirempta libertas redintegratur, ſuo cuique frui licet, recreantur & ipſi animi hominum.

Conſequentia Pacis, quæ ordinis reſpectu

eam

eam ſequuntur, ſunt, ut diruta inſtaurentur: novæ munitiones extruantur: milites dimittantur, non tamen omnes ſimul ; hoſti enim reconciliato, præſertim Barbaro, non mox fidendum: Inimici ſunt, qui habent cauſam inimicitiæ, etſi contrarium oſtendant: ſæpè tamen, ut ab utraque parte copiæ ſimul dimittantur, ipſis pactis cavetur, aut etiam, ut tradantur alteri, quomodo Evangelicorum copiæ ad expeditionem contra Turcas præſto eſſe jubebantur Ferdinando, tum Romanorum Regi.

Circa pacis inſuper executionem tria conſideranda ſunt: (l)

I. Perſonæ exequentium, quæ vel in pacis capitulis, aut aliis ſpecialibus conventionibus denominatæ ſunt, vel non; priore caſu, pacem exequi jurabunt executores conventionales: poſteriore partes ipſæ, quarũ eſt per capita pacis aliquid præſtare, reſtituere vel facere; Sanè, ſi ipſi conventionales executores moroſi ſint, partium erit curæ ſuæ ducere, uti Pacificationis capitnla executioni mandentur, quia tertio munus pacis exequendæ, niſi aliud ſit conventum, non eſt commiſſum.

Accidit verò quandoq;, ut executio non tota pacis, ſed reſpectu certi tantùm capituli deferatur; ut antehac pacis Germ. quæ exequenda commiſſa fuit Principibus, Circulorum Directoribus tantummodo in puncto ſatisfactionis pecuniariæ Suecis præſtandæ, (m)

qua ſpecie ultra punctum commiſſum executor nequit exequi. Nec verò intereſt, ſi partibus ipſis pacis executio incumbit, per ſe illam perficiant, an per homines ſuos; veluti, ſi per Præfectos tradant caſtra, urbes, ſi per Commiſſarios provincias cedant, quas in pacificatione promiſerunt. (n) Sed nec de eo dubitat idem poſſe executorem conventionalem munus ſibi conſenſu partium commiſſum, parte alterâ invitâ implere, imò etiam renitentem, ſi opus ſit, vi compellere ad ſatisfaciendum paci; dispar enim eſt hac in re ratio publici negotii à privatis cauſis, in quibus auxilio Judicis locus relinquitur, ejusque intuitu conceſſa facultas occupandi bona alicujus, non pertinet ad cauſam, violentæ reſiſtentiæ, (o) quia ibi datur recurſus ad poteſtates civiles, quæ vim injuſtam coërcere poſſunt: (p) Sed in publico pacis negotio non eſt ſimile præſidium ſuperius, ergò ne partes ad arma recurrant, merito intelligi debet demandata facultas exequendæ pacis etiam de caſu violentæ ex parte exequendâ oppoſitionis. (q) An verò pars adverſa pôſſit exequi pacem, ſi ceſſetur? Neg. facilius enim reſuſcitabitur bellum, parte adverſa exequente &c. niſi aliud placuerit in pactis, ut ſi forte pert. jus conferatur poſſeſſ. per clauſulam conſtituti in capitulis pacis, & nominatim concedatur facultas propria auctoritate poſſeſſionem obventuram apprehendendi, ut Se-

Sereniſſ.

Sereniſſ. Electori Brandenburgico, reſpectu Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſis, (r) tunc non opus ſit ullâ Legatione, ſed ipſa illa pars, cujus commodo poſſeſſio vi pcais cedere debet, poteſtatem quodammodo habeat directæ executionis.

II. Objectum pacis exequendæ ſunt res & facta; illæ diſtingui poſſunt variè, nam & jura regnorum vel provinciarum remitti vel cedi poſſunt; & rurſus caſtra, urbes, fortalitia, provinciæ, regna, quæquis poſſidet; it. pecuniæ, fr. &c. dari, tradique poſſunt pro pace. Ad facta refero captivorum & transfugorum extraditionem, Archivorum etiam ac Documentorum literariorum reſtitutionem, quæ acceſſio eſſe ſolet reſtitutionis locorum; item huc pertinent militum exauctorationes, præſidiorum deductiones, & quæ ſimilia ſunt; in quibus id tenendum, quod ita demum, ſi de illis conventum quid fuerit, ad exemptionem pacis pertineant. Num autem liceat poſt pacem animadvertere in milites ex altera parte exauctoratos? Neg. D. Textor, (s) quia hi tales milites gaudere debent ex generali amneſtia beneficio pacis & ſecuritatis; niſi forte exauctorati fuerint ante pacificationem; quo caſu non videntur comprehendi ſub pace, niſi expreſſa eorum facta ſit mentio; benignius tamen eſt, etiam his ſuccurri, nec fraudi ipſis eſſe, quod citius nocere deſierint. De eo autem nullus dubi-

 tat,

tat, quin Urbes, Provinciæ, Regna, per pacis articulos ceſſa, modò ſcilicet de ceſſione ex Tab. Pacis apertè conſtet, non alio jure ad ceſſionarium perveniant, quàm quo ante penes cedentem fuerant; ideoque tota ceſſio fit, ſalvo jure tertii, licet hac de re expreſſum nihil ſit inter partes. Putat tamen, ſi tertius taceat, ad minimum tribui juſtum urbis ceſſæ, Provinciæ, vel Regni titulum, ut progreſſu temporis ſubſequi poſſit præſcriptio; & idem eſt in belli jure extra pacem: nec ſanè alium finem veroſimiliter habuit Inſtrumenti Pacis Germ. proviſio, quâ tot factæ ſunt terrarum, provinciarumque reſtitutiones cum clauſula: ſalvo jure tertii, qui tertius quisquis fuerit, ex ſilentio & lapſu temporis ſibi utique præjudicare poteſt.

III. Sequitur Ordo exequendæ pacis, ubi quid convenerit, proſpiciendum; ſi nihil convenerit, vel pari paſſu hinc inde pacis executionem efflagitat æquitas, vel ſi ſimultaneè id fieri nequeat, illud negocium, quod naturâ præcedit, in executione præmitti debet, vel quod eſt in Pace præcipuum. Videntur enim partes illud probabiliter voluiſſe, in Tractatibus Pacis ab eo negotio potiſſimum executionis principium ſumendum eſſe, quod ex mora & neglectione novis motibus facilè poſſet anſam ſuppeditare. Tota hæc materia in Pacificatione Germanica Oſnabrug. & Monaſterienſi cautè eſt obſervata circa punctum reſtituendorum,

nam

nam cùm reſtituendi ſuis poſſeſſionibus in eum ſtatum, quô fuiſſent ante bellorum mot9, variæ conditiones eſſent, quosdam ſimul & inſeparabiliter reſtitui placuit, quosdam ex intervallo demum, ſi ſuæ illius poſſeſſionis bellum præcedentis fecerint fidem. Itaque ad diſtinctionem tum generales regulæ propoſitæ, tum ſpecialiter longâ ſerie recenſiti ſunt Principes & Status Imperii de plano reſtituendi; quoad cæteros circa hunc punctum Pacis exſecutio non potuit non pati moras, Sed, quid ſi caſu, ubi nihil de Pacis exſequendæ ordine conventum fuit, partes diſcrepent, & altera in liquidis forſan exſecutionem differat? Non arbitror hanc Ordinis exceptionem dilatoriam juſtam eſſe, uti enim in privatis cauſis exſecutio liquidorum ſuſpendi nec debet, nec poteſt per exceptionem illiquidorum; ſic mora in publicis cauſis eò minus ferenda eſt, quò plus propter momenta rerum ardua nocere poſſet. Idque ideò verum eſt, ut probabili ratione nec prætextu cautionis præſtandæ exſecutio pacis in capitulis liquidis differenda ſit; habet enim, quod ſibi imputet, qui ſe abſolutè ac ſine mentione cautionis capitulis liquidis obligavit; niſi fortaſſis ponderoſa admodum & juſta cauſa tempore concluſæ Pacis ignorata superveniret, cujus intuitu aliqualem in liquidis punctis exſecutionibus ſuſpenſionem, donec ſcilicet cautum foret in illiquidis, æquitas ſuggereret;

teret; ſed ea profectò parcè indulgenda ſunt favore pacis, nec niſi ex evidentiâ, talis cauſæ ſubſecutæ recipienda. Sed, quid ſi prætermiſſo pacis exſequendæ ordine, executio fiat, an retractari debeat? Utique eo caſu, quô invitâ & reclamante alterâ parte proceſſit, quodſi pars adverſa tacitè, vel expreſſè conſentiat præpoſterationi, ſine dubio exſecutio valebit, & quidem ſine ulla tractatione. (t) De cætero negotium exſequendæ pacis demum pleniſſimum robur Noribergæ anno 50. d. 26. Jun. accepit: vid. Execut. Receſſ. de anno 50. per tot. & eod. anno deſignationem Reſtituendotum in tribus terminis: It. hoc ipſo anno, Repartitionem, in vvelcher die in dem Friedenſchluſs verglichene 5. Millionen &c. und bevvilligte 243540. Reichsthaler der Schvved. Militiæ Satisfactions-Gelder &c. Ingleichem die anticipirte Unterhaltung der Gvarniſon der Verſicherungs-Ort in die 7. die Ober-Pfalz aber zugleich in den Chur-Bayeriſchen Creiſs mit eingetheilet &c. &c. vvie nicht vveniger die übernommene fünfftehalb Römer-Monat der Heſſen-Caſſeliſchen Satisfaction &c. &c. It. Copy exauctorationis zvviſchen Hn. Duc d'Amalfi, und Hn. Pfalz-Graff Carl Guſtav verglichen d. 5. Oct. anno 49. It. Edictum Imp. Ferd. III. de Execut. Pac. Vienn. anno 50. d. 27. Jun. Eodemque anno Mandatum Pœnale ſine clauſ. S. Cæſ. Maj. d. 9. Febr.

&29.

& 29. Aug. Itemque conventio publica executionis pacis inter S.Cæſ. & Reg. Chriſtianiſſ. Majeſt. General. & Legatos Plenipotentiarios, Suffragantibus Dnn. Electorum,Principum & Statuum Imperii Legatis Norimb. inita & ſubſcripta d. 2. Jul. anno 50. De pacis exemtione Neomagenſ. & alia util. lege apud Layriz: (u) ſimiliter Franzöſ. Ambaſſ. und Plenipot. Declaration, vvordurch ein Armiſtitium, biſs auff den letzten des Jahrs præſentirt: den Hnn. Mediatorn den 31. Maji anno 78. inſinuirt: Franzöſ. Staaten Ambaſſ. an die Holländer beſchehene Ratification vvegen Erklärung deſs in Franzöſ. Tractaten enthaltenen 13. Articuls. Franzöſ. Miſſive an Engelland vvegen eines Stillſtandes. Franckreichs auffgerichtete Amneſti-Uhrkund &c. Franzöſ. Compromiſſ. vvegen Schlichtung der Irrungen, ſo den Friedens-Schluſs verhindern, vom 11. Septemb. anno 78. mit dem König von Spanien geſchehen, &c. Franzöſ. Friedens-Tractaten mit Chur-Brandenburg &c. Franzöſ. und Schvved. Friedens-Schluſs mit dem König von Dännemark &c. Memorial deſſen, vvas ſich bey der Verſammlung zu Nimmvvegen zugetragen. Conditiones oder Ordnungen, auff vvelche der Allerchriſtlichſte König einen Frieden eingehen vvollen, publicirt zu Nimmvvegen, den 16. April. anno 78.

(a) Brunnem. tr. d. Pac. Pol. diſſ. 6. (b) D. Gock. dict. tract. cap. 19. num. 12. (c) Brunnem. cit. tr. diſſ. 9. th. 1. (d) l. 35. & 59. ff. pro Soc. (e) Meteranus lib. 6. Thuan. lib. 24. (f) vid. Bœcler. de Amneſt. c. 11. §. 41. & de Amneſtia Germanica Burg. P. J. diſſ. XVII. (g) Thuan. lib. 10. & lib. 47. Aliud exemplum de Moſch. legitur apud eund. lib. 73. (h) vid. iterum Burgold. d. tr. part. 3. diſſ. XIII. n. 2. (i) l. 66. d. jur. dot. Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 6. num. 4. & 8. (k) Sleid. in lib. 24. (l) Fr. Executions-Receſs. §. 37. (m) D. Textor in Syn. J. G. c. 21. num. 11. cum ſeqq. (n) quod not. Dd. ad l. Creditores, C. de pignor. (o) ex l. fin. pr. ff. quod met. cauſ. (p) leg. præalleg. in Executions-Receſſ. §. damit aber das übrige &c. & d. §. 37. (q) in Pacific. Oſnabr. Germ. art. 11. §. 6. (r) D. Textor d. tr. c. 21. n. 13. cum ſq. (s) Id. d. c. n. 18. (t) Id. d. c. n. 24. (u) d. tr. pag. 259. 263. & 268. (vv) Saubert. d. tr. pag. 212. a. p. 220. a. & 221. It. p. 26. a. pag. 236. a. 349. a. 49. d. 58. d. 68. a. 197. a.

De Ratificatione & Confirmatione Pacis.

Articulus XVII.

SYNOPSIS ARTIC. ET AUCTAR.

1. *Mediæ vel neutralis (ut voc.) conditionis requiſita.*

2. *Quando eadem Superioris exigat conſenſum?*
3. *De duplici medietatis ſpecie, & quod tertia non detur.*
4. *Treuga nomine quid veniat? Induciæ unde dicantur?*
5. *Induciarum ſpecies declarantur. Finales & impulſivæ cauſa induciarum variæ.*
6. *Induciarum conditiones: Proceſſus & effectus.*
7. *Gvarantia pacis vel aſſecuratio duplex.*
8. *Paci obſervandæ an & quatenus obligetur aſſecurator tertius?*
9. *Pacis ſervandæ remedia quænam aſſecuratori competant?*
10. *Clauſula, rato manente pacto, quid operetur in pace?*
11. *Pacis & arbitr. deſcriptio.*
12. *Arbitr. cauſæ effic. impulſivæ & finales: manifeſtæ & occultæ: Modus procedendi.*
13. *Mediatoris perſona, qualis & quæ ejus requiſita? Ejusque officium: ſententia.*
14. *Mediationis integritas: Per miniſtros expediri ſolet.*
15. *Deditio, quid? & quotuplex? & alia plura huc facientia: remiſſ.*
16. *Fœderum latior & ſtrictior ſignificatio pro pacto ſocietatis publ.*
17. *Fœderis ſponſio differt à vero fœdere, cujus referuntur requiſita: reliqua remiſſ.*
18. *Sponſio multifariam accipitur: ejus delineatio, uſus: per quot perſonas fiebat? aliaque remiſſ.*

19. *Cauſæ effic. pacis quid adverſetur?*

20. *Mediationis recuſatio Jure Gentium permiſſa & quare?*

21. *Pax non cum Principe tantum, neque cum ſolo minorenni ineunda.*

22. *Mediationis conſenſus jure Gentium compulſus eſſe non debet.*

23. *Socius intempeſtivè, nec ex cauſa prægnante à fœdere recedens lædit jus Gentium.*

24. *Fœderis diſſolutio inter plures conſortes requirit conſenſum unanimem.*

25. *Fœderatorum, an quis ſeorſim poſſit facere pacem cum hoſte?*

26. *Pace ſalvâ num priorem ſocium juvare liceat?*

27. *Fœderis renunciatio quatenus renunciantem liberet?*

28. *Fœderum capitula renunciatione invito altero dividi non debent.*

29. *Fœdera an & quatenus ſolvantur non uſu?*

30. *Pſeudopolitici circa fœderum rupturam perſtringuntur.*

31. *Sociorum nomen in fœdere indiſtinctè poſitum, pertinet etiam ad futuros ſocios.*

32. *Pax non eſt contractus precarius. Pax non tuta, Pacis inconſtantia.*

33. *Pax ſuſpecta quid? & remedia contra eandem. Arbitri, eorumque Legati ſuſpecti.*

34. *De dolis pacis, & pace violata, varia.*

35. *De ruptura induciarum, pacis, cauſaque inter veniente.*

36. Uni-

36. *Univerſalitati pacis adverſatur, excludere confœderatos & ſocios.*
37. *Et, quod omnium maximum, paci adverſantur peccata contra Deum, proximumque commiſſa.*
38. *Si pax inter aliquos conveniſſet ſub promiſſione, quod confœderati abſen.. .s ratam illam habituri eſſent, an uno abſentium offenſo ante ratihabitionem, fides rupta & pax violata dicatur?*
39. *De Ratificatione pacis & deſuper Ordinum ſententia.*
40. *Pacis Ratificatio, an & cur neceſſaria ſit ultra ſpecialia Legatorum mandata?*
41. *Pax vel expreſsè, vel tacitè rata haberi poteſt.*
42. *Pacis intentio, adjecto termino ad quem, quibus ex circumſtantiis colligatur.*
43. *Conſequentiæ Pacis & Interpretationes.*
44. *Arbitr. vel Mediat. effectus; & de Arbitrorum Legatis.*
45. *Legationis veræ 4. requiſita; quis Legationis Jus habeat?*
46. *Legationis Jus expoſcit commiſſionem publici negotii tractandi, peragendive.*
47. *Legati num indiſtinctè omnes Jure Gentium admittendi?*
48. *Legatorum Curiæ Romanæ diſtinctio, & ex Jure Gentium.*
49. *Legati pro tempore Legationis gaudent Privilegio Fori, & revocandi domum.*
50. *Legato competit Jurisdictio in homines Legationis, & Jus aſyli ædibus ipſius.*

51. *Legatorum officium principaliter conſiſtit in duobus.*

52. *Legatus habens duo mandata, num obliget mittentem ex mandato expreſſo contra tacitum?*

53. *Plenipotentiarii quatenus poſſint obligare Reges & Principes ſuos, & num in actitatis ipſorum deſideretur ratihabitio?*

54. *De Inſtrumentorum Pacis ſubſcriptione & ſubſignatione varia.*

55. *Weſtphalia, Noviomagum, &c.*

56. *Luſus anagrammatici ex Nominib9 Dnn. Mediatorum ac Legatorum Monaſterii & Oſnabrugi quondam commorantium: cum Voto ad Trinitatem pro Pace.*

SEu ejusdem Effectu ſecundario, cujus tenor cum appendice Articulorum Noviomagicorum, & LL. Armiſtitii hûc omnium maximè quadrantium, verbotenus itidem ſic ſe habet:

Pacis confirmatio, ratihabitio, tuitio, defenſio.

§. 1. *Pacem hoc modo cõncluſam promittunt Cæſarei & Regii, Ordinumque Imperii Legati & Plenipotentiarii, reſpectivè ab Imperatore & Regina Sueciæ, ſacrique Imperii Romani Electoribus, Principibus & Statibus, ad formam hic*

mutuò

mutuò placitam ratihabitum iri, ſeſeque infallibiliter præſtituros, ut ſolennia ratihabitionum inſtrumenta intra ſpatium octo ſeptimanarum à die ſubſcriptionis computandarum hîc Oſnabrugis præſententur & reciprocè, riteque commutentur. Huc quadrat Noviomagici Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Suec.

ARTICULUS XI.

Pace hoc modo concluſa promittunt Legati extraordinarii & Plenipotentiarii ſupradicti, ab Imperatore & Imperio ex unâ, & Rege Sueciæ, ex alterâ partibus, ad formam hîc mutuo placitam, ratihabitionum Inſtrumenta intra ſpatium 8. Septimanarum, à die ſubſcriptionis computandum, aut citius, ſi fieri poſſit, hic reciprocè, riteque commutentur.

§.2. *Pro majori etiam horum omnium & ſingulorum pactorum* (eſt ergò Pacificatio hæc Monaſterienſ. ſtricti juris, & ultra ceſſa extendi nequit. Fr. Irenic. in not. ad Diſc. Burg. VIII. pag. 72.) *firmitudine & ſecuritate ſit hæc transactio perpetua Lex*: (perpetuitas iſta civiliter intelligenda, eô ſenſu, quô A. Bulla Lex perpetua dicitur. V. Fr. addit. ad Limn. d. Jur. P. l. 9.) *& Pragmatica Imperii ſanctio*, (confer. art. 3. J. PN. Aſſecuratio P.

P. N. Cæſ. Succ. & Artic. 13. §. 4. 5. Inſtrum. Gall.) *inpoſterum æquè ac alia LL. & Conſtitutiones fundamentales Imperii, nominatim proximo Imperii receſſu, ipſique Capitulationi Cæſar. inſerenda, obligans non minus abſentes, quàm præſentes, Eccleſiaſticos æquè ac Politicos, ſive Status Imperii ſint, ſive non, eaque tàm Cæſareis, Procerumque Conſiliariis & Officialibus, quàm Tribunalium omnium Judicibus & Aſſeſſoribus tanquam Regula, quam perpetuò ſequantur, præſcripta.*

(Ratio, quia conſtitutio Pacis P. quà religioſæ, quà profanæ (ut ſupr. dictum ad Procem. N. 6.) non æſtimari debet mero jure pacti, quia habet naturam legis poſitivæ ac fundamentalis, inter quæ non leve intercedit diſcrimen: nam pacificatio, ut eſt pactum Juris Gentium, non adimit facultatem belli de futuro, quin id liceat ex cauſa ſuperveniente; ſed aliud obtinet, ſi pax conſtituitur communi conſenſu per modum legis; Lex etenim maximè reſpicit futura negotia, & ideò Proceres Imperii noſtri, ut præciſè inter ſe conſiderantur, non vi & armis, ſed vel amicabili ratione, vel judiciali diſceptatione controverſias dirimere

mere debent, ſive ſint veteres, ſive novæ poſt illas ſanctiones pœnales exortæ, idque ſub pœna factæ pacis publicæ juxta literam hujus artic. §.7. Verùm hac ex re defenſio, cum ſit juris naturæ, haud cenſeri debet intercluſa: planè Inſtrumentum illud Pacis Germanicæ valet, & in vim pacti Juris Gentium, quatenus inter Imperatorem & Reges exteros, eorumque confœderatos cum omnimoda remiſſione cauſarum belli, ex convẽtione mutua reduxit publicam quietem; rurſus etiam in vim legis valet, quatenus de rebus Imperii varia diſponit in judiciali controverſiarum diſceptatione obſervanda, ut hoc §.2. vid. D. Textor. Syn. J.G.c.26.n.11.& 12.)

§. 3. *Contra hanc Transactionem, ultimumvè ejus articulum aut clauſulam, nulla* Jura *Canonica, vel Civilia, communia vel ſpecialia, Conciliorum decreta, Privilegia, Indulta, Edicta, Commiſſiones, Inhibitiones, Mandata, Decreta, Reſcripta, Litis-Pendentiæ, quocunq; tempore latæ ſententiæ, res judicatæ, Capitulationes Cæſareæ, & aliæ Religioſorum Ordinum regulæ aut exemtiones; ſive præteriti, ſive futuri temporis proteſtationes, contradictiones, appellationes, inveſti-*

Jurium & Privilegiorum renunciatio.

veſtitura, transactiones, juramenta, renunciationes, pacta ſeu dedititia, ſeu alia, multò minus edictum Anni 1629. *vel Transactio Pragenſis, cum ſuis appendicibus, aut concordata cum Pontificibus, aut interimiſtica Anni* 1548. *illave alia Statuta, ſive Politica, ſive Eccleſiaſtica, Decreta, Diſpenſationes, Abſolutiones, vel ullæ aliæ, quocunque nomine aut prætextu excogitari poſſunt exceptiones, unquam allegentur, audiantur aut admittantur, nec uſpiam contra hanc Transactionem in petitorio aut poſſeſſorio ſeu inhibitorii ſeu alii proceſſus vel Commiſſiones unquam decernantur.*

(Hic §. firmiſſimum fundamentum Pacis, contra quascunque informationes continet; faxit DEUS, ut pro tranquillitate Patriæ noſtræ ſit perpetuum. Fr. cit. loc.

Hac Sanctione non ita ſe conſtrictos crediderunt in Academiis viventes Juris Anteceſſores, quin publicatum quoque Imperii LL. interpretationi incumbere, deque illuſtribus ejus Juris capitibus in Academicis etiam pulpitis publicè diſſerere ſibi integrum putarent. Quem morem, ſi præfinitos lege terminos non excedat adeò non reprehendendum ducimus, ut

ut potius inſignem laudem eorum videatur mereri induſtria, qui neglectis protritis illis, centiesque recoctis, aut uſum in foro, communique vita nullum habentibus argumentis, in illuſtranda publica Jurisprudentia operæ nonnihil, ſtudiique collocare hactenus voluerunt. Anonym. in Præf. Disquiſit. Jur. P. de Bonis Eccl. &c. ad hunc Artic. & Art. V. §. IX. & §. XV.)

§. 4. *Qui verò huic transactioni, vel Paci publicæ, conſilio vel ope contravenerit, vel executioni aut reſtitutioni repugnaverit, vel etiam legitimo modo ſupra convento, & ſine exceſſu facta reſtitutione, ſine legitima cauſæ cognitione, & ordinaria juris executione reſtitutum de novo gravare tentaverit, ſive Clericus, ſive Laicus fuerit, pœnam fractæ pacis ipſo jure & facto incurrat, contraque eum, juxta Conſtitutiones Imperii, reſtitutio & præſtatio, cum pleno effectu decernatur & demandetur.* Pœna fractæ Pacis. Conf. Art. XI. §. 4. v. 1.

§. 5. *Pax verò concluſa nihilominus in ſuo robore permaneat, teneanturque omnes hujus Transactionis Conſortes, univerſas & ſingulas hujus Pacis LL. contra quemcunque, ſine Religionis diſtinctione, tueri & protegere, & ſi quid eorum à quocunque violari contigerit,* Gvarantia Pacis.

læſus lædentem inprimis quidem à via facti dehortetur, causâ ipsâ vel amicabili compoſitioni, vel juris diſceptationi ſubmiſsâ.

§. 6. *Veruntamen, ſi neutro horum modorum intra ſpatium 3. annorum terminetur controverſia, teneantur omnes & ſinguli hujus transactionis conſortes, junctis cum parte læſa conſiliis, viribusque arma ſumere ad repellendam injuriam à paſſo mòniti, quod nec amicitiæ, nec juris via locum invenerit, ſalva tamen de cætero uniuscujusque jurisdictione, juſtitiæque juxta cujusque Principis aut Status LL. & Conſtitutiones, competenti adminiſtratione.*

§. 7. *Et nulli omnino Statuum Imperii liceat jus ſuum vi, vel armis perſequi,* (ſaluberrima ſanè conſtitutio, utinam ea diligentius, quam hacten9 triſtis experientia docuit, obſervata eſſet, tot turbis Germania noſtra non eſſet repleta. Fr. d.loc.) *ſed ſi quid controverſiæ, ſive jam exortum ſit, ſive poſthac inciderit, unusquisque jure experiatur, ſecus faciens reus ſit fractæ pacis. Quæ verò* Judicis *ſententiâ definita fuerint, ſine diſcrimine Statuum, executioni mandentur, prout Imperii LL. de exequen-*

quendis ſententiis conſtituunt. Vid. Artic. V. §. 1. in fin.

(Cujus partis ſumptibus executiones ſententiarum, quæ in Camera pronunciantur, fieri debeant? ex futuro Receſſu Imperii patebit. D. Fr. d. loc.)

Huc quadrat Inſtrum. Noviom. Cæſareo-Suec.

ARTICULUS VII.

S. Cæſ. Majeſtas, pro munere Cæſareo, Dn. Chriſtiano Alberto, Sleſvici & Holſatiæ Duci Gottorpienſi non minus, quàm reliquis Imperii Statibus juxta LL. Conſtitutionesque Imperii, protectionem ſuam impertietur, ut eidem ditiones in Imperio ſitæ & competentia Jura ſarta tecta ſint, interponetq; officia, ut reliquæ etiam controverſiæ inter Regem Daniæ & prædictum Ducem componantur.

(Gottorpinæ Lineæ Auctor Adolphus fuit, Friderici Holſatiæ D. Filius, Frater Chriſtiani III. Daniæ Regis. Hic Adolphus Ditmarſos non ſine ſanguine domuit anno 1559. Pater Johannis Adolphi, qui moriens anno 1616. ditionem Friderico Filio reliquit. Hic Friderico ſtadium ab Arminianis condi paſſus, Legatione poſtmodum ad Perſarum Regem miſſa inclaruit, obiit

A.C. 1659. Pater Chriſtiani Alberti, & Auguſti Friederici. Plura ap. D. Spener. in Syllog. Geneal. Hiſtor.)

ARTICUL. VIII.

Imperator & Rex Sueciæ conſentiunt, ut Rex M. Britanniæ, tanquam Mediator, ut & omnes Reges, Principes & Respublicæ ſuper executione, & obſervantiâ tàm omnium, quàm ſingulorum, quæ præſenti Tractatu continentur, altè memoratis S. Cæſ. Majeſtati & S. Regiæ Majeſtati Sueciæ Guarantiam præſtent.

Quo referendæ etiam Armiſtitii

LEX XVI.

Super Executione & Obſervatione hujus Armiſtitii contra quamcunq; turbationem, ſive directam, ſive indirectam, omnis & qualiscunque generalis Guarantia inter partes tranſigentes, reciprocè & mutuò præſtabitur, & jam promittitur: ad eamque aliæ quoque exteræ Chriſtianæ Potentiæ omnes generaliter & recipientur, & invitari poterunt.

ET LEX XVII.

Præſtabunt ſimiliter hanc reciprocam & communem Guarantiam S. Cæſ. Majeſtas & Imperium, ſuper illo Armiſtitio, quod juxta conditiones à S. Majeſtate Chriſtianiſſima propoſitum, & à S. Cæſ. Maj. Nomine Regis Catholici acceptatas con-

concluſum, ſimul atque dicti Armiſtitii Tractatus ratificationes permutatæ fuerint: & in eum finem, majoremque efficaciam cenſebitur dictus Tractatus cum Catholico Rege, tanquam in hunc Imperii Tractatum de verbo ad verbum inſertus eſſet.

§. 8. *Ut etiam Pax Publica tantò melius conſervari poſſit, redintegrentur Circuli,* (nondum id factum, publicè tamen intereſt, id fieri, ac controverſias, quæ in nonnullis Circulis ratione Directorii exortæ, citò ſopiri. Exemplum litis ratione Condirectorii in Circulo ſuperiore Rhenano propoſuit D. Fr. d. tr. ad h. loc. p. 591. cum mult. ſeqq.) *& ſtatim ac undecunque turbarum vel motuum aliqua initia apparent,* (optimè quidem ſic conſtitutum, nondum tamen ubique hactenus obſervatum:) *obſerventur ea, quæ in Conſtitutionibus Imperii de Pacis P. executione & conſervatione diſpoſita ſunt.* Conf. Art. 13. §. 5. — Circuli Imperii redintegrandi.

§. 9. *Quoties autem milites quavis occaſione, aut quocunque tempore, per aliorum territoria, aut fines aliquis ducere velit, tranſitus hujuſmodi inſtituatur, ejus, ad quem tranſeuntes milites pertinent, ſumptu, atque adeo, ſine male-* — Quibus ſumptibus tranſitus militum fieri debeat?

19. *Cauſæ effic. pacis quid adverſetur?*

20. *Mediationis recuſatio Jure Gentium permiſſa & quare?*

21. *Pax non cum Principe tantum, neque cum ſolo minorenni ineunda.*

22. *Mediationis conſenſus jure Gentium compulſus eſſe non debet.*

23. *Socius intempeſtivè, nec ex cauſa prægnante à fœdere recedens lædit jus Gentium.*

24. *Fœderis diſſolutio inter plures conſortes requirit conſenſum unanimem.*

25. *Fœderatorum, an quis ſeorſim poſſit facere pacem cum hoſte?*

26. *Pace ſalvâ num priorem ſocium juvare liceat?*

27. *Fœderis renunciatio quatenus renunciantem liberet?*

28. *Fœderum capitula renunciatione invito altero dividi non debent.*

29. *Fœdera an & quatenus ſolvantur non uſu?*

30. *Pſeudopolitici circa fœderum rupturam perſtringuntur.*

31. *Sociorum nomen in fœdere indiſtinctè poſitum, pertinet etiam ad futuros ſocios.*

32. *Pax non eſt contractus precarius. Pax non tuta, Pacis inconſtantia.*

33. *Pax ſuſpecta quid? & remedia contra eandem. Arbitri, eorumque Legati ſuſpecti.*

34. *De dolis pacis, & pace violata, varia.*

35. *De ruptura induciarum, pacis, cauſaque inter veniente.*

36. Uni-

36. *Univerſalitati pacis adverſatur, excludere confœderatos & ſocios.*

37. *Et, quod omnium maximum, paci adverſantur peccata contra Deum, proximumque commiſſa.*

38. *Si pax inter aliquos conveniſſet ſub promiſſione, quod confœderati abſe... s ratam illam habituri eſſent, an uno abſentium offenſo ante ratihabitionem, fides rupta & pax violata dicatur?*

39. *De Ratificatione pacis & deſuper Ordinum ſententiæ.*

40. *Pacis Ratificatio, an & cur neceſſaria ſit ultra ſpecialia Legatorum mandata?*

41. *Pax vel expreſſè, vel tacitè rata haberi poteſt.*

42. *Pacis intentio, adjecto termino ad quem, quibus ex circumſtantiis colligatur.*

43. *Conſequentiæ Pacis & Interpretationes.*

44. *Arbitr. vel Mediat. effectus; & de Arbitrorum Legatis.*

45. *Legationis veræ 4. requiſita; quis Legationis Jus habeat?*

46. *Legationis Jus expoſcit commiſſionem publici negotii tractandi, peragendive.*

47. *Legati num indiſtinctè omnes Jure Gentium admittendi?*

48. *Legatorum Curiæ Romanæ diſtinctio, & ex Jure Gentium.*

49. *Legati pro tempore Legationis gaudent Privilegio Fori, & revocandi domum.*

50. *Legato competit Juriſdictio in homines Legationis, & Jus aſyli ædibus ipſius.*

51. *Legatorum officium principaliter conſiſtit in duobus.*
52. *Legatus habens duo mandata, num obliget mittentem ex mandato expreſſo contra tacitum?*
53. *Plenipotentiarii quatenus poſſint obligare Reges & Principes ſuos, & num in actitatis ipſorum deſideretur ratihabitio?*
54. *De Inſtrumentorum Pacis ſubſcriptione & ſubſignatione varia.*
55. *Weſtphalia, Noviomagum, &c.*
56. *Luſus anagrammatici ex Nominibꝰ Dnn. Mediatorum ac Legatorum Monaſterii & Oſnabrugi quondam commorantium: cum Voto ad Trinitatem pro Pace.*

SEu ejusdem Effectu ſecundario, cujus tenor cum appendice Articulorum Noviomagicorum, & LL. Armiſtitii hûc omnium maximè quadrantium, verbotenus itidem ſic ſe habet:

Pacis confirmatio, ratihabitio, tuitio, defenſio.

§. 1. *Pacem hoc modo cönclusam promittunt Cæſarei & Regii, Ordinumque Imperii Legati & Plenipotentiarii, reſpectivè ab Imperatore & Regina Sueciæ, ſacrique Imperii Romani Electoribus, Principibus & Statibus, ad formam hic mutuè*

mutuò placitam ratihabitum iri, ſeſeque infallibiliter præſtituros, ut ſolennia ratihabitionum inſtrumenta intra ſpatium octo ſeptimanarum à die ſubſcriptionis computandarum hîc Oſnabrugis præſententur & reciprocè, riteque commutentur. Huc quadrat Noviomagici Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Succ.

ARTICULUS XI.

Pace hoc modo concluſa promittunt Legati extraordinarii & Plenipotentiarii ſupradicti, ab Imperatore & Imperio ex unâ, & Rege Sueciæ, ex alterâ partibus, ad formam hîc mutuo placitam, ratihabitionum Inſtrumenta intra ſpatium 8. Septimanarum, à die ſubſcriptionis computandum, aut citius, ſi fieri poſſit, hic reciprocè, riteque commutentur.

§.2. *Pro majori etiam horum omnium & ſingulorum pactorum* (eſt ergò Pacificatio hæc Monaſterienſ. ſtricti juris, & ultra ceſſa extendi nequit. Fr. Irenic. in not. ad Diſc. Burg. VIII. pag. 72.) *firmitudine & ſecuritate ſit hæc tranſactio perpetua Lex*: (perpetuitas iſta civiliter intelligenda, eô ſenſu, quô A. Bulla Lex perpetua dicitur. V. Fr. addit. ad Limn. d. Jur. P. l. 9.) *& Pragmatica Imperii ſanctio*, (confer. art. 3. J. Aſſecuratio P.

PN.

P. N. Cæſ. Succ. & Artic. 13. §. 4. 5. Inſtrum. Gall.) *inpoſterum æquè ac alia LL. & Conſtitutiones fundamentales Imperii, nominatim proximo Imperii receſſu, ipſique Capitulationi Cæſar. inſerenda, obligans non minus abſentes, quàm præſentes, Eccleſiaſticos æquè ac Politicos, ſive Status Imperii ſint, ſive non, eaque tàm Cæſareis, Procerumque Conſiliariis & Officialibus, quàm Tribunalium omnium Judicibus & Aſſeſſoribus tanquam Regula, quam perpetuò ſequantur, præſcripta.*

(Ratio, quia conſtitutio Pacis P. quà religioſæ, quà profanæ (ut ſupr. dictum ad Procem. N. 6.) non æſtimari debet mero jure pacti, quia habet naturam legis poſitivæ ac fundamentalis, inter quæ non leve intercedit diſcrimen: nam pacificatio, ut eſt pactum Juris Gentium, non adimit facultatem belli de futuro, quin id liceat ex cauſa ſuperveniente; ſed aliud obtinet, ſi pax conſtituitur communi conſenſu per modum legis; Lex etenim maximè reſpicit futura negotia, & ideò Proceres Imperii noſtri, ut præciſè inter ſe conſiderantur, non vi & armis, ſed vel amicabili ratione, vel judiciali diſceptatione controverſias dirimere

mere debent, ſive ſint veteres, ſive novæ poſt illas ſanctiones pœnales exortæ, idque ſub pœna factæ pacis publicæ juxta literam hujus artic. §.7. Verùm hac ex re defenſio, cum ſit juris naturæ, haud cenſeri debet intercluſa: planè Inſtrumentum illud Pacis Germanicæ valet, & in vim pacti Juris Gentium, quatenus inter Imperatorem & Reges exteros, eorumque confœderatos cum omnimoda remiſſione cauſarum belli, ex convẽtione mutua reduxit publicam quietem; rurſus etiam in vim legis valet, quatenus de rebus Imperii varia diſponit in judiciali controverſiarum diſceptatione obſervanda, ut hoc §.2. vid. D. Textor. Syn. J.G.c.26.n.11.& 12.)

§. 3. *Contra hanc Transactionem, ultimumvè ejus articulum aut clauſulam, nulla* Jura *Canonica, vel Civilia, communia vel ſpecialia, Conciliorum decreta, Privilegia, Indulta, Edicta, Commiſſiones, Inhibitiones, Mandata, Decreta, Reſcripta, Litis-Pendentiæ, quocunq; tempore latæ ſententiæ, res judicatæ, Capitulationes Cæſareæ, & aliæ Religioſorum Ordinum regulæ aut exemtiones, ſive præteriti, ſive futuri temporis proteſtationes, contradictiones, appellationes, inveſti-*

Jurium & Privilegiorum renunciatio.

veſtituræ, transactiones, juramenta, renunciationes, pacta ſeu dedititia, ſeu alia, multò minus edictum Anni 1629. *vel Transactio Pragenſis, cum ſuis appendicibus, aut concordata cum Pontificibus, aut interimiſtica Anni* 1548. *illave alia Statuta, ſive Politica, ſive Eccleſiaſtica, Decreta, Diſpenſationes, Abſolutiones, vel ullæ aliæ, quocunque nomine aut prætextu excogitari poſſunt exceptiones, unquam allegentur, audiantur aut admittantur, nec uſpiam contra hanc Transactionem in petitorio aut poſſeſſorio ſeu inhibitorii ſeu alii proceſſus vel Commiſſiones unquam decernantur.*

(Hic §. firmiſſimum fundamentum Pacis, contra quascunque informationes continet; faxit DEUS, ut pro tranquillitate Patriæ noſtræ ſit perpetuum. Fr. cit. loc.

Hac Sanctione non ita ſe conſtrictos crediderunt in Academiis viventes Juris Anteceſſores, quin publicarum quoque Imperii LL. interpretationi incumbere, deque illuſtribus ejus Juris capitibus in Academicis etiam pulpitis publicè diſſerere ſibi integrum putarent. Quem morem, ſi præfinitos lege terminos non excedat adeò non reprehendendum ducimus,

ut

ut potius inſignem laudem eorum videatur mereri induſtria, qui neglectis protritis illis, centiesque recoctis, aut uſum in foro, communique vita nullum habentibus argumentis, in illuſtranda publica Jurisprudentia operæ nonnihil, ſtudiique collocare hactenus voluerunt. Anonym. in Præf. Disquiſit. Jur. P. de Bonis Eccl. &c. ad hunc Artic. & Art. V. §. IX. & §. XV.)

§. 4. *Qui verò huic transactioni, vel Paci publicæ, conſilio vel ope contravenerit, vel executioni aut reſtitutioni repugnaverit, vel etiam legitimo modo ſupra convento, & ſine exceſſu facta reſtitutione, ſine legitima cauſæ cognitione, & ordinaria juris executione reſtitutum de novo gravare tentaverit, ſive Clericus, ſive Laicus fuerit, pœnam fractæ pacis ipſo jure & facto incurrat, contraque eum, juxta Conſtitutiones Imperii, reſtitutio & præſtatio, cum pleno effectu decernatur & demandetur.* Pœna fractæ Pacis. Conf. Art. X I. §. 4. v. 1.

§. 5. *Pax verò concluſa nihilominus in ſuo robore permaneat, teneanturque omnes hujus Transactionis Conſortes, univerſas & ſingulas hujus Pacis LL. contra quemcunque, ſine Religionis diſtinctione, tueri & protegere, & ſi quid eorum à quocunque violari contigerit,* Gvarantia Pacis.

 læſus

læſus lædentem inprimis quidem à via facti dehortetur, causâ ipsâ vel amicabili compoſitioni, vel juris diſceptationi ſubmiſsâ.

§. 6. *Veruntamen, ſi neutro horum modorum intra ſpatium 3. annorum terminetur controverſia, teneantur omnes & ſinguli hujus transactionis conſortes, junctis cum parte læſa conſiliis, viribusque arma ſumere ad repellendam injuriam à paſſo mòniti, quod nec amicitiæ, nec juris via locum invenerit, ſalva tamen de cætero uniuscujusque jurisdictione, juſtitiæque juxta cujusque Principis aut Status LL. & Conſtitutiones, competenti adminiſtratione.*

§. 7. *Et nulli omnino Statuum Imperii liceat jus ſuum vi, vel armis perſequi,* (ſaluberrima ſanè conſtitutio, utinam ea diligentius, quam hactenꝰ triſtis experientia docuit, obſervata eſſet, tot turbis Germania noſtra non eſſet repleta. Fr. d.loc.) *ſed ſi quid controverſiæ, ſive jam exortum ſit, ſive poſthac inciderit, unusquisque jure experiatur, ſecus faciens reus ſit fractæ pacis. Quæ verò* Judicis *ſententiâ definita fuerint, ſine diſcrimine Statuum, executioni mandentur, prout Imperii LL. de exequen-*

quendis ſententiis conſtituunt. Vid. Artic. V. §. 1. in fin.

(Cujus partis ſumptibus executiones ſententiarum, quæ in Camera pronunciantur, fieri debeant? ex futuro Receſſu Imperii patebit. D. Fr. d. loc.)

Huc quadrat Inſtrum. Noviom. Cæſareo-Suec.

ARTICULUS VII.

S. Cæſ. Majeſtas, pro munere Cæſareo, Dn. Chriſtiano Alberto, Slesvici & Holſatiæ Duci Gottorpienſi non minus, quàm reliquis Imperii Statibus juxta LL. Conſtitutionesque Imperii, protectionem ſuam impertietur, ut eidem ditiones in Imperio ſitæ & competentia Jura ſarta tecta ſint, interponetq; officia, ut reliquæ etiam controverſiæ inter Regem Daniæ & prædictum Ducem componantur.

(Gottorpinæ Lineæ Auctor Adolphus fuit, Friderici Holſatiæ D. Filius, Frater Chriſtiani III. Daniæ Regis. Hic Adolphus Ditmarſos non ſine ſanguine domuit anno 1559. Pater Johannis Adolphi, qui moriens anno 1616. ditionem Friderico Filio reliquit. Hic Friderico ſtadium ab Arminianis condi paſſus, Legatione poſtmodum ad Perſarum Regem miſſa inclaruit, obiit

A.C. 1659. Pater Chriſtiani Alberti, & Auguſti Friederici. Plura ap. D. Spener. in Syllog. Geneal. Hiſtor.)

ARTICUL. VIII.

Imperator & Rex Sueciæ conſentiunt, ut Rex M. Britanniæ, tanquam Mediator, ut & omnes Reges, Principes & Respublicæ ſuper executione, & obſervantiâ tàm omnium, quàm ſingulorum, quæ præſenti Tractatu continentur, altè memoratis S. Cæſ. Majeſtati & S. Regiæ Majeſtati Sueciæ Guarantiam præſtent.

Quo referendæ etiam Armiſtitii

LEX XVI.

Super Executione & Obſervatione hujus Armiſtitii contra quamcunq; turbationem, ſive directam, ſive indirectam, omnis & qualiscunque generalis Guarantia inter partes tranſigentes, reciprocè & mutuò præſtabitur, & jam promittitur: ad eamque aliæ quoque exteræ Chriſtianæ Potentiæ omnes generaliter & recipientur, & invitari poterunt.

ET LEX XVII.

Præſtabunt ſimiliter hanc reciprocam & communem Guarantiam S. Cæſ. Majeſtas & Imperium, ſuper illo Armiſtitio, quod juxta conditiones à S. Majeſtate Chriſtianiſſima propoſitum, & à S. Cæſ. Maj. Nomine Regis Catholici acceptatas

con-

concluſum, ſimul atque dicti Armiſtitii Tractatus ratificationes permutatæ fuerint: & in eum finem, majoremque efficaciam cenſebitur dictus Tractatus cum Catholico Rege, tanquam in hunc Imperii Tractatum de verbo ad verbum inſertus eſſet.

§. 8. *Ut etiam Pax Publica tantò melius conſervari poſſit, redintegrentur Circuli,* (nondum id factum, publicè tamen intereſt, id fieri, ac controverſias, quæ in nonnullis Circulis ratione Directorii exortæ, citò ſopiri. Exemplum litis ratione Condirectorii in Circulo ſuperiore Rhenano propoſuit D.Fr. d.tr. ad h.loc. p.591. cum mult. ſeqq.) *& ſtatim ac undecunque turbarum vel motuum aliqua initia apparent,* (optimè quidem ſic conſtitutum, nondum tamen ubique hactenus obſervatum:) *obſerventur ea, quæ in Conſtitutionibus Imperii de Pacis P. executione & conſervatione diſpoſita ſunt.* Conf. Art.13. §. 5. — Circuli Imperii redintegrandi.

§. 9. *Quoties autem milites quavis occaſione, aut quocunque tempore, per aliorum territoria, aut fines aliquis ducere velit, tranſitus hujusmodi inſtituatur, ejus, ad quem tranſeuntes milites pertinent, ſumptu, atque adeo, ſine male-* — Quibus ſumptibus tranſitus militum fieri debeat?

ficio, damno & noxa eorum, quorum per territoria ducuntur: (de tranſitu militum innoxio, hîc ſaluberrimè cavetur, teſtantur autem Imperatoris & Statuum Imperii querelæ frequentiſſimæ, Conſtitutionem hanc juſtiſſimam hactenus ferè penitus neglectam fuiſſe: de quo latè D. Fr. in Tr. de Tranſitu militari innoxio:) *ac denique omnino obſerventur, quæ de conſervatione Pacis publ. Imperii Conſtitutiones decernunt & ordinant.*

Quinam hac Pacificatione comprehendantur.

§. 10. *Hac Pacificatione comprehendantur ex parte Sereniſſimi Imperatoris, omnes ſuæ Majeſtatis fœderati & adhærentes, inprimis Rex Catholicus, Domus Auſtriaca, S. Imperii Romani Electores, Principes, interque eos etiam Dux Sabaudiæ, cæterique Status, comprehenſa libera & immediata Imperii Nobilitate, & Civitates Anſeaticæ, item Rex Angliæ, Rex & Regna Daniæ, Norvvegiæque cum annexis Provinciis, ut & Ducatus Schlesvvicenſis, Rex Poloniæ, Dux Lotharingiæ, omnesque Principes & Respubl. Italiæ, Ordinesque Fœderati Belgii, & Helvetiæ, Rhætiæque, Princeps etiam Tranſylvaniæ.*

§. 11. *Ex parte verò Sereniſſimæ Reginæ, Regnique Sueciæ, omnes ejus Fœderati*

rati & Adhærentes, inprimis Rex Chriſtianiſſimus, tùm Electores, Principes, Status, libera & immediata Imperii Nobilitate comprehenſa, & Civitates Anſeaticæ; item Rex Angliæ, Rex & Regna Daniæ, Norvvegiæque, cum annexis Provinciis, ut & Ducatu Schlesvvicenſi, Rex Poloniæ, Rex & Regnum Luſitaniæ, (præter Hiſpan. Reg. hodiè controverſia hæc inter modernum Luſitaniæ Reg. ac Coronam Hiſpaniæ ſopita eſt:) *Magnus Dux Muſcoviæ, Respublica Veneta* (ceu Mediatrix Pacis & Conſors. Conf. Art. 13. I. Gall. §. 7.) *Fœderatum Belgium, Helvetii, Rhætique, & Princeps Tranſylvaniæ.*

Huc pertinent etiam aliquot Articuli Noviom. & LL. Armiſtitii:

ARTIC. XXXII.

Inſtr. Cæſareo-Gall.

Et cum S. Cæſ. M. & S. Reg. Maj. Chriſtianiſſima Officia & Studia Sereniſſimi M. Britanniæ Regis, quæ conciliandæ Paci univerſali, & tranquillitati publicæ indeſinenter impendit, grato animo agnoſcant, utrinque placuit, eum una cum Regnis ſuis præſenti hoc Tr. omni meliori modo nominatim comprehendi.

ARTIC. XXXIII.

Comprehendantur etiam hac pace illi, qui ante permutationem Ratificationis, vel intra 6. menſes poſtea ab unâ vel alterâ parte ex communi conſenſu nominabuntur.

ARTIC. IX. Inſtrum. Cæſ. Sued.

Et cum S. Cæſ. Maj. nec non S. Reg. Maj. Sueciæ, Officia & Studia Sereniſſimi M. Britanniæ Regis, quæ conciliandæ Paci univerſali, & tranquillitati publicæ indeſinenter impendit, grato animo agnoſcant, utrinque placuit, eum cum Regnis ſuis præſenti hoc Tr. omni meliori modo nominatim comprehendi.

ARTIC. X.

Comprehendantur præterea hac Pace illi, qui ante permutationem Ratificationis, vel intra 6. menſes poſtea ab unâ vel alterâ parte de communi conſenſu nominabuntur. Ea quoque de quibus inter S. Cæſ. Maj. ac Imperium, & Regem Chriſtianiſſimum convenit, hoc Tr. comprehenſa intelligantur, eodem planè loco habenda, ac ſi huic verbotenus inſerta eſſent.

LEX ARMIST. XV.

In hoc Armiſtiti Tractatu præter partes hîc tranſigentes, Imperatorem & Imperium ab unâ, & Regem Chriſtianiſſimum ab altera parte, adeoque S. Cæſ. Majeſtatis Regna & Provincias hæreditarias omnes, quas poſſidet; ut & omnes Imperii Electoratus, Archi-Epiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatias, Præpoſituras, Ducatus, Principatus, Marchionatus, Landgravionatus, Ballivias, Commendas, Comitatus, Baronatus, Dynaſtias, Civitates liberas, Nobilitatem immediatam, Vaſallos & Appertinentes, in quacunque Regione, in & extra Germaniam ſiti

ſiti ſint, nullo excepto, omnes Circulos, omnes & ſingulos Imperii Status, Regiones, Provincias, Territoria, Dominia, ubicunque ſita ſint, comprehendantur Pacis Weſtphalicæ Conſortes, & etiam Rex Catholicus cum omnibus ſuis Regnis & Ditionibus.

LEX VIII.

Reſervat ſibi utraque pars, intra tres, ab hujus Tr. Ratificatione ſubſequentes menſes, ſuos ulteriores includendos ex communi conſenſu nominare.

LEX XX.

Inducias hasce hoc modo factas promittit utraque pars in forma debita, ſolitaque ratihabitum, ſolennia deſuper ratihabitionum inſtrumenta intra ſpatium unius menſis, à die ſubſcriptionis computandum, reciprocè, riteque commutatum iri.

§. 12. *In quorum omnium & ſingulorum fidem, majusque robur, tàm Cæſarei quàm Regii Legati, Nomine verò omnium Electorum, Principum ac Statuum Imperii ad hunc actum ſpecialiter ab ipſo (vigore Concluſi die* 14 (24) *Octobris Anni infra mentionati facti, & ipſo* Subſcriptio Pacificationis per Deputatos.

die ſubſcriptionis ſub ſigillo Cancellariæ Moguntinæ Legationi Suedicæ extraditi.) Deputati nimirum Electoralis Moguntinus, Dn. Nicolaus Georgius de Reigersberg, Eques, Cancellarius: Electoralis Bavaricus Dn. Johannes Adolphus Krebs, Conſiliarius intimus: Electoralis Brandenburgicus, Dn. Joannes Comes in Sain & Witgenſtein, Dominus in Homburg & Valendar, Conſiliarius intimus: Nomine Domus Auſtriacæ Dn. Georgius Ulricus, Comes à Wolckenſtein, Conſiliarius Cæſareo-Aulicus: Dn. Cornelius Gobelius, Epiſcopi Bambergenſis Conſiliarius: Dn. Sebaſtianus Wilhelmus Meel, Epiſcopi Herbipolenſis Conſiliarius intimus: Dn. Joannes Erneſtus, Ducis Bavariæ Conſiliarius Aulicus: Dn. Wolffgangus Conradus à Tumbshirn, Conſiliarius Aulicus Saxonico-Aldenburgenſis & Coburgenſis: Dn. Auguſtus Carpzovius, Conſiliarius Saxonico Aldenburgenſis & Coburgenſis: Dn. Joannes Frombold, Domus Brandenburgicæ Culmbacenſis & Onolzbacenſis Conſiliarius intimus: Dn. Henricus Langenbeck, JCtus, Domus Brunſvico-Luneburgicæ Lineæ Zellenſis Conſiliarius intimus: Dn. Jacobus Lampadius, JCtus, Lineæ Calenbergenſis Conſiliarius inti-

intimus & Procancellarius : Nomine Comitum Scamni Wetteravienſis, Dn. Matthæus Weſenbecius, JCtus *& Conſiliarius: Nomine utriusque Scamni Civitatenſ. Dn. Marcus Otto, Argentoratenſis :* Joannes *Jacobus Wolff, Ratisbonenſis: Dn. David Gloxinius, Lubecenſis : & Dn.* Jodocus *Chriſtophorus Kreſs à Kreſſenſtein, Norinbergenſis, Reip. reſpect. Syndici, Senatores, Conſiliarii & Advocati, præſens Pacis Inſtrumentum, Manibus, Sigillisque propriis munierunt & firmarunt, dictique Ordinum Deputati Principalium ſuorum ratificationes, formulâ conventâ, (quam exhibet* Latinè *Fr. ad hunc loc. in Adnot. ad Jus* P. *p.* 627. *cum ſeq.) termino ſupra conſtituto, ſeſe extradituros polliciti ſunt.*

Reliquis Statuum Plenipotentiariis liberum relinquendum, velint an nolint nomina ſua ſubſignare, ſuorumque Principalium ratihabitiones accerſere, (ex Actis Oſnabrugenſibus conſtat, ſingulorum Principum ac Statuum Imperii Ratificationes non acceſſiſſè, nec poſtea deſideratas fuiſſe. Fr. d. loc.) *ſed hoc pacto atque lege, ut ſubſcriptione jam nominatorum Deputatorum reliqui Status omnes & ſinguli, qui ſubſcriptione & ratiba-*

tihabitione ſuperſedent, tàm firmiter ad obſervantiam & Manutenentiam eorum, quæ in hoc Pacificationis Inſtrumento continentur, obligati ſint, ac ſi ipſis ſubſcriptio fuerit facta, & exhibita ratificatio, nec ulla à Directorio Imperii Romani contra ſubſcriptionem à memoratis Deputatis factam, recipiatur aut valeat, vel proteſtatio, vel contradictio. Acta ſunt hæc Oſnabrugis Weſtphalorum die vigeſima quarta Menſis Octobris, Anno Christi milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo octavo.

Pacificationis Inſtrumentum datū.

Not. Cùm noviſſimum Pacis Inſtrumentum Noviomagenſe, à ſolis Plenipotentiariis Cæſareis eſſet ſubſcriptum, ac Electorum, Principum ac Statuum, Ratisbonæ congregatorum Ratificatio promiſſa fuerit: Ea tandem ſubſecuta, & quidem in his Teutonicis formalibus, quæ edidit D. Fr. in adnot. ad Jus P. hoc §. 681. cum ſeq.

Referantur huc Armiſtitii verba finalia

LEGIS XX.

In quorum fidem, roburque præſentes manu noſtra ſubſcriptiones, ac Sigilla noſtra

noſtra appoſuimus. Actum Ratisbonæ, d. 15. Menſis Auguſti, Anno 1684.

Marquardus Epiſcopus & Princeps Eyſtettenſis.
(L.S.)
Franciſcus Matthias Moy.
(L.S.)
Ludovicus Verjus, Comes de Crecy.
(L.S.)

Referatur huc quoque Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Suecici
ARTICULUS XII.

Et cùm S. Cæſ. Majeſtas ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, vigore concluſi d. 31. Maji anno 77. Legatis Suecicis ſub ſigillo Cancellariæ Moguntinæ extraditi, decenter requiſita fuerit, ut dictorum Electorum, Principum & Statuum Imperii intereſſe per ſuam Cæſ. Legationem in hoc congreſſu agi curaret, tàm Cæſarei, quàm Regii Legati, nominibus ſupradictis præſens Pacis Inſtrumentum, in omnium & ſingulorum eo contentorum fidem, majusque robur, ſubſcriptionibus, ſigilliſque propriis munierunt, & competentes ratificationes formula conventâ, termino ſupra conſtituto ſeſe extradituros polliciti ſunt, nec ulla à Directorio S. Imperii Romani contra ſubſcriptionem hujus Tra-

ctatus

ſtatus recipiatur, aut valeat vel proteſtatio, vel contradictio. Acta hæc ſunt Noviomagi d.5. Februarii, Anno Domini 1679.

Joh. Epiſcopus & Princeps Gurcenſis.
(*L.S.*)

Fr. Udalricus Comes Khinsky.
(*L.S.*)

T. A. Henr. Sratmann.
(*L.S.*)

Benedictus Ochſenſtirn.
(*L.S.*)

Joh. Paulin. Olivencrans.
(*L.S.*)

Refertur etiam huc Inſtrumenti P. Cæſareo-Gallici

ARTICULUS XXXVI.

*Et cum S. Cæſ. Majeſtas ab Electoribus, Principibus & Statib9 Imperii, vigore Concluſi d.*31. *Maji anno* 77. *Legatis Gallicis ſub Sigillo Cancellariæ Moguntinæ extraditi decenter requiſita fuerit, ut dictorum Electorum, Principum & Statuum Imperii Intereſſe per ſuam Cæſ. Legationem in hoc congreſſu agi curaret; tàm Cæſarei, quàm Regii Legati nominibus ſupra dictis præſens Pacis Inſtrumentum in omnium & ſingulorum eo contentorum fidem, majusque robur ſubſcriptionibus, ſigilliſque propriis munierunt, & competentes Ratificationes for-*

formulâ conventâ, termino ſupra conſtituto, ſeſe extradituros polliciti ſunt, nec ulla à Directorio Imperii Romani contra ſubſcriptionem hujus Tractatus recipiatur, aut valeat vel proteſtatio, vel contradictio. Acta hæc ſunt Noviomagi d. 5. Febr. anno Domini 1679.

Joann. Epiſcopus & Princeps Gurcenſis.
(L.S.)
Franc. Udalricus Comes Khinsky.
(L.S.)
T. A. Henr. Stratmann.
(L.S.)
Le Mareſchal d' Eſtrades.
(L.S.)
Colbert.
(L.S.)

Hîc quoque ſubnectitur Appendix Inſtrumenti P. Noviomag. Cæſareo-Gallici.

Comprehenduntur

Ex Parte Imperatoris, ſuæ Majeſtatis Fœderati, inprimis Rex Catholicus, S. R. P. Electores, Principes, cæterique Status, comprehenſa libera & immediata Imperii Nobilitate, & Civitates Hanſeaticæ; Nominatim verò incluſi ſunt Electores, Moguntinus, Trevirenſis, & Colonienſis, cum illorum Arch. & Epiſcopatibus, Electores Saxoniæ, & Palatinus, Archi-

Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, Magnus Ordinis Teutonici Magiſter, Epiſcopus Bambergenſis, & Herbipolenſis, Epiſcopatus Wormatienſis, Auguſtanus, & Baſilienſis, Principes Palatini, Neoburgicus, Bipontinus & Veldentiæ, omnes Duces Saxoniæ, Marchiones Culmbacenſis & Anſpacenſis, Duces Mechlenburgici, Suerinenſis & Güſterovienſis, omnes Duces Würtenbergici, Landgravii Haſſiæ, Caſſellanus & Darmſtadienſis, omnes Marchiones Badenſes, Dux Saxoniæ inferioris Lauenburgicus, Principes Anhaltini, Principes & Comites Naſſoviæ, Princeps Friſiæ Orientalis, Princeps Schvvarzburgicus, Princeps Lubacienſis, Abbatia Murbacenſis & Luderenſis, Comites in Hanau, Waldek, Benthem, Tecklenburg, Lipp, Cronenburg, omnes Imperii Civitates liberæ, & *Hanſeaticæ, Colonia, Aquisgranum, Argentoratum, Lubeca, Wormatia, Spira, Francofurtum, Brema, Norinberga,* U*lma, Homburgum, aliæque,* &c.

Et quoniam aſteriſmus ſingulorum horum præcedentium Articulorum & LL. non ſolùm auctoritatem præcipuè Trigæ Inſtrumentorum, ſed & Pacificationis hujus tripartitæ affinia & contraria ſub ſe complectitur, igitur ὕστερον πρώτερον, ſonticis & licitis de cauſis heîc comittendo, primò cognata ſive ſimilia Pacis præpono, & præprimis D. Georgii Braudlacht Hiſtoriæ Pacificationum, ab annis plusque ducentis breviter repetitæ, & perſpicuè diductæ, Lipſiæ Typis anno 87. expreſſæ capita ſumma præ-

præmitto, quorum 1. de origine diſſenſionum & pacificationum inter Galliæ Reges & Burgundiæ Duces, usque ad Carolum Audacem, ejus Gentis ultimum, cui demum ſucceſſerunt Archiduces Auſtriæ, & Hiſpaniarum Reges moderni. 2. De Maximiliani Auſtriaci, Caroli Burgundi, in Burgundia & Belgio Succeſſoris, cum Galliæ Regibus Lud. XI. & Car. VII. ob Burgundicam & Belgicam ſucceſſionem æmulationibus & Pacificationibus. 3. De Neapolitani & Siculi Regni inter Gallos, Hiſpanosque controverſia, atque exinde natis Pacificationibus. 4. De Maximil. Auſtriaci, jam poſt mortem Frid. III. Imp. in Cæſarem electi, atque ejus Nominis I. cum Galliæ Regibus, præſertim verò Ludovico XII. de Ducatu Mediloanenſi, controverſiis & pacificationibus. 5. De Navarræis & Roſcionenſibus controverſiis, atque propterea inter Gallos, Hiſpanosque ſuſceptis Pacificationibus. 6. De Franciſci I. Galliæ Regis cum Maximiliano I. & Carolo V. Impp. controverſiis & Pacificationibus ab anno 1514. ad annum 1526. quô celebris illa Pacificatio Madritana, inter Auſtro-Hiſpanos & Gallos facta eſt. 7. De Franciſci Regis Gall. contra Carolum Cæſ. novis motibus, deque ejusdem cum eodem Pacificationibus, præſertim verò Cameracenſi & Nizzenſi ab anno 1526. ad annum 1538. 8. Continuantur ea, quæ inter Car. Cæſ. & Franc. Reg. poſt Pacifi-

cat. Camerac. & inducias Nizzenſ. ab anno 1538. uſque ad annum 1544. quo nova Pax apud Crepinium in Sueſſionibus caſtellum, facta eſt, geſta fuerunt. 9. De ulterioribus inter Car. V. Cæſ. & Franc. I. Gall. Reg. atque utriusque ſucceſſores, in Hiſpaniarum Regnis Philippum II. in Gallia Henr. III. Reges, æmulationibus, diſſidiis, fœderibus cum Turcis & aliis, atque inde ſubſequutis induciis Cambreſienſibus, & Pacificatione altera Cameracenſi de anno 1559. 10. Referuntur, quæ hinc inde tum in Imperio, cum in Galliâ, Hiſpaniarumque Regnis ab anno 1560. notatu digna inciderunt, & in ſpecie de Pacificatione Vervinia ab anno 1598. quæque præterea eam, ad hæc uſque tempota, inſecuta ſunt. Tandem cujusdam Gall. Scriptoris de Pace futurâ Germaniæ diſcurſus tr. Quis eam hactenus impedierit? cujus ea conditionis eſſe debeat? & quomodo ſecura ſatis reddi queat?

Id. D. Braudl. tractat quoque de Materia Neutralitatis, de qua quæſitum, An ea alicui ſuadenda, quæque commoda, & incom̃oda ſecum trahat, & num Subditus vel Vaſallus impunè ſe neutralem gerere poſſit: in conſult. ſua IV. per tot. Quæ in Romanis Hiſtoriis vocatur media conditio, moribus noſtris dicitur neutralitas, ubi eſt neceſſarium, quantum ad cauſam efficient. ut conſenſus ſit unanimis eorum, qui bellum gerunt cum tertio, cui neutra-

tralis conditio conceditur, unde conſequens eſt, neutralitatem, quam vocant, eſſe ſtrictè intelligendam reſpectu perſonaram, adeò, ut qui poſſit eſſe neutralis, vel potius medius reſpectu unius ſocii, qui neutralis non ſit reſpectu alterius non conſentientis. 2. Eſt neceſſarium, ex parte ſubjecti, ſcilicet illius, qui neutralitatem ex conſenſu obtinuit, ut publici juris, belli, fœderum &c. ſit particeps, ex quo ſequitur, neutralitatem, quæ privatis ſeu corporibus, ſive perſònis à belligerantibus ex utraque parte conceditur, nihil eſſe, niſi privilegium ſecuritatis. 3. Reſpectu formæ eſt neceſſaria æqualitas amicitiæ, Principis vel Reip. neutralis erga hoſtes. Atque illud indubiè ita obtinet, quando Princeps vel Civitas neutralis ſuperiorem non recognoſcit, ſed ſi habeat ſuperiorem, conſenſus ejus ex circumſtantiis neceſſarius erit in pacto neutralitatis, id quod diverſarum Civitatum Imperii, nominatim Reipubl. Argentorat. ut & Spirenſis exempla docuere, eſtque expreſſa hujus rei diſpoſitio in R.I.d. anno 41. §. Alſo ſezzen &c. Ejusdem 4. Effectus conſideratur vel reſpectu mediorum ad eos, qui invicem hoſtes ſunt, vel reſpectu horum ad medios, vel reſpectu hoſtium inter ſe in loco medio. Species etiam hujus medietatis triplex eſt, vel abſoluta, quæ prorſus exæquat partes paciſcentes; vel reſtricta, quæ regulam accipit partim ex comuni natura, partim ex poſt

 ad-

adjectis; coacta verò neutralitatis conditio non datur. (a) 5. Finis ejus eſt, ut ſui ſubditi ſubditorum facultates & territorium procul ab omni hoſtili violentia, quieti vivant, cujus capita pro circumſtantiarum ratione variant. (b)

Aliquam quoque Pacis ſimilitudinem referunt illi ex hoſtibus, quorum in ſolo ſalvæ Gvardiæ affiguntur, quæ & ipſæ variæ ſunt. (c) Et pro his Protectoriis, quæ dantur tempore belli, non malè accipi poſſunt Treugæ, barbara illa vox, paci affinis, de quâ rubrica Juris Pontificii extat, (d) & deſcribitur, ſecuritas præſtita perſonis & rebus Guerra ſive bello & diſcordiâ nondum finitâ: Unde nonnulli etiam Treugas accipiunt pro induciis. (e)

Treuga h. e. fides temporaria hoſti datá, ita Italis, à Germ. Treue, & Græci ſimiliter fere τρίβα dixere, vel τρῖνα, & Galli Treve, Treves: Latinè Pax ſequeſtra, Germanis Beyfride, h.e. imitamenta Pacis: Induciæ quaſi indoiciæ dicuntur, ab inde & ocium, quod à certo tempore otium ſit, quomodo ἐπιχειρίαν voc. (f) Induciarum conventio publica eſt reſpectu cauſæ efficientis & materiæ objectivæ. Sunt vel induciæ totius belli, quas non malè illimitatas dixeris, iisque propriè convenit nomen armiſtitii, vel certi bellici negotii, cujusmodi inducias dicere poſſumus reſtrictas: prioris generis induciæ majus momentum habent ad ſummam rerum, præprimis ſi ſunt longiores; hinc

hinc ſuperiori ſeculo Franciſcus I. Rex Gall. longiores inducias recuſavit, nec Car. V. cujus tunc res aliquod otium & reſpirationem belli requirere videbantur, breviores, utpote ſibi inutiles admiſit. (g) Inducias dare & Ducum eſt, nec ſummorum tantùm, ſed & minorum, quod autem intelligendum de brevioribus induciis, longiorum verò cauſa ſumma poteſtas eſt. (h) Hinc cum anno MDCCIX. de induciis duodecennalibus conveniret inter Hiſpanos & Fœderati Belgici Ordines, res illa arduo & ancipiti tractatu miſſis invicem Legatis, Regibus & Principibus intercedentibus, definita eſt. (i) Finales & impulſivæ cauſæ induciarum variæ; præſertim occultæ: ſed inter manifeſtas hæ eminent: induciæ enim panguntur 1. Ut de pace interim agi queat: 2. Ob mandatum ſuperioris: 3. Ob interpoſitionem tertii: 4. Ob ſepeliendos mortuos: 5. Ut à moleſtiis belli reſpiremus &c. (k) Sic anno 42. Ferd.III. cum Turcarum Imp. Vicenarias inducias per Commiſſarios pepigit: & anno 64. novæ induciæ inter ſacratiſſ. noſtrum Imperatorem & Mahometem IV. Imp. Turcarum interceſſere. (l) Quoad conditiones not. quod nonnunquam conveniat inter partes I. ut poſſeſſio eorum, quæ armis quæſita ſunt, retineatur: 2. Ut de querelis cognoſcatur à delegatis Judicibus: 3. Ut nulla nova caſtella extruantur, &c. Proceſſus conventionis induciarum talis eſt, ut

cum de alterius voluntate alteri quodammodo conſtat, disceptatio de conditionibus inſtituantur, poſtea concludatur, dein dies concluſioni adponatur, & demum legitimè promulgentur: Effectus conventionis hujus eſt obligatio primò ipſorum contrahentium, dein ſubditorum: Effectus alter induciarum eſt inſignis utilitas, quamvis nonnullis certis ex cauſis per accid. damnoſæ fiant. (m)

Guarantia vel Aſſecuratio eſt verbalis, quæ fit per Sponſionem, verbis aut literis expreſſam; & realis, cum pacem aſſecuramus datis obſidibus, vel rebus, præſertim caſtellis, munitis Urbibus, & ſimilibus: dein pacis aſſecuratio vel fit ab ipſis partibus, vel à quodam aſſecuratore tertio, ut ante aliquot annos contigit in pace Galliarum Regis cum Electore Brandenburgicö, ubi Sueciæ RexGuarantiam pacis ſuſcepit. Quæritur verò hîc 1. de obligatione tertii aſſecuratoris, An & quatenus teneatur ad pacis obſervantiam compellere reſilientes? Diſputata fuit hæc quæſtio in ipsâ illâ Suec. Guarantia, ſed nunc non de ipſa hac cauſa in individuo dic. verùm ex principiis Juris G. exiſtimandum, non ſimplicem receſſum à pace, vel belli repetitionem, juſtam cauſam tribuere exercendæ Guarantiæ, aſt eam tantùm quæ conjuncta eſt injuſtitiæ &c. Quæritur 2. quibus remediis uti poſſit aſſecurator, ut pacem ſartam tectam præſtet? Suaſoriis primùm,

& ſi

& ſi res ſollicitè, fruſtraq; tentata, tùm demum etiam violentis. Æquiùs tamen, ut denunciet pacem frangentibus, ſe ad extremum ea, quæ Guarantiæ ſponſorem deceant, pro pace conſtabiliendâ exſecuturum eſſe; nec hoc exercitium ulterius extendendum, quam ut à violationibus pacis injur. pars contraveniens abſtineat &c. Quæritur 3. quid operetur clauſula, rato manente pacto, in negotio pacis? Videmus eam appoſitam Inſtrumento Pacis Germanicæ in hoc articulo 17. §. Pax verò &c. ubi non obſtante contraventione pacem in ſuo robore nihilominus permanere debere ſtatuitur; & ſic iſthæc Cl. præcipuè operatur pacis perſiſtentiam in caſu contraventionis; quod & in privatis transactionibus Jure Romano procedit ſec. l. eod. pen. §. A. de tranſ. & l. cum proponas. Sed, an hoc intelligẽdum erit ex parte contraveniente tantùm, an verò etiam ex parte læſa? verius eſt arbitrio partis læſæ ſubmitti, an ſtare velit publico vel privato pacto, nec ne? & ſic quoque Inſtrumentum Pacis in dicto articulo & §. ita declarandum videtur, ut pax concluſa ob contraventionem unius, non ſolvatur quoad cæteros, ſi velint paci inſiſtere; planè ead. illa Cl. non in favorem contraveniẽtium, ſed ſervantium pactiones adjici videtur negotiis; nec nocere debet ſervantibus, qui illâ demptâ, ex regulâ: frangenti fidem fides frangatur eidem; juſtè reſilire poſſunt. Hæc

ita, niſi apertè conſtet, paciſcentes hanc Cl. intellectam voluiſſe, etiam ex parte læſa, quò minus illi integrum ſit ex contraventione adverſarii à pactis reſilire; quod cur ſic inprimis præter publicum intereſſe conveniri poſſit, non video, quid repugnet. (n) Cæterùm de pacis reductione & ſecuritate; itemque de propoſito in eandem à Regiis fœdus cum Proceribus Imperii, & de eo deliberatio: Cæſareorum deſuper declaratio; Procerumque poſtulatum erga Suecos de puncto hoc atque executionis pacis, cum puncto ſatisfactionis militiæ Suecicæ jungendo, leg. H. P. W. (o)

Compoſitio amicabilis ſive Arbitrium Pacis, neque enim poteſt fieri compoſitio, niſi hoſtilitas vel injuriæ præceſſerunt; tempeſtivè ergo lis componenda, ut pax reducatur: hinc pacis nomen à pactionibus deducitur, eaque ordinata belli compoſitio definitur, & Arbiter, (p) quod ſit vir bonus, qui inter diſſidentes aut belligerantes ſe interponit, ut litem componat, & pacem reducat; ut enim judicia & lites privatorum declinentur, Arbitri quidam conſtitui; quanto hoc curatiùs publicè faciendum, ut bellum aut vitetur, aut componatur, omnibus dilucidum. (q) Quidam Status, interdum & Principes unius Regni, ob juramentum, quò non tantùm Principi ſummo, ſed vel maximè Reip. obſtricti, rectè ſe interponunt in bellis civilibus, exemplo Sereniſſ. Brandenburgici Electoris,

ctoris, qui ſe inter Cæſarem & Landgravium interpoſuit. (r) Aliàs id muneris eſt, ſummæ poteſtati, præſertim, ſi tantâ potentiâ prædita ſit, ut, ſi opus, partes cogere poſſit. Præcipuè Imperator inter Status Imperii diſſidentes ſeſe interponere, & pro re nata, ut arma deponant, injungere tenetur; hoc enim exertè promittit in capitulat. Leopoldi. Artic. 1. quibus promiſſis etiam non ſemel egregiè ſtetit Imper. D. Matthias, nam inter Ducem Brunſuicenſem & Urbem Brunſvicum ſe interpoſuit. (s) quod ad reliquorum etiam Principum Chriſtianorum diſſidia aliqua ex parte extenditur. (t)

Diſtribuuntur cauſæ impulſivæ & finales in manifeſtas & occultas: in illis claſſem ducit 1. Jus ſummi Imperii, quod habet Princeps in ſuos ſubditos: (u) 2. Rogatus utriusque & compromiſſio, vel alterius, quod interdum & occultè fieri ſolet: ſic Joh. Georgius, Marchio Brandenburg. & Cardinalis Lotharing. bello in Epiſcopatu Argentorat. exorto, cognitionem cauſæ Galliæ Regi deferebant, qui etiam rem ad pacem reduxit. (vv) Ita Fridericus Daniæ Rex interpoſuit ſe inter Angliæ Reginam & Ordines Belgii, ac inter Hiſpaniam. (x) Similiter Principes Rhenani controverſiam Wildfangiatus Arbitrio Regum Galliæ & Sueciæ ſubmiſere. (y) In recentioribus negotiis hoc modo Arbitros egere in Pacificatione Bredana Anglo-Belgica Rex Sueciæ; In Neomagenſi

Rex Angliæ: ſola pax Pyrenæa fere omni mediatione caruit. (z) 3. Ut concordia alatur inter eos, qui ejusdem ſunt Religionis, aut in Religionis negotio communem experiuntur hoſtem, Arbiter ſeſe cum fructu interponere poteſt; Cujusvis enim eſt, Religionem Chriſtianam adverſus Turcæ & aliorum infidelium machinationes, quantum pote tueri: Hinc Turca etiam Galliæ & Angliæ Regibus hunc tribuere ſolet titulum, daſs ſie ſeyn geſetzt, zu entſcheiden den Zvvieſpalt unter den Chriſten. (aa) 4. Affinitatis etiam & fœderis vinculum non raró arbitrii vera cauſa, exemplum, inter alia, ſatis illuſtre de Rege Daniæ, Elector. Sax. & Palat. qui in lite illa de Ducatu Boruſſiæ inter Poloniæ Regem, & Domum Brandeburgicam ſubortâ, laudabiliter ſe interpoſuerunt. (bb) Hæc de cauſis manifeſtis; nunc ad occultas perven. quæ utilitatem plerumque continent Arbitri, quæ vel eſt intereſſe vicini, (cc) ne alterius conditio mutetur: ſic noſtro tempore eodem fine triplum fœdus inter Anglos, Suecos & Belgas conditum, ut Belgicum Regium eodem in Statu, quô ante fuerat, conſervaretur; (dd) Unde & Rex Gall. non ante deſtitit, quàm idem disjectum videret, quippe conſiliis ſuis maximè contrarium: (ee) vel metus de alterius potentia: ſic capto Franciſco Reg. Gall. ad Papiam, Pontifex, Veneti & alii fœdus inter ſe adverſus Cæſarem pepigere, non ut af-

fliĉti

flicti Regis rebus ſuccurrerent, aut fortunam ejus ſublevarent; ſed ut manus injicerent, & præpedirent illum, quem jam feliciſſimo victoriarum curſu omnem ſibi dominatum vendicare videbant. Absque quo ſi fuiſſet, feliciſſimus ille Carolus, non difficulter Nomen, Gloriamque ſuam contra Chriſtiani Nominis hoſtes propagaſſet. (ff) Confer Legati Gallici Orat. ad Principes Germaniæ de metu creſcentis potentiæ Hiſpaniæ apud Thuan. lib. 123. Et Scripta Anti-Gallica noſtrorum temporum paſſim. Vel proprium periculum: ſic durante bello inter Daniæ & Sueciæ Reges, Hanſeaticæ Urbes, quæ negotiationes in Sueciam & Moſcoviam ſibi ademptas querebantur, Ordines Belgii ſubornabant & obſecrabant, ut inter Reges illos gratiam & concordiam reſarcirent. (gg) Sic Franciſcus I. Rex Gall. Ampliſſimum Septemvirorum Imperialium Collegium ad commune incendium extinguendum & opprimendum inſtigavit. (hh) Vel auctoritatis tandem, vel prædæ ſpes, vel gratiæ meritum, ſi pacem aliàs coalituram exiſtimet. Ita cum inter Gallum & Anglum Pontifex Pacem omninò coituram exiſtimaret, & aliquam ſibi ſeſe interponendo apud Galliæ Reg. Gratiam promereri cuperet, Eboracenſem Cardinalem ad Pacem tractandam miſit. (ii) Vel pecuniæ aucupium. Modum procedendi quod attinet, Arbiter cauſam belli, cujus juſtior, conſiderare,

utrius-

utriusque voluntatem expilcari debet, cjus potiſſimum, cujus cauſa videtur injuſtior, præſertim, ſi alterum urgeat neceſſitas. (kk)

Porrò, quod in privatis cauſis eſt arbitrator, de voluntate partium ad componendam amicabili ratione controverſiam aſſumptus, hoc in publicis eſt mediator pacis, in cujus perſona conſideranda auctoritas & juſtitia: Unde Mediatoris partes in pacis negotio inter Reges & Principes nemo ſuſcipit, niſi qui ipſe ſit de eo gradu, ut poſſit arma movere; nec mirum, cum Mediatoris negotium publicum ſit, etiam talem deſiderari publicæ auctoritatis reſpectum in perſona Mediatoris; juſtitia etiam eo ſenſu neceſſaria, imprimis, ut Mediator neutri partium belligerantium magis minusve ſit addictus, ſed communis amicus, qui ſtudeat, publicam reducere quietem, cujus officium merè eſt amicabile; neque igitur placita Mediatoris vinculum ſententiæ habent; intereſt tamen partium, ne ex publica fama dicantur boni viri officium non agnoſcere; ut propoſitiones Mediatoris, ſi eas non in rem fore duxerint, prius rationibus allatis, propter quas illi haud deferre queánt, enervent, quid ergo tandem? Mediator debet omnes nervos intendere, ut rationibus ſuaſoriis hic inde partes ad compoſitionem amicabilem permoveat; quod felicius conſequi poterit, ſi prætenſionum ex utraque parte merita perpendit, & quid

ex

ex bono & æquo alterum præſtare conveniat, vel pacis amore remittere, monſtraverit. Sed, quid ſi Mediator partibus ſuis dextrè ſit functus, pars tamen una vel altera paci reluctetur, anne ipſe ex hoc capite ſolo, poſſit parti juſtiori anna jungere contra renitentem? Non ſemel quidem hoc fecerunt Romani; ſed non omnia eorum actitata pro Jure Gentium habenda ſunt; multa enim ex ratione Status contigere. Negativa autem verior, nî peculiare intereſſe habeat Mediator, in Pacis perfectione, quod præbet juſtam cauſam belli contra renitentem; tunc enim poterit quidem parti juſtiori arma jungere, verùm non propter Mediatoris placita contempta, ſed ex accid. propter intereſſe periculi vel damni impendentis. Secus, ſi nominatim conventum ſit aliud, quale in Guarantia Pacis Oſnabrug. & Monaſterienſis, ut hoc articulo §. Veruntamen. (ll)

Quoniam tamen id genus neg. regulariter expediri ſolet per Miniſtros vel Legatos, quodque quis per alium facit, ipſe feciſſe videtur: Sic cum Pax illa famoſiſſima inter Regem Galliæ & Hiſpaniæ, Papæ interventu, eò jam perveniſſet, ut locus tractationi idoneus aſſignaretur Legatis, rejectis omnibus aliis, Vervinium habitum fuit omnium commodiſſimum, ideò, quod Rex Lud. XI. olim eodem in loco Novennalem Pacem cum Duce Burgundiæ tractaſſet. (mm) Et in Pacificatione Europæa anno

anno 78. & 79. Neomag. ab Angliæ Rege propoſita, & à bellantibus partibus acceptata. (nn) Idque in Rebusp. Mediatricibus ferè eſt neceſſarium, ne totus Senatus vel totus populus ad locum Mediationis venire debeat; temperanda tamen erit hæc ſententia ita, ut Miniſtri non ſuſpecti aſſumantur, ac regulariter tantum in conſilium rei adhibeantur; illæ autem tantùm propoſitiones ipſius Mediatoris accipiantur, quæ de ipſius juſſu vel ſententia proceſſere. Hinc niſi aliud ex voluntate partium & commiſſione Mediatoris conſtet, Legatus functurus Mediationis vice, nomine alterius, ſtricto jure utitur; nec alia ex conditionibus æquis & utriusque dignitatem reſpicientibus proponere debet, nomine Mediationis, quàm quæ demandata fuere. (oo) Sic in Pace inter Danum & Suecum, Trium Coronarum inſignia, quæ uterque Rex pro ſuis vendicat, utrique uſurpare conceſſum, donec lis, Cæſaris Auguſti Septemviri, Brandeburgici Septemviri, Julii Brunſvici, & Georgii Johannis Palatini, in quos partes compromittere tenebantur, Arbitrio decideretur. (pp) Sic, cum Præſes Janninus Gallicus Legatus videret, rem, quæ inter Archiduces & Ordines agi ceperat, ad otium, tranquillitatem & concordiam deduci non poſſe, conditiones, quæ in rem & ſecuritatem Ordinum fore videbantur, conſignavit, ut eas Principes, quibus cum res ipſis erat, conſenſu

ſuo

ſuo confirmarent: quibus repudiatis, firmiori juſtitiæ munimento ad arma eſſet regreſſus. (qq) Cæterum ad integritatem Mediationis duo requiruntur, voluntas nimirum Mediatoris ſeſe ad hoc negotium offerentis, dein ipſius Mediationis acceptatio à parte controvertentium, cum Mediatores tam ſanctum propoſitum præ ſe ferentes, præfractè rejicere, ſumma foret inhumanitas, ne quidem ex eo ſolo prætextu rejiciendos, quod altera parte ipſis peculiaris quædam conjunctio videatur intercedere, nam penes me utique eſt, quantum ea, quæ ab iſtis offeruntur, velim admittere. (rr)

Pacem præterea adjuncta dividunt, ita, ut alia ſit æqualis, alia inæqualis: illam uterque facit, neutri ademta vel delibata libertate; hanc alteruter dat, alter accipit, ſcilicet & dum ad pedes nobis ſupplices recipimus, pacem damus, quam expetunt, qui ſe dedunt; hinc deditio eſt actus, quô bellô inferior, majoris mali evitandi ergò, poteſtati alterius ſeſe ſubmittit, & in jura aliena tranſit. (ss) Dividi poteſt in ſimplicem ſive puram, quando quis mero victoris arbitrio ſeſe ſubmittit: (tt) & compoſitam ſive conditionatam, quando alterius quidem poteſtati quis ſeſe ſubjicit, ſed ſub conditionibus, quibus aut ſinguli ſibi conſul. aut toti univerſitati. Exemplis ejusmodi dedit. memorabilibus Hiſtoriæ omnium temporum refertæ ſunt. Quæ verò ſe dedunt Reſpublicæ, in multiplici ſunt

diſſe-

differentia; quædam namque moribus nobiſcum conjunctæ ſunt, & faciliùs hæ in officio continentur; vel fuerunt ſemper liberæ, & nondum corruptæ, hæque difficilius retinebuntur: validiores quædam ſunt, nec minus ſanis rationibus conſervandæ: de his & pluribus huc facientibus evolvatur idem Brunnem. (uu)

Fœderis vocabulum diverſimodè accipi facilè perſpicitur ex probatorum auctorum teſtimoniis: interdum enim fœdus cum pace idem ſignificat; ſic inter Spartanos & Carthaginenſes propriè tunc pax extitit apud Liv. non fœdera: quandoque etiäm fœdus denotat ſacramentum vel votum. (vv vv) In proprio verò ac nativo ſignificatu accipitur pro pacto ſocietatis publico, & diſtinguitur à pace, in quâ ſolum paciſcentes tenentur ad remiſſionem hoſtilitatum, non ad armorum ſocietatem. (xx) Quid verò illud eſt, quod Hieronymus Syracuſarum Rex, poſt junctam Annibali ſocietatem, Legatos Carthaginem miſerit, ad fœdus ex ſocietate cum Annibale faciendum? Si jam juncta fuit ſocietas antea, quomodo fieri poſtmodum potuit? nempe Annibal non habebat poteſtatem faciendi fœderis, aut mandatum hoc nomine à Republica Carthaginenſium; (yy) unde prior illa conventio non fuit fœdus propriè dictum, ſed ſponſio, quæ hoc maximè differt à fœdere, quod ſpondentem obliget, non Remp. quin etiam ritu ſolenni, quo fœdera de

more

more panguntur, fieri non aſſolet ſponſio.(zz) Exquibus colligitur, tria in genere requiri ad fœdus faciendum. 1. Poteſtatem paciſcentium: 2. Conventionem de ſocietate armorum. 3. Ritum ſolennem fœdus obfirmantem. (N.1.) Fœdera inſuper quod ſint vel æqualia, vel inæqualia, limitata & illimitata, realia vel perſonalia; defenſiva & offenſiva: itemque de obligatione ex fœdere, ejusque interpretatione: nec non de renunciatione ac diſſolutione fœderum, & ſimilib. requirendus D. Textor (N.2.)

Quanquam autem ſpouſio, fœdus & pactio differant; ſæpè tamen evenit, ut quod Imperator injuſſu Populi & ſine auctoritate Senatus pepigit, id fœdus, pax, contractus etiam, pactio, promiſſio &c. appelletur. (N.3.) ſed impropriè. Sponſio verò multifariam accipitur: vel pro ſtipulationis certo genere: vel pro ſponſione ludicra: vel denique pro contractu inter Ducem belli & hoſtem. (N.4.) Et eſt ſponſio pactum, quô is, qui à ſumma poteſtate mandatum ad pacem ineundam non habet, illam tamen promittit, & à ſumma poteſtate ratam habitum iri ſpondet. (N.5.) Uſus ſponſionum eſt, quoties in mora periculum eſt, aut juſſa Majeſtatis audiri nequeunt. Utiliores autem ſunt illi, à quo, quàm cui fiunt. Fiebat ſponſio plerumque per plures perſonas, ſcilicet Coſſ. Præfectos, Legatos, Quæſtores, Tribunos militum, quorum nomina exprimeban-

 tur.

tur. (N.6.) in majorem rei certitudinem obſides dabantur. (N.7.) Tutius eſt autem, ſponſione & juramento integrum exercitum obſtringere. (N.8.) Immotè igitur collig. Ipſum Principem ſive populum talia facta ſponſione non obligari. (N.9.) Jovius quidem invehitur in Conſiliarios, Lud. XII. Gall. Regis, quod autores Regi fuiſſent, ut probroſam iſtam ſponſionem Divionenſem à Træmulio factam ratam non haberet, (quam ratam habuiſſe Regem, dicit Bodinus, quod quomodo veritati hiſtoriæ congruat, non vid.) quam Træmulius promiſerat, Regem Mediolanenſi Imperio ceſſurum, & certis temporibus ſexcenta aureorum numûm millia Helvetiis perſoluturum, cum hi ad nullas ſeſe conditiones obſtringerent, niſi ut domum redirent. Ita autem ratiocinatos fuiſſe Conſiliarios, refert Jovius: quid ſi Træmulius ſpopondiſſet, Regem Regno ſe abdicaturum, vel Lutetiam, antiquam Regum ſedem relicturum, arma traditurum, aut Galliam Helvetiis tributariam effecturum, num ſponſio iſta Regem obligatura eſſet? Et Alber. Gentilis quidem invehitur in Romanos, eosque fraudulentiæ inſimulat, quod Magiſtratuū ſuorum pacta irrita eſſe pronunciaverint. Sed ſine fundamento id à Jovio & Alber. dicitur; etiamſi enim ſufficientem & urgentem cauſam habuerit Imperator, cur ſpoponderit, inde tamen non ſequitur, pacta iſta neceſſariò à

Maje-

Majeſtate confirmari debere. Quamvis æquius faceret & honeſtius, qui conditiones, modò tolerabiles ſint, à Ducibus acceptas ratas haberet. (N.10.)

Nunc quoque eodem Ordine præpoſtero ſequuntur Contraria Pac. & quidem cauſa efficienti adverſatur, quando ii ſe pacis negotio ingerunt, ad quos tamen illud non pertinet. Sic Pontifex Rom. Pacificationem Religioſam nullam dixit, quia à ſe non fuit adprobata. (N.11.) Similiter Pontifex Rom. ſeſe Paci Germanicæ concluſæ oppoſuit: multis, inquit Thuldenus (N.12.) ea Pacificatio iniquior, ſed inprimis Pontifici Maximo viſa, qui nullis rationibus adduci potuit, ut illam ratam, gratamque haberet! Præterea tutum non eſt, Principes ipſos de Pace acturos convenire, inſidiisq; hoſtilibus & periculis, ſe ſuorumq; ſalutem exponere: Legati igitur ad hoſtem ablegandi, horumque fidei & curæ comittendum Pacis tractandæ negotium. De quo tamen prolixius tractat Brunnem. diſſ. 1. d. tr. th. 12. per tot.

Recuſatio Pacis eſt Pacis ab Hoſte oblatæ denegatio, quæ ita ſimpliciter facta, non modò honeſtiſſimis juſtitiæ rationibus è diametro oppoſita, ſed & infenſiſſimis periculis expoſita eſt. Perſonæ, quib9 religio non eſt, ſe pacis oſores profiteri, aut pœnas in ea ſibi luendas ſciunt, ſuntque vel in Republica: vel in exercitu:

vel remotiores à periculo exiſtunt: quorum numerum auctario quaſi denſant, qui commodis ex Bello captandis inhiant. Id. diſſ.X. th.1.& 2. de pace rejecta. Nos Catholici, ſunt verba Caramuelis, contra commodam pacem recuſantes, & belli favore abutentes, anno 30. bonos articulos poteramus habere, nî hodie mediocres admittere velimus; olim, quando erit major virium noſtrarum imbecillitas, peſſimis obruemur. Exemplo nobis ſit Rex Catholicus &c. (N.13.) Recuſationem tamen oblatæ Mediationis Jure Gentium utique eo caſu eſſe permiſſam D. Textor (N.14.) non dubitat, quo ſuſpecta futura eſt propter conjunctionem Mediatoris oblati cum altera parte; nemo enim tenetur conſentire in perſonam Mediatoris ſuſpectam; & cùm in privatis cauſis Judices, Arbitri, vel Arbitratores ſuſpecti rectè recuſentur, nec agnoſcantur, quis hoc non etiam æquum cenſebit in cauſis publicis, quæ majoris ſunt momenti? Dein melius eſt recuſare inter initia Mediationem, quàm propoſitiones Pacis ad favorem forte alterius partis à Mediatore conjuncto factas, cum diſpendio ſumptuum ex intervallo rejicere; ac ſi hoc licet, fruſtranea eſſet obligatio acceptandæ Mediationis, probabiliter ſine ſpe vel effectu futuræ. Nota hic amplius, ſi mediatoris perſona planè ſuſpecta non ſit, pro temporum circumſtantiis libera eſt mediationis recuſatio; maximè,

mè, ſi fortè ſpes ſit propinqua victoriæ, & pars altera judicet rebus ſuis nocere, commodum belli ex interjecta Mediatione ſiſtere vel impedire; aut ſi non exiſtimet, ex dignitate ſua eſſe, Mediatoris oblati ſententiæ obtemperare. Qua de re notabile exemplum ap. Liv. lib. 44. hiſtor. Tametſi fatendum, interdum compelli aliquos ad conſentiendum, ut Florentinis accidit in illo compromiſſo Herculis Ducis, ap. Guicciard. lib. 4. hiſt. hoc ipſum tamen non fit à compulſis ex obligatione aliqua Juris Gentium, ſed metu majoris potentiæ, & gravioris mali inſecuturi, nî pareatur. Cauſas impulſivas ex pluribus ſeqq. perſpicere libet, quarum 1. pertinacia ſive animus ira cœcus, & fortunâ ebrius: 2. Dominandi libido vel ſperatum lucrum: 3. Spes victoriæ: 4. Fides alteri data de non ineunda pace: 5. Spes meliorum conditionum: 6. Quod metuat quis libertati vel Religioni, vel damnis ex pace aut colloquio pacis: 7. Metus doli, variæque ſuſpiciones. Brunnem. d. diſſ. th. 3. & 4. iterùm latiſſ.

Proteſtationes & annullationes Pacis ab eo intentatæ, ad quem quoque non pertinent, contra pacis formam pugnant, & ejus, articulorumque virtutem cupiunt eluſam: hoc in ordine Innoc. X. P. R. reponendus, qui primò d. 21. Oct. dein 26. Nov. anno 48. contra hanc Pacificationem proteſtatus &c. vid. quæ ſupr. (N 15.) & per præſent. artic. 17. Dnn. Pacifica-

tores his & ſimilibus attentatis ſpecialiſſimè obviàm iverunt. Cumque in Comitiis anno 54. habitis, Inſtrum. P. Weſtphal. denuò confirmaretur, tùm Alex. VII. P.R. altera etiam vice contra eund. proteſtatus eſt. (N. 16.) Sed & huic nodo alius cuneus adhibitus fuit, nimirum anno 58. conſcriptæ Capitulationis Auguſtiſſimi Imp. Leopoldi I. Artic. 2. Wir ſollen und vvollen èuch &c. Huc referenda ſunt itid. 1. Bella inter Auſtriaco-Burgundos & Gallos initialia: 2. Bella ab Auſtriacis & Hiſpanis contra Gallos, imperante Max. I. geſta: 3. Bella inter Auſtriacos & Gallos Car. V. Imp. geſta: 4. Bella inter Auſtriacos & Gallos Ferd. I. imperante geſta: 5. Bella inter Auſtriacos & Gallos imperante Max. II. geſta: 6. Bella inter Auſtriacos & Gallos, imperante Rud. II. geſta: 7. Matthia: 8. Ferd. II. 9. Ferd. III. 10. Bella denique inter Auſtriacos & Gallos imperante D. Leop. I. Magno geſta. Leg. integer Tr. Joh. Georg. Layriz de bellis inter Auſtriacos & Gallos Hiſt. ad præſ. uſque ætat. deducta anno 86. Imper. ut pacta firmiùs durent, non cum Principe ſolo, ſed cum toto Regno, quod mortale non eſt, Pacem inire, eamque à Proceribus & futuro Regni vel Principatus Succeſſore majorenni confirmari, conſultum eſſe videtur; cujus etiam rei argumenta in Pontificatibus noſtrorum temporum paſſim occurrêre, quanquam varietate nonnulla à ſe invicem diver-

vertentia. Sic in Pacificatione Germano-Suedica Oſnabrug. Pax dicitur iniri cum S. Reg. Maj. Regnoque Sueciæ, non tantùm reciprocè factâ Imperii mentione, verùm cum S. Cæſ. Maj. Domo Auſtriaca &c. At in Pacificatione Neomagenſi id utrinque obſervatum fuit, Pacem nempe fieri inter Cæſ. Majeſt. Romanumque Imperium, & S. Reg. Maj. ac Regnum Sueciæ. Sic in Pace Dano-Suedicâ inſuper Miniſtri ac Subditi adjecti: Inter utrumque Regem & eorum Succeſſores, Regna, Ditiones, Conſiliarios, Miniſtros, Subditos & Incolas Sueciæ, Daniæ, & Norvvegiæ &c. Similiter in Pace Pyrenæa inter Reges &c. eorum Regna, Status atque Subditos. (N. 17.) Atque hæc cauſa fuit, cur Car. V. Pacta cum Franciſco I. Reg. Gall. inita, à Delphino & Proceribus Regni rata haberi voluerit: cum antiquis Galliæ LL. ut nihil, quod ad Regnum ſpectaret, absque Senatuum & Reliquorum, penes quos totius Regni Auctoritas erat, qui in hujusmodi rebus communem ſalutem propriis Regum commodis anteferre conſueſſent, conſenſu alienare liceret, cautum eſſet. (N. 18.)

Sic cum minorenni etiam Rege, citra auctoritatem Tutorum pax haud rectè initur, (N. 19.) ideò enim Regni lege vel populi ſcito, Principibus adjunguntur Tutores, ut hi Reipublicæ adminiſtrationem ſuſcipiant nomine Principis, & ſi in privatis id neceſſarium, multò magis

in publicis. Neque opus hoc loco eſt reſtitutione in integrum, cum ipſa pacta ſine voluntate Tutorum, aut eorum, qui Tutores repræſentant, inita ſint nulla. (N.20.) Sic Pacis Olivenſis art. 34. ratione Sereniſſ. Regis Sueciæ tunc minorennis cautum: ut Sereniſſ. Rex Sueciæ ſolenni Inſtrumento hæc pacta nomine ſuo & Regni Sueciæ per ſubſcriptionem Sereniſſ. Reginæ Matris ſuæ & Dnn. Regni Sueciæ Adminiſtratorum in forma conventa rata habeat. Quod ſi fieret, ut quis tam duri & obſtinati eſſet animi, qui neque auxiliorum denegatione, neque minis, neque novorum armorum metu molliri & moveri queat; quæritur, an eo caſu aliquis poſſit cogi? Neg. id à multis; (N.21.) non tamen armatas preces & poteſtatem alterum ad pacem cogendi omnibus Principibus ſummis conced. ſed in certis caſibus ſcilicet ob belli diuturnitatem; (N.22.) & metum, ne ex Bello periculum ad Arbitrum derivetur, Bellum latius ſe diffundat, & multorum ſtrages ſequatur. (N.23.) It. quando partis oppreſſæ innocentia eſt ſatis nota, & in aliis ſimilibus. Fatendum tamen compelli aliquos ad conſentiendum, ut Florentinis accidit in illo compromiſſo Herculis Ducis: (N.24.) vel planè deſiſtendum ab armis, ut Antiocho Ptolomæum impugnanti ex denunciatione Senatus Romani; (N.25.) hoc ipſum verò fit metu, ut ſupr. d. majoris potentiæ &c.

iû

nî parcatur, ſive ſocius à fœdere, ſine valdè prægnanti & juſtâ causâ expreſſè reſiliat, jus ſocietatis intempeſtivè renunciando, ſive ex irrelevanti ac injuſtâ causâ neget ea, quæ vigore fœderis ei præſtanda incumbunt, ut ſuperiori ſeculo ſocii Itali Car. V. Imperatoris; injuſtè idem fit & contra fœdus. Adhæc loquimur de renunciatione licita, neque dubium eſt, poſſe fœdus communi fœderatorum conſenſu, etiam citra omnem cauſam, diſſolvi, dummodo, ſi plures ſint fœderati, conſentiant omnes, quia hæc res de earum numero eſt, in quibus agitur de jure particulari omnium, & ſic requiritur fœderatorum unanimis conſenſus.

Nec renunciatio invito ſocio facta jure Gentium admittenda eſt, ſi non adſit juſta cauſa, adeoque nemo fœderatorum regulariter pacem facere poterit cum hoſte invitis ſociis; cui bono enim, ſi ipſo jure fœdera habent indiſſolubilem naturam, donec finiatur bellum, apponi ſolet pactum inter Reges vel Principes, ne quis ſeorſim faciat pacem cum hoſte, uti contigit in fœdere Uladislai, Hungariæ Regis, aliorumque Principum Chriſtiani Orbis, adverſus Amurathem Turcam; ſic noſtra ætate idem docent exempla, de quibus, ne contra Taciti monitum nimis ex propinquo judicemus, diſſerere nolo. (N.26.) Tutius capitulis fœderum aut pacis inſeritur clauſula: nequis alterius hoſtes pecuniâ, milite, commeatu &c.

adjuvet, quò magis appareat, ſi quid contra fiat, fœdus rumpi aut pacem violari. Ita præter Vett. fœderum Romanorum formulas exemplum extat in Inſtrumento Pacis Cæſareo-Gallico verſ. & ut eò ſincerior &c. ubi pacto hujusmodi & obligatione reciprocâ, de non juvandis hoſtibus, Imperatoris & Regis Gall. amicitia magis conſtabilita legitur; quod ſi non obſtante pace aut fœdere, licitum eſſe debeat, aſſiſtere hoſti, id ipſum oportet eſſe ſpeciali pactione expreſſum; ut in d. verſ. circ. fin. ubi aut Galliæ, aut HiſpaniæRegem extra fines Imperii auxilia mittere, ſalvâ cum illis Coronis Pace Germanica, permiſſum fuit Imperii Statibus. (N. 27.) Atque hæc eſt renunciatio fœderis tacita, quæ diſtinguitur à rupturâ: Et renunciatio tempeſtiva vel expreſſa, vel tacita, de quâ hactenus, liberat etiam renunciantem: Quid de intempeſtiva? Id quod de ruptura dicendum arbitror, liberari ſocium, cui ſit talis renunciatio, non ipſum intempeſtivè renunciantem, add. ſ. utrobique ratio eſt. Quid verò, ſi quis fœderi non in totum, ſed in parte tantùm renunciet, paratus cætera capitula ſervare? Totum illud, ut in caſu rupturæ, pendet à voluntate alterius ſocii, qui compelli non debet, ad dividenda fœderis puncta, quæ ſingula habent vim conventionis. (N. 28.)

Solvuntur etiam fœdera per non uſum, maximè accedente longi temporis intervallo; viden-

dentur enim partes tunc tacitè receſſiſſe à lege fœderis, ſi ſuo jure ex fœdere non utantur, præſertim cum forte indiguerint mutuis auxiliis, nec pars altera alteram hoc nomine accuſet de contraventione, qua ex re contraria voluntas, vel diſſolutio fœderis tacita colligi poterit, nec opus eſt immemoriali tempore ad hunc effectum, ſed ſimulac conſtat de non uſu fœderis, indigentiâ auxilii, & ſilentio partium, ſufficientes jam ſunt conjecturæ, cumprimis aliquo temporis, licet non immemorialis tractatu accedente, ex quibus contraria iſta voluntas poſſit oſtendi. Adverſus illos, qui Principum auribus inſuſurrant, fœdera ex utilitate tantùm metienda, & tamdiu obſervanda, quamdiu è re eſſe videantur; cæterum, ſi alia emergat publica rerum facies, & ſperatæ utilitatis ratio evaneſcat, rumpenda rurſum atque diſſolvenda eſſe; cum M. Tullio Cic. rectè dixeris? verè utile nihil eſſe, quod non ſit honeſtum, (N.29.) quæ enim reliqua eſt in genere humano fides, ſi penes tanta Culmina & in tantis negotiis non eſt? An fidem etiam ex vita & cœtibus hominum larvati politici proſcriptum eunt? ſed nulla ſupererit conſervandæ ſocietatis humanæ ſpes, quæ fidei fulcro nititur; quod ſi & hanc ſolutam & excluſam malint, quàm portentoſam illam fidem, ac fœdera non ſervandi licentiam, nihil reliquum eſt, quàm ut tandem ex hominibus ſocialibus naturâ, diſſoluta à fundamentis

tis humana ſocietate faciant non homines,ſed beſtias (N.30.) Urgebant Romani,ſub initium belli Punici II. Saguntinos ſocios contra fœdus violatos ab Annibale & Carthaginenſibus; hi reſp. eos tempore icti fœderis Romanorum ſocios nondum fuiſſe, atque adeo non comprehendi ſub fœdere, quæ interpretandi fœderis quæſtio novo bello cauſam dedit; ſed (N.31.) pro Römanis ferendum judicium duplici ratione,quòd generaliter & ſine reſtrictione ſocii utriusque partis in fœdere excepti fuerint, ne ſc. ab altera parte bello invaderentur; dein, quod ſalvo fœdere licuerit novos ſocios adſciſcere,quos in fidem receptos non defendendi iniquum fuerit. Secundum quæ dicendum, fœderis interpretationem, quoad perſonas eſſe bonæ fidei, & comprehendere ſocios tàm præſentes, quàm futuros: Si generaliter in fœdere de ſociis utriusque partis cautum ſit. Verùm quomodo Grotii diſſentientis argumentis reſpondendum, latius leg. D. Text. (N.32.)

Naturæ pacis adverſatur, contractum eſſe precarium & tolerantiæ nomine appellitare, cujus genius eſſet,ex arbitrio eam revocare,& pacificatores ſemper dubios ſuſpendere. (N.33.) Fini Pacis contrariatur,ſi ſimulatur tantùm ceſſatio hoſtilitatis, & opportunum tempus ad reaſſumenda arma avidè expectatur. Funeſta tamen etiam nonnunquam pax ſit

prop-

propter adjuncta ei vitia; producit enim licentiam & libidinem, & in deterius bellum nos ſæpe conjicit, exemplis Syllæ, & Marii, teſte Fr. Petrarcha Dial. 160. de Pac. & Induc. lib. 1. c. 1. Sic & Gallia, cum primùm pacem cum exteris colere cœpit, inteſtinis diſſidiis aliquoties jactata eſt. Fœderati etiam per pacem excludi ſolent. Hinc cùm Lud. XI. videret confœderatos hoſtes non facilè poſſe ſuperari, pacificandum ſibi omninò duxit: Quo facto, domum diſcedentibus ſingulis primò Biturigum, poſtea Britannum vicit, & à Caroli partibus alienavit. Com. lib. 1. Sed omnes hiſtoriæ abundant hujusmodi exemplis. Securitas oritur ex pace, & bellandi artis deſuetudo, in mollitiem etiam diuturnæ pacis quiete deflectitur, ut labores belli, ne ſumma quidem neceſſitate id flagitante, obire velimus. Conſil. Petr. c. 1. Meter. lib. 14. de Hiſpanis: & de Romano Gallo ap. Thuan. lib. 106. Pacis etiam inconſtantia non parum moleſtiæ adfert, quæ exinde oriri ſolet, quod Pax metu extorta ſit, teſte Bodino lib. 5. c. 6. Solet etiam hoſtis pace factâ alios aggredi, quo facto aut partes noſtræ interponendæ, aut auxilium alteri ferendum, ne & nobis formidabilis evadat hoſtis. Com. lib. 2. & Polyb. lib. 2. Reliquis etiam malis à prudentioribus non difficulter occurri poteſt: Licentiæ quidem ac libidini, ſi L.L. & diſciplinæ vinculis eas coërceamus, rebellio militum

præ-

præpeditur, iis in colonias deductis, nec uno in loco dimiſſis, nec privil. Ducibus autem ſalario è publico conſtituto. vid. Bodin. lib. 5. c. 5. Mollitiem propulſare à civium animis perpetuum bellum, vel metus belli, exercitiaque poterunt. Bod. c. l. Securitati conſul. ſi certum Bellatorum numerum retineamus: quod & apud Turcas in uſu eſt, qui Janizaros ſuos à primis cunabulis bellicis artibus & laboribus graviſſimis ferendis, aſſuefaciunt, & perpetuo ſtipendio tàm pacis, quàm belli tempore alunt: vel emeritos Milites in vacantium ſeu caducorum bonorum poſſeſſionem mittamus. App. lib. 1. & 5. B. Civ. Si pax turpis ſit, ne minuatur noſtra exiſtimatio metuendum eſt: cum verò, ſi res integra amplius non ſit, excuſanda pax, inprimis, ſi ſocios noſtros pax facta offendat; quomodo Franciſcus Gall. Rex ſe excuſat ob pacem cum Turcâ factam in Conventu Principum, illudque factum publicè excudi jubet, apud Sleid. lib. 9. aut corrigenda errata aliis modis, quos indicat fuſius Brunnem. d. tr. diſſ. 9. th. 12. in fin. & paſſ.

Pax ſuſpecta eſt, quando probabilib9 ex cauſis metuitur ſubleſta hoſtium fides in ſervanda pace: cujus potiſſ. cauſas has adduci ſuadet ratio. 1. Perſpectam hoſtis perfidiam: 2. Vatinianum odium: 3. Articulorum ab hoſte poſitorum obſcuritatem & ambiguitatem. Ad eximendos ergò ſuſpicionis ſcrupulos, 1. ſub cly-

clypeo pax tutiſſima: 2. Sponſores fidei aſſumendo Magnates: Sic Condæus à Reg. Gall. anno 1562. Cæſarem, Imperii Proceres, Regem Hiſpan. Angl. & Scot. Reg. Sabaudiæ Ducem, & Remp. Venetam cum Helvetiis, ut intervenirent, & ad majorem pacis firmitatem ſatisdarent, fidejuberentque rogavit. (N. 34.) 3. Obſides imperandi. 4. Solent urbes etiam tradi ſecuritatis gratiâ: id quod in Gallia frequentiſſimum, quò minus hoſtis fidem fallere, ſi velit, poſſit: (N. 35.) 5. Penſio annua imponi: aut 6. juramento; quâ fidei formulâ Imperatorem & S. Imperii Rom. Proceres, ad Conſtitutionis in Comitiis Auguſt. anno 1566. de Relig. Pace introductæ obſervantiam ſeſe adſtrinxiſſe, Hiſtorici & Politici notant: (N. 36.) Aut. 7. Matrimonio pacta fulciri; Sic, noſtro tempore, Philippus IV. & Ludovicus XIV. Reges Hiſp. & Gall. (N. 37.) Stabiliſſ. verò pignus juſtitia, & vicinorum amicitia.

Contrariatur Arbitro I. mala ſuſpicio, ſi ſcilicet ab hoſtibus accerſitus, aut cum hoſtibus armatus, proque iis propugnare paratus. II. Alicujus juris ſibi arrogatio: III. In unam partem nimia propenſio, aut ſi proprium principaliter commodum ſpectetur; idem conſiliis Gallicis exprobratum. (N. 38.) IV. Dolus; vel enim in ſpeciem Arbitrium ſumit, ut partem adverſam aut hoſti tradat, aut planè occidat; vel ut illam invadendi occaſionem arripiat;

piat; vel ut cum altero ſe conjungat; vel ut acrius inter ſe committat. Nolle verò admittere Arbitrum nimis periculoſum, exemplo Henrici Brunſvicenſium Ducis, de quo latè poteſt videri Horleder. (N.39.) niſi aliquo aſtu eludatur, quod varias ob cauſas interdum neceſſarium. (N.40.) Mediatio etiam ſuſpecta redditur ex protelatione negotii: Romani hoc artificium ſcitè adhibuerunt controverſiæ Maſaniſſæ & Carthaginenſium, quod cenſet tempori aptum fuiſſe Livius. (N.41.) Imò etiam Mediatorum Miniſtri ex juſta ſuſpicionis ratione poſſunt rejici; Exemplum nuper præbuit Galliarum Rex Ludovicus XIV. qui Pontifici Mediatoris partes in Tractatibus Pacis Noviomagenſibus ſubituro per Legatos remonſtravit, ne hominem à Cardinale Altieri, ejusque nutu dependentem ad eos Tractatus mitteret, ſed præclarum aliquem inſignioris auctoritatis. Ecce Reg. Maj. non adverſus Mediatorem, ſed Miniſtrum Mediationis in eventum proteſtantem. Unde ſequitur, conſenſum in Mediatorem ipſum, non etiam conſenſum in ejus Miniſtros; & certè videri poterat perſonæ induſtria electa, ne alius ea in re ſubſtitui vel actu Mediationis fungi poſſit. (N.42.)

Vidimus hactenus etiam rejectæ ſuſpectæque Pacis, inter alia contraria, materiam, quæ, ut plenius illuſtretur, de dolis Pacis, violata, & rupta Pace, vel induciis ſingulariter & breviter adhuc

adhuc agendum duxi. Nam primò multi, præſertim, qui antehac in bello ſuccubuere, ideo Pacis mentionem facere ſolent, ut victorioſo hoſti moras objiciant, & interea, dum de Pace agitur, vires ſuas recolligere poſſint. (N.43.) Pacis etiam interdum fit mentio, ut ſecurꝰ reddatur hoſtis, & ſpe pacis belli curas ſeponat, ſecurius enim bellum Pace dubiâ, ſecundum inſcriptionem numi cuſi à Provinciis fœderatis. (N.44.) Multi quoque ideò Pacem obtendunt, ut hoſtium Duces occaſione Colloquii vel Pacificationis captos, in ſuam poteſtatem redigere, & perimere poſſint. (N.45.) Nonnunquam ideo Pacis fit mentio, ut litium ſemina inter fœderatos ſerantur, unus adverſus alium inflammetur & disjungantur, ortâque ita inter illos diſcordiâ, ſuis ipſorum viribus proſternantur. (N.46.) Quandoque ex Fœderatis aliquis ideò cum hoſte de Pace agit, ut confœderato ſuo Principi metum incutiat, & ſibi proſpiciat, reque aliqua, quam hactenus concupivit, nec tamen confœderato Principi extorquere potuit, facilius potiatur. (N.47.) Non rarò & hoc fine inſtituitur Pacificatio, ut Princeps eò faciliùs & compendioſiùs voti compos fiat, & ita Pacem faciat, non ut hoſtis Pace fruatur, ſed ut hoſtem in ipſa Pace perfidè inſidiis circumveniat, & opprimat. (N.48.) Interdum etiam ideò induciæ panguntur ad aliquot annos, non ut interea de pace agi poſ-

ſit, neque ut ſubditis reſpiratio detur à bello, ſed ne hoſtes ad arma penitus aſſueſiant, verùm conceſſa iis quiete ab armis ad Pacis artes animos adjiciant. Quidam verò de Pace agunt, ut interea conſilia ſua de ratione belligerandi cum aliis communicare, & ab aliis de eo, quod agendum ſit, informari poſſint. (N. 49.) Porro, ſicuti bellum jubere & indicere, ejus tantùm eſt, cujus eſt ſumma Majeſtas; ita Pacem inire non niſi ſuæ Majeſtati eſt ordinariè: quorum opera verò Princeps in conſtituta Pace utitur, Miniſtri & cauſæ inſtrumentales Pacis dici poſſunt. Quare & hîc non raro fraus adhibetur, cum is Pacem facere non dubitat, cui tamen non eſt poteſtas Pacem faciendi; idque eo fine, ut hoſti ſimulatâ Pace imponat: Id fit 1. ſi Dux aliquis belli ſe paciſci cum hoſte ſimulet, in cujus tamen poteſtate non eſt, ut ſaltem præſens periculum declinet. (N. 50.) Aliquando Pax ſancitur, vel de Pace agitur ab iis, quibus quidem mandatum eſt à Principe Pacem ſancire; penes quos tamen non eſt & plenaria poteſtas Pacem quavis conditione ſanciendi, licet hanc poteſtatem ſe habere profiteantur. (N. 51.) In forma ſive modo agendi de Pace ſæpè dolosè & fraudulenter procedunt Pacificatores: Nam quidam impares ſe tot fœderatis & hoſtibus videntes, Pacem tamen generalem & univerſalem cum omnibꝰ fœderatis ſanciendam noxæ ſibi futuram exiſtimantes,

tes pacis, amorem egregium prę ſe ferunt, ita tamen ſe gerunt, & de Pace tractant, ut particularem & ſpecialem Pacem tantùm contrahant: quo modo ſingulos vincunt, quos univerſos non poterant. Exempla ſatis multa & paſſim obvia. (N. 52.) Quidam actionem Pacis datâ operâ protrahunt, & moras ſtudioſè nectunt, noluntque fateri, Pace ſe adeo indigere, ut ab hoſtibus tædio belli & moræ diuturnæ delinitis, conditiones, quæ in rem ſuam maximè ſint, extorqueant. (N. 53.) Multi priusquam actio Pacis inſtituatur, ſplendidis & variis promiſſis onerant homines, talesque Pacis conditiones offerunt, quæ in ſpeciem ſunt plauſibiles, quas tamen in ipſa Tractatione Pacis callidè ſolent diſſimulare, & alto ſilentio præterire: aut ſi ab hoſte earum mentio injiciatur, & ut iis conditionibus Pax ſanciatur, poſtuletur, variis tergiverſationibus & cavillis uti norunt. In ſpeciali Pacificatione ſolent quidam plauſibiles & ſpecioſas aliquibus fœderatis proponere Pacis conditiones, non ut iſtis conditionibus Pax cum omnibus ineatur, ſed ut ſpe æquæ Pacis reliquos etiam fœderatos ad Pacificationem pelliciant: In Pacis actionibus multi in ſpeciem ſaltem aliquid promittunt, & juramento confirmant, hâc excuſatione poſtea utentes, quod metu vel neceſſitate coacti fuerint ad hoc vel illud promittendum, quamvis bonū Principem non deceat tali execeptione

uti. Atque hi fallunt, dum ſeriò id non agunt, quod agere ſe ſimulant. Nonnunquam cùm ſubſcribendum eſt articulis, litera, ſyllaba, vox aut ſententia inſeritur, quæ ibidem antea non continebatur. Multi fidei violandæ occaſionem in ſubtilitatibus & ambiguitatibus vocum & ſententiarum, apicibus item literarum quærunt, atque adeò in vocibus & articulis ludunt. Multi fallunt alios & decipiunt, dum datâ operâ membrum aliquod omittunt vel exterminant, quod tamen addi debebat. Paciſcitur etiam interdum Princeps neceſſitati cedens vel periculo, talem rem, quam ipſi paciſci non licet, aut ſibi non licere Princeps exiſtimat. (N.54.)

Dolos pacis ſequitur de pace violata ac rupta materies; doli pacis enim violationem ac rupturam ej9 cauſantur: Nova cauſa belli verò ei finem imponit. Inter quæ duo multũ eſt diſcriminis, indeq; duas differentias notat Groti9 (N.55.) Violatur pax agendo contra id, quod eſt de ſubſtantia pacis in veteris controverſiæ compoſitione, & mutua injuriarum remiſſione, aut quod ineſſe intelligitur jure, aut quod in pace expreſsè vel facilè convenit. (N.56.) Violatur autem pax vel ab eo, qui pacem ipſe iniit, vel à fœderato, vel à ſubditis. Num verò rupta Pace fidejuſſores vel Principales ſint conveniendi? Poſterius nobis experientia, & Juris-Conſultorum rationes dictitant, quia nemini officium

officium ſuum debet eſſe damnoſum. (N. 57.) Quam ſententiam Tuſchus (N.58.) defenſat, qui durius agi ſtatuit, aliquem pro alieno delicto puniri, & Principalem potius puniendum, fidejuſſorem excuſari: (N. 59.) & ita etiam Vulpell. (N.60.) quod alteri per alterum conditionem, quam inferri nefas ſit, nec diſpendium quis pati teneatur, unde videatur præmium meruiſſe. (N.61.) Si itaque pactis non ſteterit Principalis, poterit læſus appellare; fidem fidejuſſoris, ac violatam pacem armis juſtè vindicare; & fidejuſſores tenebuntur ſuas cum læſo conjungere copias. (N. 62.) Cauſæ impulſivæ violationis præcipuè ſunt: Spes lucri, pœnitentia, & aliorum perſuaſio &c. Effectus pacis violatæ eſt certiſſima divina ultio: pœnæ jactura; ideoque occaſiones omnes, quæ hoſtem ad violationem pacis invitare poſſunt, vitandæ; & violatâ etiam pace honeſtius alter, quamvis à nexu pacti ſolutus ſit, ab armis abſtinebit. Sæpè autem ſine violationis infamia clauſula paci interponitur, ubi tamen plerumque culpa argui poteſt ejus, qui enſem primus evaginat. Semper autem culpa ejus eſt, qui novo bello cauſam dedit, licet non habuerit animum violandi. Horum exemplis omnes refertas eſſe hiſtorias tr. Brun. (N.63.) Rumpere verò pacem num omnes illi rectè dicantur, qui ex nova cauſa offendunt vel invadunt adverſarium? Neg. communiter Dd. copiosè

adducti à Maſcardo (N. 64.) quod omnes conventiones intelligantur ſub clauſulâ: rebus ita ſtantibus &c. An autem offenſa facta præſumatur ex nova vel antiqua cauſa? Prius affirmat. (N. 65.) hicque clauſula rato mente pacto, ad favorem rumpentis nihil operatur; (N. 66.) neque promiſſio de non contraveniendo paci obligat, quoad cauſas futuras: (N. 67.) ne quidem, ſi adſit pactum expreſſum; (N. 68). debet tamen hoc ipſum intelligi, niſi partes alia remedia vindicandi offenſiones tali pacto adjeciſſent: veluti, ut controverſiæ futuræ per arbitros decidantur, quale quid placuit in pacificatione Oſnabrugi §. Pax vero. & §. Et nulli. qua ſpecie, non puto, licitum eſſe pacem rumpere, ne quidem propter offenſionem poſtea factam, quousque ſcilicet diſceptationi judiciali locus detur; quod æquum cenſuit Spartæ Archidamus Rex, in deliberatione de bello contra Athenienſes. Idque in illis caſibus quàm maximè obtinet, ubi communi conſenſu judicia quædam ad graviores controverſias decidendas generaliter ſunt conſtituta, ut apud Græcos conſeſſus Amphictionum. (N. 69.)

Ut verò Pax rupta cenſeatur, non ſufficit ſimplex qualiscunque offenſio, ſed requiritur talis, quæ ſit expreſsè contra capitula Pacis; & hûc idem illud pertinet, quod aliud ſit, Pacem rumpere, aliud novam cauſam bello præbere. (N. 70.) Cæterum ad infligendam pœnam

Pacis

Pacis conventionalem duo requiri, nimirum, contraventionem & dolum contravenientis. In contraventione verò iſthac iterum duo conſideranda, ſcilicet factum Paci adverſum & ejus injuſtitia. Pœnam autem Pacis conventionalem offenſus, qui viciſſim offendit, petere nequit: neque Pacis ruptæ pœnam contraveniendo quis ſæpius incurrit, niſi aliud in Pacificatione expreſſum, adjectâ forte clauſulâ, toties commiſſum iri pœnam, quoties fuerit contraventum. Pœnaque illa ruptæ Pacis ad hæredes & fidejuſſores rumpentis pariter transfertur; neque illa regula, quod pœnales actiones in hæredes non transeant, valet circa publica negocia Regum, Gentiumque, cum ſit meri Juris poſitivi, & diverſa ratione nitatur. (N. 71.) Neque ſimplici vice noſtra ætate armiſtitium fuit ruptum, violatumque: Sufficiat pro confirmatione adduxiſſe Aſiaticum tyrannum, Turcam, qui quidem ad annum 62. duraturas Inducias cum Hungaris pepigit, ſed barbara levitate ante tempus, videlicet anno 60. eas reſcidit. At ſicuti violata fides nulli unquam profuit; ita & hæc ipſa ruptura non multum illi profuit? (N. 72.) Univerſalitati Pacis itidem adverſatur, excludere confœderatos & ſocios: Hæcque cauſa fuit, quod anno 59. Sereniſſ. Elector Brandenburg. noluerit ſolus cum Suecorum Rege, & excluſo Rom. Imperatore pacem inire, (N. 73.) quia contra

honeſtatem facit, ſi ſpe privati commodi in particularem pacem conſentiret. Similiter Rex Daniæ pacem particularem & excludentem fœderis ſocios,tanquam contrariam Regiæ conſcientiæ, datæ fidei honori, famæ atque promiſſis conſtanter improbavit. (N.74.) Et, quod omnium maximum, Paci adverſantur peccata contra Deum proximumque commiſſa; indeq; populi pacis bonitate privantur, vel nimia felicitate,vel injuſtitia, vel promiſſorum violatione, vel ſuperbia, vel Conſiliariorum turbidis perſuaſionibus, vel Clericorum intempeſtiv. Zelo,vel aliis peccatis &c. &c.

Nunc circa ſuperiorem effectum ſecundarium Pac. cujus primùm injicienda fuiſſet mentio,primò tenendum, quod hac Pacificatione ex parte Regum, Regnorumque Sueciæ & Galliæ,comprehendantur qui voluerint, Reges & Principes ante concluſionem Tractatûs nominandi: ratio, quia ad tractationem, quando Pax rupta cenſeatur, maximè oportet conſiderari, quinam pace comprehendi videantur. (N.75.) Quod ſi poſt Pacem hanc initam contigerit,ulli partium,ea, quæ in ſupra dictis articulis promiſſa ſunt,non ſervari,teneantur Reges, Regnaque Sueciæ & Galliæ, atque univerſi Statùs Imperii, junctis cum parte læſa conſiliis viribusq; arma ſumere, ſine mora aut tergiverſatione, ad repellendam injuriam, ſtatim atque poſt menſem, ex quo fuerint ab in-

juri-

juriam paſſo, moniti. Et hæc etiam aſſecuratio fuit transactionis Paſſavienſis §.36. pag. 20. & §. Darmit auch hierinnen &c. pag. 22. cum ſeq. & §.30. quia hæc contractuum natura & ratio requirit; (N.76.) ratio rationis, cùm Imperator, Reges, notoriè obſtricti ſint fidem hoſti datam omninò ſervare, per rationes & exēpla à Dan. Ott. prolata; (N.77.) fallenti verò fides ſervanda non eſt, etiamſi jurata, ſecundum illud πολυθρύλλ.

Fallere fallentem, fraudemque repellere fraude,
Exemploque licet ludere quemque ſuo!

Conſulatur tamen heîc iterum Beſoldus (N.78.) In horum omnium & ſingulorum fidem, majusque robur, Inſtrumenta Pacis, manibus & ſigillis utriusque partis Legatorum munita, ſtatim hôc mutuô extradantur, eorum ratihabitiones à Regibus Sueciæ, Galliæque, & eorum fœderatis, tùm ab Imperatore & Ordinibus Imperii, ut moris eſt ſignatæ, intra Menſ. à dato-commutentur, has denique commutatas publicatio, & executio Pacis excipiant & ſequantur. Sed quæritur: ſi Pax inter aliquos conveniſſet ſub promiſſione, quod confœderati abſentes ratam illam habituri eſſent, an uno abſentium offenſo ante ratihabitionem, fides rupta & pax violata dicatur? Negatur: quis enim non videt, abſentibus quidem hoc

modo ante ratihabitionem offenſionem permiſſam, paciſcentibus autem interdictam judicari? quam inæqualitatem nec bellici negotii ſimplicitas, nec natura bona fidei contractuum admittit. (N.79.)

De executione Pacis hæc habet D. Pufendorff. (N.80.) Circa Execut. Pacis parùm difficultatis erat, niſi, quod Ordines in locis reſtituendis non ſolum machinas tempore occupationis ibi repertas & adhuc extantes, & fuſione renovatas relinqui vellent, ſed & abductas iterum eodem reponi, quorum hoc Sueci abnuebant. Circa priores Evangelicis cumprimis ſpes erat, Reginam, quæ aliàs machinis abundaret, facilè conceſſuram; quod ſi tamen illas uni vel alteri concedere nollet, facile erat ante vel ſtatim poſt concluſam pacem easdem inde dimovere, Idem hæc quoque de Ratificatione Ordinum ſententia ſuggerrit: Super Ratific. Ordines judicabant, redimendo tempori Cæſareis atque regiis Legatis, allubeſcente jam propius Pacis ſpe, in anteceſſum à Principibus ſuis generale Inſtrumentum Ratificationis petendum, cui totam pacem, uti hactenus ſolitū, ad verbū inſeri non ſit neceſſum, ſed duntaxat ſpatium pro die & numero capitum relinquendum. Quia etiam hactenus placuerat, intra 3. menſes Pacificationes hinc inde trahi, ac poſt ſemiſtre Comitia haberi, pleriſque moleſtum videbatur Oſnabrugæ

per

per 3. menſes otioſè deſidendo Ratificationem expectare; cum poſt domum reverſis non niſi trimeſtre ſuperfuturum ſit adornandæ ad Comitia profectioni, ubi forte iterum per annum unum & alterum penatibus ſit carendum. Igitur viſum eſt Ordinibus, poſt ſubſcriptam Pacem conventum ſolvi, quia tam Regina, quàm Cæſar, & Galliæ Rex Miniſtros ſuos Hamburgi haberet, heic Ratificationes permutari. Circa Ratificationem Ordinum ea difficultas movebatur, qua ſi à ſingulis ſolennis Ratificatio, cui univerſæ pacis LL. inſcriptæ forent, edenda ſit, nimius Inſtrumentorum numerus ſit futurus; nec tamen congruere, ut unicum Inſtrumentum per totum Imperium ad omnes Ordines circummittatur. Unde placuit Ordinibus, ut Ratificatio ad proxima Comitia differatur, vel ſuper certa formula Plenipotentiæ pro Legatis conveniatur, à Principibus adprobandæ, per quam Legatis facultas detur non ſolum tractandi & concludendi, ſed & Nomine Principum ſuorum ſubſcribendi & ratificandi. Nec eò ſecius proximis Comitiis Pacem ad modum Pragmaticæ Imperii ſanctionis Receſſui inferendam. Quorum poſterius Reginæ non diſplicebat: ſed prius velut ſibi, aut Succeſſoribus parum tutum, repudiabat; ſolennem Ratihabitionem circa prævium pactum neceſſariam viſam, multò magis circa principale negotium eandem requiri. Neque vero Ratificatio-

cationem in anteceſſum formari poſſe, ut poſt Inſtrumentum eidem inſeratur, cui propter prolixitatem vix idoneum ſpatium relinqui poſſit. Quia porrò Reginæ conſtabat, quid difficultatis circà Ratificationem apud alios tractatus extiterit, ubi minus cavillationum deprehenſum fuit, ut ſæpè in unico vocabulo negotiū hæſerit: igitur Legatos ſuos jubebat, ſtatim poſt concluſam pacem in loco Tractatuū cum Cæſareis & aliis, quorum interſit in certam ratificandi formulam convenire, ut in Suecia nullum verbum inſeri opus ſit, quod in dubium vocari queat. Tum, ut Pace concluſa & ſubſcripta Inſtrumentum Ratificationis cum exordio & clauſula, prout conventum fuerit, inſerto toto Inſtrumento Pacis adornetur, cui ab ſe nihil amplius addendum reſtet, quàm ut prælectum propria manu ſubſcribat, ac Sigilla Regni adpendat. Iidem quoque vetabantur Oſnabrugâ diſcedere, antequam Ratificationes hinc inde traditæ forent: idemque ut facerent Ordinum Legatos monendos, ſi Pacis ulla cura exiſteret. Quid, quò mora iſta minus tædioſa eſſet, dempto uno menſe, tempus Ratificationis duobus menſibus definiebatur.

Ulterius Idem de Ratificatione Pacis. Perlato Pacis Inſtrumento, ſtatim de Ratificatione ſermo injectus eſt, Cæſareis & Ordinibus Imperii contendentibus, ad majorem Germaniæ ſecuritatem Ordinum quoque Sueciæ, aut ſaltem Sena-

Seṅatus Regni Ratificatione opus eſſe. Id quod pace inter Cæſarem & Danum factum. Nam ſi forte poſt obitum Reginæ ad electionem res redeat, incertum eſſe, num Succeſſor hac Pace teneri velit? Et quia Ordines Imperii ſimul cum Cæſare ſubſcribunt, par eſſe in Suecia idem fieri. Unde poſtulabant, Ratificationi præſenti hanc conditionem addi, ut proximo Conventu Ordinum Regni hæc Pax firmetur. Enimverò demonſtrabant Legati Suecici, in Suecia moris non eſſe, excepto, ſi cum Danis negotium ſit, ab alio, præter Regem ejusmodi concluſo ſubſcribi. Unde à Regina poſtula-latum haud iri, quæ ipſius Eminentiæ fraudi ſint.

Idem tandem ſubjicit: Suecos ſubſcriptionem in Gallorum gratiam diſtuliſſe. Inſtabant deinde Ordines apud Suecos, ut transactis nunc omnibus, majoris cautionis ergo ſubſcriptio ſuſcipiatur; ad quam Cæſarei parati ſint. Sed monuerat Servientus, omnia, quæ ſpeciem diviſionis inter Reges habeant, declinanda: ac eam præcipuam fuiſſe cauſam, quare Cæſarei præter ſolitum tam faciles Suecorum poſtulatis ſe nunc exhibuerint, ut hos ad Galliæ commoda negligenda pellicerent. Eoque Suecici tantò magis Gallicos Tractatus abſolvi hortabantur, quo utraque Pax ſimul quamprimum ſubſcribi poſſet. Sed à Cæſareis proponebatur, ut in exemplo à ſe Suecis tradendo

Cæ-

Cæſaris duntaxat & Imperii in Pace comprehenſi fœderati, Reginæ autem Socii in eo, quod ab ipſis expectarent, exprimerentur: tùm ut Cæſareum Inſtrumentum à ſe ſolis, Suecicum ab ipſis obſignaretur. Reſponſum à Suecis: rem jam conventam mutationem non admittere. Diſputabatur quoque, num utrinque Legatorum Plenipotentiæ ſub finem Inſtrumenti adjungendæ ſint? Id quod Sueci circa id, quod à Legatis ſubſcribendum erat, conveniens judicabant. Sed ut eædem Inſtrumento ratificando inſereretur, ſuperfluum viſum. Id Serviento datum, ne Inſtrumentum Pacis membranâ deſcriptum prius ad Reginam transmitteretur, quàm Gallica quoque Pax perfecta foret. Præterea conſtat, poſito etiam ſpeciali mandato in negotio tanto ſubſequi ratihabitionem, exemplo Scipionis Africani, qui licet juſſu populi Rom. cum Carthaginenſibus arbitrio ſuo fecerit pacem, nihilominùs pax iſta poſtmodum auctoritate Senatûs ſpecialiter eſt approbata & firmata; quod & factum à partibus pacificantibus in Conventione Oſnabrugenſi & Monaſter. Nec ea res ratione caret; nam Legati & Plenipotentiarii Regum & Poteſtatum, etſi habeant mandatum ſpeciale de pace ineunda; tamen varia poſſunt eſſe Pacis capitula ſpecialiter non demandata: ratio rationis, quia mandatum Pacis ſpeciale non includit parem ſpecialitatem, quoad

omnia

omnia Pacis capitula, in quibus, quia partium Principalium ſummè intereſt, cuncta tenore inſtructionis actitata eſſe, haud immeritò ſpecialis deſideratur ratihabitio, cum & in privatis cauſis mandatum cum liberâ non præcisè inferat donandi poteſtatem. (N.82.) Sed quomodo ratihabitio fiet? Verbis pacem ratam haberi poſſe, ac per ſolennia Inſtrumenta invicem extradenda, dubium eſt nemini; isque modus in pace etiam Germanica antehac fuit obſervatus. d. §. Pacem. An verò & quatenus factis Pacis ratihabitio procedat? ut de regula dubitandum non eſt, poſſe nimirum pacem facilè & factis ut expreſsè verbis, ratam haberi, in effectu & quantum ad vim obligandi nil interſit ſuffragio, an factis ſuam populus declaret voluntatem, ſi facta non quælibet ejus ſunt virtutis, ſed illa demum quæ tacitum conſenſum concludenter inferunt; quæ res diligenter diſcernenda eſt, cum momentum tacitæ ratihabitionis ab ea pendeat. (N.83.) Unde autem colligamus intentionem Pacis, ſi partes terminum ad quem expreſſerint? Reſpondetur 1. id colligi ex verbis paciſcentium, ſi in capitulis compoſitionis dicuntur ſe pacem facere ad tantum vel tantum tempus; adeò enim favorabile eſt hoc negotium, ut magis pacem, quam inducias intelligere debeamus? & tempus adjectum potius nihil operetur, quàm ut pacis perpetuæ naturæ converſione

in-

in temporales inducias deroget: dein aliis circumſtantiis idem animadvertere licet; quale eſt exemplum in Pace Imperatoris noſtri cum Turcarum Sultano; maximè, ſi expreſſa pactione extenderetur Pax ad vitam paciſcentium, vel ulterius, ut contigit in Pacificatione Henr. VIII. Angliæ Regis cum Lud. XII. Gall. Rege.

Eadem conjectura pro Pace ſumi etiam poteſt ex aliis connexis negotiis, quæ in meris induciis locum non habent. (N. 84.) Incidunt & magnæ de explicandis Pacis capitibus difficultates motæ à Potentioribus, quibus fit, ut armis vix compoſitis denuò concurrant interdum: ideoque in iis explicandis cautos nos eſſe oportet: ſic in Gallia ſæpè Reformatos, invitos licet, ob pactorum interpretationem arma recepiſſe, paſſim teſtatur Thuanus, inprimis lib. 36. Interpretationis menſura eſt collectio mentis ex ſignis maximè probabilib9, verbis ſcilicet, ſi nulla alia ſit conjectura. Illa autem intelligenda ſunt propriè ac ex uſu communi. Sic à Rege Gall. Proteſtantibus cautum eſt apud Thuanum lib. 42. & in Pace Religioſa Germaniæ §. Und ſoll &c. cavetur. Conjecturæ verò ſumuntur vel ex contextu, vel ab effectu, vel à loco & tempore, vel ex materia, quæ ſi favorabilis ſit, latius; ſi ôdioſa, ſtrictius ſumenda interpretatio, vel ex mente illius, qui contractui legem dixit. (N. 85.)

Ar-

Arbitrorum & Mediatorum effectus ſunt 1. ad pacis & pactorum defenſionem obligatio ex naturali ſcilicet æquitate: exemplum ſuppeditat Pax Olivenſis Artic.36. cujus Arbitrium egerat Rex Gall. 2. Honor: hinc æternis mactatur Encomiis Auguſt. Sax. Septemvir, quod diſſidiorum inter Principes & Civitates, quamdiu vixit, tanquam Conciliator & Arbiter rerum Imperii & Moderator extiterit. (N.86.) 3. Nonnunquam invidia aut ſæpius gratia, exemplo Anglici Legati, qui inter Turcas & Polonos ſe interpoſuit. (N.87.) Arbitrorum etiam Legati Principalium ſuorum rationem habituri ſunt, nec ſine aliorum conſenſu unus aliquid debet decernere, rebus autem decretis pacta ſtatim confirmanda. Quæ tractandi ratio eſt Inſtrumentis recentioribus receptiſſima: Exempla V. in Pace Monaſterienſi Germano-Gallica, Germano-Suedica, Pace Pyrenæa, Aquenſi, Bredana, Neomagenſi, & aliis. Planiſſimum omnium verò habetur Pace Olivenſi, Artic.34. (N.88.)

Legationis veræ 4. ſunt requiſita: 1. poteſtas mittentis; 2. Commiſſio peragendi publici negotii; 3. Poteſtas ejus ad quem mittitur; 4. Conſenſus ejus ſive admiſſio Legati. (N.89.) Legationis jus habent & ſupremæ poteſtates & his analogæ: Sic hoc ipſum ſatis deduxit ſereniſſima Ducalis Domus Brunſvicenſis & Luneburgenſis inter Tractatus Pacis Noviomagen-

ſis teſtibus Literis ad Regem Angl. miſſis. Act. & Memoir. de Negotiat. de la Paix de Nimegue, tom. prem. p. 233. & ſeq. Quemadmodum in privatis cauſis negotium aliquod vel ſimpliciter committitur, vel cum clauſula ſub liberâ; ſic ſe res habet in negotiis publicis, qua de cauſa alii Legati vocantur ſimpliciter tales, alii Plenipotentiarii. Sed, cur publici negotii tractandi, peragendive commiſſio requiritur, cum Legationes etiam mittantur ad congratulandum & condolendum? Nam hæc quoque negotia publica eſſe vel publicis connexa videri, quatenus nimirum Regi vel Reipublicæ, ad quem vel quam Legatio mittitur, lætum quid aut triſte acciderit. Mandatum autem ipſum, & concredita forma tractandi, perficiendive negotii, quam inſtructionem vocare ſolemus, valde differunt. Illud enim pro perſonæ, ut loquuntur, legitimatione, quod quis ſcilicet ſit hujus aut illius Regis vel Reip. Legatus, palàm oſtendendum eſt, idq; fieri conſuevit per literas, quas vocant, Credentiales; hæc in arcanis habenda, niſi neceſſitas quandoque editionem aliqualem efflagitaret. (N. 90.) Quantum ad vinculum Juris Gentium regula conſtituenda negativa, ut, ſive adſit juſta recuſandæ Legationis cauſa, ſive non, haud faciat contra Jus Gentium, qui renuit admittere Legationem; quanquam ſi ſine cauſa eandem detrectet, peccet quodammodo contra officium humanitatis;

ratio

ratio eſt in promptu, quia conventio de fœdere, pace, induciis, neutralitate, ſimilibusque negotiis, quorum cauſa Legationes mitti ſolent, eſt meri arbitrii reſpectu Regis vel Reipublicæ, ad quem vel quam mittuntur; nec requiritur aliqua juſta cauſa, ut in perfectionem talis alicujus negotii Rex aut Reſpublica conſentiat; Ergò etiam admiſſio Legationis, quæ ad illum ſcopũ collimat, erit meri arbitrii, præcluſo ſcilicet reſpectu cauſę juſtæ interveniẽtis, vel non intervenientis. Planè Guſtavus Adolphus Sueciæ Rex, inter cauſas belli hanc quoque poſuit, quòd Legati ipſius in conventu Lubecenſi haud admiſſi. (N. 91.) Sed & pro diverſitate Commiſſionis Legati diſtinguuntur, ut alius ſit major, quem nomine Ambaſiatoris indigitamus, alius minor, Convoye.) It. Alius Plenipotentiarius, cui negotium tractandum cum liberâ commiſſum eſt. Diſcernuntur etiam in natos, à latere, & miſſos, quorum illi dicuntur à munere Legationis annexo dignitati; Ergò ſtatim, dum ad dignitatem hujusmodi evehuntur, Legati cenſentur, qualis eſt Archiepiſcopus Remenſis in Gallia: Toletanus in Hiſpania: Cantuarenſis & Eboracenſis in Anglia: Iſti ex recepta ſententiâ dicuntur Cardinales, quod à latere verſentur Pontificis mittentis: Hi denique ſunt reliqui nuncii miſſi. (N. 92.) Von den Miniſtren des zvveyten Rangs, und vver eigentl. diejenige ſeyn, uñ von vvas vvür-

den dieſelbe ſeyn müſſen, an vvelche Ambaſſadeurs pflegen abgeſendet zu vverden? evolv. Mr. de Wicquefort. (N. 93.) Qui de functione eines Ambaſſadeurs in genere: It. mit vvem ein Ambaſſadeur eigendlich negotiren ſolle? vvie und vvelcher Geſtalten? Ob ihme vergönnnt, daſs er desjenigen Hofes Miniſtres beſtechen möge, vvo er zu negotiren hat? It. es ſoll ein Ambaſſad. ſich keines Weges in deſsjenigen Staats Händel miſchen, in vvelchem er zu negotiren hat: Von eines Ambaſſadeurs Staats-Klugheit, Freymüthigkeit, Mäſſigung &c. von den Abfertigungs-Schreiben und andern Staats-Miſſiven &c. von der Mediation, und denen Ambaſſadeurs, ſo beyde Partheyen aus einander ſezzen ſollen &c. von den Tractaten &c. von dem Rapport, vvelchen der Ambaſſadeur vvegen ſeiner gepflogenen Handlung zu erſtatten verbunden iſt &c. von einigen Durchläuchtigen Ambaſſadeurs unſerer Zeiten &c. &c. (N. 94.)

Legati gaudent etiam privilegio fori domeſtico, dum in loco extero, ubi agunt pro tempore Legationis, conveniri non poſſunt, id quod & in Jure Rom. expreſſum eſt, illudque privilegium Originem trahit ab exemptione Jurisdictionis. (N. 95.) De Legatorum Jurisdictione in homines Legationis, it. de Jure aſyli in ædibus Legati, & rectè ea non competere legatis ex Jure Gentium cenſet Grotius, (N. 96.) ſed

potius

potius ex indulto eis, apud quem quis Legatione fungitur; qui enim voluit aliquem fungi munere Legati, præſumendus eſt etiam, ei tantam poteſtatem in homines Legationis communicare voluiſſe, quanta ad expediendam hanc ſpartam requiritur. Cæterum Legatorum officium conſiſtit principaliter in duobus, ſcil. I. fideliſſima publici mandati executione; 2. in reſponſi accepti diligentiſſima notatione ac relatione &c. (N.97.) Von den Audientien-Staats Höffligheiten, mit vvelchen man denen Ambaſſadeurs zu begegnen pflegt, und zu vvas für Curialien ſie hinvviederumb verbunden &c. Von der erſten Staats Viſite &c. Von einigen anderen Staats-Höffligkeiten, &c. vvomit denen Ambaſſad. begegnet zu vverden, oder vvelche ſie einander ſelbſt zu bezeigen pflegen &c. &c. (N.98.) Quid obtineat, ſi Legatus habeat aliud Mandatum expreſſum, aliud tacitum? Nam Legatum ex forma Inſtructionis ſuæ Mandatum executurum, ita, ut ſi per tacitam commiſſionem prohibeatur facere, quod per expreſſum ei erat demandatum, potius tacitæ inhæreat inſtructioni; quanquam eo caſu, ſi Legatus contra tenorem arcani, & juxta tenorem expreſſi Mandati, quid agat, ex veriori ſententia obliget committentem, quia tacita commiſſio reſpectu Regis exteri, cum quo negotium tractatur, habet ſe in modum reſervationis mentalis, quæ conſide-

randa non eſt in humanis actibus, præcipuè publicis, qui nunquam certi erunt, ſi arcani Mandati exceſſus poſſet allegari contra Reges vel Respublicas, cum quibus actum eſt per Legatos expreſſum Mandatum habentes. (N. 99.) Idemque ſine dubio obtinet, quando Reges vel poteſtates invicem mittunt Legatos ad certum locum, ut in Tractatibus Pacis Germanicæ Osnabr. & Monaſterienſis, ac nuperæ NOVIOMAG. ſcilicet propter repræſentationem mittentium. Wann und zu vvelcher Zeit die Function und Verrichtung eines Ambaſſadeurs ihre Endſchafft erreiche? Aud. ſæpe commendatus Dn. à Wicquef. (N. 100.) An denique Plenipotentiariorum actitata ad ſummum præjudicium Ablegantis valeant? N. ex argumento ſimili, quia in privatis cauſis mandum cum liberâ non intelligitur de facultate profundendi vel donandi; nec arbitrium etiam liberè in aliquem collatum aliter eſt intelligendum, quàm de arbitrio boni viri: hinc videmus Plenipotentiariorum actitata à Principalibus committentibus eſſe ratificanda, ut factum non tantùm in antiquâ Rep. Rom. exemplo Scipionis Africani; ſed & noſtrâ ætate in relatis Pacificationibus Oſnabrugenſi, Monaſterienſi, ac Noviomagenſi. (N. 101.)

Tandem de Inſtrumentorum Pacis ſubſcriptione & ſubſignatione variâ variè exequuntur in H.P.W. (N. 102.) Succedant heic rite Luſus

illi

illi Angrammatici, ex Nominibus Reverendiſſ. Excellentiſſ. Illuſtriſſ. Prænobilium, Ampliſſimorumque Dn. Dn. Mediatorum ac Legatorum t. t. in Pacis univerſalis per Europam tractatione Monaſterii atque Oſnabrugi commor. (N. 103.)

FERDINANDUS TERTIUS, DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR, SEMPER AUGUSTUS:

Io ſurge, propter Manſuetudinem amandus, & retrò fuga duri Marti iras.

Surge, quid impoſitas duri fers Martis habenas?
Excute, ſunt vires, conſiliumque Tibi.
Pacis habes artes? niſi manſuetudine vincas,
Martis habes: lenis multa, feroxque potes.
Surge, fuga: ſeu Pace lubet, ſeu Marte; tuorum
Viribus extremis nitere, bella ruent.

IN DN. DN. MEDIATORUM NOMINA.

Programma:

Fabius Chiſius, Legatus à Latere Sedis Apoſtolicæ, & Mediator Pacis W.

Anagramma:

Surge Columba olivifera, pacata alis, hoſtes adi, ſiſtes pietate cordis.

Progr. Aloiſius Contareni.

Anagr. Tu ara in Conſilio es.

LEGATI IMPERATORII.

progr. Maximilianus, Comes de Trautmansdorf, Legatus Cæſaris plenipotentiarius.

Anagr. Leo Dux noſter, pacis nuntius, militiam fuga, pacem ama, & laſſis redona terris.

Progr. Johannes Ludovicus, Comes Naſſovicus Delegatus, Cæſariæ Majeſtatis Plenipotentiarius:

Anagr. Ecce ea ſalus aurea pacis, multis Gentium votis, ſuſpiriisve donata, nonne ſociis læta ades?

Progr. Joannes Maximilianus, Comes de Lamberg Delegatus, Cæſariæ Majeſtatis Plenipotentiarius:

Anagr. O Patrone noſter, tandem abige Martem, pacem elige. Eia tu Salus aliis adſis: anxiis eluce animis.

Progr. Joannes Cran, Delegatus Cæſareus:

Anagr. Eia, Salus nunc de agro arceat enſes.

Progr. Iſaacus Volmarus, Delegatus Cæſariæ Majeſtatis, Plenipotentiarius:

Anagr. Eia Salus aureæ pacis, multis Gentium. Votis ſperata, an ſic lætior ades?

LEGATI HISPANORUM.

Progr. Caſpar Bracamontius, Comes de Peneranda, ſupremum Legationis Hiſpanicæ Caput.

Anagr. Cur non ſuſpendis arma? Pacem genti da pacatus, hoſtium rabiem arce; ne pace ſpolia.

Progr. Joſephus de Bregaigne, Epiſcopus Silvæducenſis, Legatus Regis Hiſpaniæ Plenipotentiarius:

Anagr. Eho veni petitæ pacis anchora, ſpes & ſidus, I ſigno ſpei pelle Gradivi nubila; ſurge ſpes vigens!

Progr. Antonius de Bruen, Legatus Hiſpanicus;

Anagr. An vis? hoſtiles deturba Nunciæ pugnas.

Progr. Petrus à Werins, Legatus Burgundiæ, Plenipotentiarius:

Anagr. Lætus vade, annue propiùs, largire Gentibus tuis petitum.

Progr. Joannes Guierman, Legatus Hiſpanicus:

Anagr. En hic aſylum. Paci annues, ut nos nos erigas.

ELECTORALIS COLLEGII
LEGATI.

Progr. Hugo Everardus Cratſius, Comes, Delegatus Moguntinus, Plenipotentiarius:

Anagr. Tu pacis Angelus es, pugnas nutu contere; Martis vim delude, otio hos ſurrige.

Progr. Henricus Brämſers, Delegatus Moguntiaci Principis & Plenipotentiarius;

Anagr. Surge cite Nuntie, pacem ſubditis elargire populis, Martis hinc ponent iras.

Progr. Nicolaus Georgius Reigersbercher, Legatus Moguntiacus & Plenipotentiarius :

Anagr. Ergo nunc pacis vigor ſurgit? ah ſurge, nutri, auge re ſpem otii: ſic bene tela tollès.

Ptogr. Joannes Adamus Crebs, Delegatus Moguntiacus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Petitus adſis, ocia, pacemvè da gentibus. ô ſurge! anne nunc tollis arma?

Otia da, pacemvè feras. ô ſurge petitus!
Armaque ſi nequeas tollere, tolle metum,

Progr. Hugo Fredericus ab Elts, Legatus plenipotentiarius Trevirenſis:

Anagr. A te refertur virens oliva pacis, & tu ſplendor legis his gentibus.

Progr. Johannes Ànethanus:

Ánagr. Ne, ah, ne annuas hoſti.

progr. Franciſcus Gvilihelmus, Epiſcopus Osnabrugenſis, Comes à Warttenberga:

Anagr. Surge tu ſpe ſola pacis lucens omnibus; vires frange hoſtium, ac ſic guberna.

progr. Bartholdus, Comes à Cœnigſec, Colonienſium Archi-Epiſcopi Legatus plenipotentiarius:

Anagr. Oh combure hic ſcuta igni! nimis lentè ſurgis; citò pacis otia populo redona, ac enſes pelle.

progr.

Progr. Georgius Chriſtophorus de Haſſelauch, Legatus Bavariæ ac plenipotentiarius:
Anagr. Ah perge, ſurge ſalus piis! ô vade Chriſtianæ cohortis patronus, tu bella hinc age!
Progr. Joannes Adolphus Crebs, Legatus & Conſiliarius Principis Bavariæ:
Anagr. An ludor ſine conſilio? Spes pacis ab aulâ Ætheriâ in precibus ſurgit.
Progr. Johannes Erneſtus piſtorius, Legatus Saxonicus:
Anagr. Tun' ſis lux noſtris? haſtas repone, egenos ſic juva.
progr. Joannes Leuber, Electoris Saxoniæ Delegatus, ac plenipotentiarius:
Anagr. Anne otio annues? bene lux ſurgis. I, repelle pace tela, & ſic da oris otia.

Annuis? an ſævi gaudes caligine belli?
O bene lux ſurges, ſi ſine Marte micas.

progr. Joannes Comes à Sein, Legatus Brandenburgicus:
Anagr. Abes ſidus? bene nunc luces, Germanis otia roga.
progr. Joannes Fredericus Baro à Löven, Legatus Brandenburgicus & plenipotentiarius:
Anagr. Da genti bonus otia; properes jucunda ſalus; Bellonæ frange vires: ibi nunc terret.

Progr.

Progr. Fredericus ab Haiden, Delegatus Brandenburgicus:
Anagr. Rabida hîc ſcuta frange, unde leges urbibus redde.
Progr. Joannes Portmannus, Delegatus Brandenburgicus, ac plenipotentiarius:
Anagr. Nunc Regno ſurgas, virtute tuâ dira tandem in pacis ſpe bella nobis pone.

Nunc regno virtute tuâ ſpes ſurge quietis,
Rem Portmanne ſpei junge, ſatisfacies.

PRINCIPUM ECCLESIASTICORUM LEGATI.

Progr. Balthaſarus Scangenbergius, Delegatus Salisburgenſis plenipotentiarius:
Anagr. Noſtris Regnis petitus pacis Nuntius ſurges; age dura abigas, pellasvè bella.
Progr. Caſparus Joachimus Reuter, Delegatus Salisburgenſis:
Anagr. Vive, conſurgas, pacem his da terris, urge, bella ſiſtas.

Vive diu, pacemque urge: nimis illa moratur:
Intercepta ſuis creditur eſſe viis.

Progr. Joannes Gieſen, Delegatus Archiducis Leopoldi:
Anagr. O ades! adfer pacis dona; lugent egeni; io his illuce!

Progr.

Progr. Joannes Philippus Schlitſrec, Archiducis Leopoldi Delegatus & Plenipotentiarius:

Anagr. Hîc perge, illis diu Saturni da annos. Illîc tu potens propelle hoſtes: hîc piè paci ſtude.

Hîc, illîcque furit Mavors, Saturnus ubique
Exulat. Exilium Mars ferat, ille meret.

Progr. Cornelius Gobelius, Delegatus Bambergenſis:

Anagr. Sic nos erige, ut bonus; bellum de agris ableges.

Progr. Hermannus Adolphus Scherer, Delegatus Spirenſis Plenipotentiarius:

Anagr. En, nonne his tu armis pulcher heros redis, & palladis pugnas pius teres?

Progr. Georgius Cöberlein, Delegatus Coſtantienſis ac Plenipotentiarius:

Anagr. Luce tuis, & pro bello da pacis otia, erige jacentes. En gens in nos ſurgit.

Progr. Theodorus Adolphus à Rec, Legatus Padibornienſis ac Plenipotentiarius:

Anagr. Ah tu his benignus non depelles ſat procul iras? Pace, opto, otia ruri addes.

Progr. Petrus Paſchman, Legatus Padibornenſis ac Plenipotentiarius:

Anagr. Huic ſurge pacis ſpe, tanta nobis bella ritè ponas; nutu disrumpe.

Bella precor ponas, ſociati rumpe Gradivi
Vincula: Spem pacis, remque habiturus eris.

Progr.

Progr. Volbertus Motſel, Freiſingenſis Epiſcopi Legatus:

Anagr. Perge pius, otium laſſis fer Gentibus, enſes tollito.

Progr. Chriſtophorus Therclaes, Delegatus Ratisbonenſis:

Anagr. Dic, an pugnas hoſtis truces horres? hoſtis bella terè.

Progr. Adolphus Henricus à Droſte, Præpoſitus ſummi Templi Monaſterienſis:

Anagr. Ah redi, hoſtis parmas monſtrat; I, preme enſes, I, notum populis ſidus luce.

Progr. Chriſtophorus Bernhardus à Gaalen, Legatus Leodienſis ac Principis Colonienſis.

Anagr. Ergon' ades? dic, annon ſis populi ſalus? leni iras, ac procul hinc abige terris hoſtes.

Progr. Joannes de Melſchede, Legatus Oſnabrugicus Plenipotentiarius:

Anagr. Ah ſurge lenis, ô depone lites! ruſtico annues, pacem dabis lugenti.

Progr. Joannes Biſchopine, Principis Oſnabrugenſis Delegatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Nonne paci properè ſurgis, paci citò innuis? nobis nunc abigis & depellis haſtas?

Num

Num propere ſurgis, pacique ſubinnuis? haſtas
Excutis? Anne hoſtis qui fuit, hoſpes erit?

Progr. Hermannus Halveren, Tridentinus, ac Brixienſis Legatus Plenipotentiarius:

Anagr. Tun' anne petita lux aderis? ah benigna his noſtris in terris plenum jus reluce.

Progr. Joannes Philippus à Vorburg, Delegatus Baſileenſis:

Anagr. Heu non liberabis nos? ſurge, vige tu ſpes pia Palladis.

Progr. Arnoldus à Lautenberg, Epiſcopatus Mindenſis delegatus:

Anagr. Adſis tu ſpendor Gentis, ſuda, pacem nova, ſtringes bella.

Progr. Theodorus Sicman, Legatus Verdenſis ac Plenipotentiarius:

Anagr. Nonne cornua diſcutis? I, gnavus ſtude paci, I. hoſtes retrò pelle.

Progr. Theodorus Hermannus à Mervelt, Delegatus Stabillenſis ac Plenipotentiarius:

Anagr. Tun' ades ſorte pacem laturus? non pellis lenis nuta hoſtes? ah vim de terra abige!

Progr. Adamus Adami, Corucienſis Legatus:

Anagr. Si agis; arma conde, da ſalutem, vives.

Progr.

Progr. Jacobus Temmino, Legatus Coruegienſis & Plenipotentiarius:

Anagr. Io pacis ſpe nunc veni. O conſurgite, bella & Martem vi ſiſtite.

An fauſtæ ſpes pacis erit? conſurgite tandem,
Siſtite vi Martem, ſi ratione nequit.

Progr. Joannes à Leuſcherinh, Legatus Auguſtanus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Anne venis ſalus? veni grata genti, ut procul hac in via hoſtes pellas.

PRINCIPUM SECULARIUM LEGATI.

Progr. Georgius Ulricus, Comes à Wolckenſtein, Legatus Auſtriæ Plenipotentiarius:

Anagr. Surgisne ò pacis oliva veni huc notus, veni, pacem tu ſalus largire, tot lites rege.

Progr. Leonardus Richterspergen, Conſiliarius Cæſareæ Majeſtatis ac Legatus Auſtriacus, Plenipotentiarius:

Anagr. Veniſti chara ſalus: an truces Palladis iras ſiſtis? Conſilia ſuggere, æra virtute contere, pacem ita repone.

Progr. Joannes Wilhelmus Goll, Legatus Auſtriacus ac Plenipotentiarius:

Anagr. I, veni pius, telum vi pelle, lites hinc procul agas, otio gratus annuas.

Progr.

Progr. Joannes Erneſtus, Ducis Bavariæ Legatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Eia venis? tu ope tua adſis, pace annue, bella tu regnis noſtris.

Progr. Sincon de Labricus, Delegatus Principis Juliacenſis & Plenipotentiarius:

Anagr. I nunc, redde quietis pignora, & belli minos oris pulſa; id cliens pacis petit.

Progr. Theodorus Althof, Delegatus Principis Juliacenſis plenipotentiarius:

Anagr. Veni, pellantur lites, his nunc pacis otia pius redde, hoſtes otii profliga.

Progr. Reinhardus Cloet, Legatus Neuburgicus Plenipotentiarius:

Anagr. Io regni ſalus ſurget; bella ponentur; tutiùs huc in pace redi.

Io læta ſalus regno modò ſurget avito:
Tutiùs ad patriam pace redibis humum.

Progr. Joannes Theodorus Caſpari, Principis Juliacenſis Legatus:

Anagr. Surge pacis nuncie, paci annuas; I hoſtis iras depellito oris.

Surge, precor noſtris tu nuncie pacis ab oris:
Si cupias hoſtem pellere, pace fuga.

Progr. Nicolaus Trachter, Marchionis Badenſis Delegatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Hinc vim hoſtis retrò eligas, & nunc in curâ pacis tela pellens, otia reddas.

CIVITATUM LEGATI.

Progr. Conſtantinus à Liſchirchen, Legatus Urbis Colonienſis Plenipotentiarius:
Anagr. Io, nobis luces? ô inſta cliens pacis, purga, leni hîc nutu terras; non ſint lites.

Progr. Gervvinus Meinartshagen, Delegatus Urbis Colonienſis:
Anagr. Nonne largus eris nuncius? ſurge, tela abige, da his otium.

Nonne venis pacis modò Nuntius? appage tela;
Ut telam ordiri, pace favente, queas.

Progr. Joachimus Berchenib, Legatus Aquisgranenſis:
Anagr. Item, lumen urbis: hinc, ô grata quies, ſicas abiges?

Progr. Rudolphus Tvvyſt, Delegatus Aquisgranenſis:
Anagr. Quid? tune gratus his viſu aderis? pugnas tolles?

Inſtaurent alii pugnas, tu rectius aufer:
Gratus eris viſu, liber ab invidia.

Progr. Franciſcus Paulus de Liſola, Legatus Biſantinenſis & Plenipotentiarius:
Anagr. Anne pellis enſes, an lenis ruſticis, & populis flagitantibus daturus otia.

Progr. Ferdinandus Bocholts, Legatus Leodienſis Plenipotentiarius:
Anagr. Tuis fer benignus dona Palladis, ito nunc & hoſtes diros pelle.

GAL-

GALLIÆ SUECIÆ REGNORUM, EORUMQVE ADHÆRENTIUM LEGATI AC PLENIPOTENTIARII.

EX GALLIA:

Progr. Henricus Aurelianus, Dux Longevillæ & Princeps Legationis Gallicæ Plenipotentiarius:

Anagr. Veni Liliger Nuncie, Lux pura gentis: i, tene pacis lilia, cole, para, agris dona: Nutu pelle hoſtes.

Progr. Claudius Memmius, Comes de Avaux Regiæ Majeſtatis Franciæ Delegatus, Plenipotentiarius:

Anagr. Speramus pacem; tu olivam liliis adde. Ecce ſat ſanguinis, ô mi Dux, juva gentem ætatis ferreæ.

Progr. Abelus Servient Comes de la Roche, Legatus Regis Galliæ:

Anagr. Ah leges, & res urge liliger, ô læta ſalus omnibus accede.

EX SUECIA:

Progr. Joannes Oxſenſtiern, Princeps Legationis Suecicæ ac Plenipotentiarius:

Anagr. O ſpes pacis nunc propera, leni iras: ô gentes concinite: en auxilia ſentietis.

Progr. Joannes Adlerus Salvius, Regiæ Majeſtatis Legatus Suecicus Plenipotentiarius:

Anagr. Venis ſedule ſalutis Nuncie? ſi es, optata pacis otia Germanis largire, lætus vives.

Progr. Scheringus à Roſenhan, Reſidens Sueciæ?

Anagr. Cur venis? an hiſce regnis ſane heros ades?

EX ITALIA, Gallicarum partium:

Progr. Claudius Schabottius, Legatus Sabaudiæ:

Anagr. Ah da ocia, ac ſtude, belli ut tu uſus abigas.

Progr. Franciſcus Nerlius Comes Valderii Delegatus Mantuæ ac Plenipotentiarius;

Anagr. Veni, deponas lites, pacem da ruſtico lugenti; juva, nunc Martis iras refelles.

EX LUSITANIA Gallicarum Partium:

Progr. Franciſcus de Andrada.

Anagr. An Francis decus addat?

Progr. Ludovvicus Perera de Caſtro:

Anagr. O laudetur verus pacis decor!

EX GERMANIA Superiori utrarumque Partium:

Progr. Reinardus Schöffers, Legatus Haſſicus & Plenipotentiarius:

Anagr. It Heros, fert his placidus pacis otia, ne enſes rurſus fulgeant.

Progr.

Progr. Adolphus Guilielmus Cröeſig, Haſſiæ Principis Delegatus:

Anagr. I, his duras hoſtium pugnas depelle; pacis illis otia ſuggere.

Progr. Joannes Antrecht, Delegatus Haſſicus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Anne & hinc ſalutis autor, in ſpe pacis lactus hic regno adeſt?

An ſpe pacis ades, fautorque, autorque ſalutis?
I licet, ad pacem devia nulla via eſt.

Progr. Joannes Vulteius, Haſſiæ Principis Delegatus:

Anagr. Age, pacis nuncius nos eleves; hilaris i, ſtude paci.

EX GERMANIA Inferiori Gallicarum Partium:

Progr. Bertholdus à Geent, Legatus Geldriæ ac Plenipotentiarius:

Anagr. Surge, & tetrica propulſa bella: indulge, ne ita hoſti denega.

Progr. Joannes Mateneſius, Statuum Hollandiæ Delegatus:

Anagr. Tun' ades, ſalus læto omine? venis? ah ſalutem da genti.

Progr. Adrianus Pavv, Friſiæ Legatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Eſtn' invitator verus pacis? pulsâ inediâ, prælia fuga.

Marte ſament multi: ſis invitator honeſtæ
Pacis,& hanc pelles divite pace famem.

Progr. Joannes de Cnuit, Seelandiæ Legatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Age,& paci,non liti annue; en ita depellis enſes,daturus ocia.

Pax tibi ſit bello potior,dulci annue paci:
Annue,nam nutu nos Deus ipſe regit.

Progr. Gothardus à Reede, Ultrajectenſis Legatus Plenipotentiarius:

Anagr. Ah tu virtus gentis ultra repelle enſes, ignota pacis otia redde.

Ah nobis ignota precor redde otia pacis,
Si gentis virtus diceris eſſe tuæ.

Progr. Franciſcus à Donia, Friſiæ Delegatus, Plenipotentiarius:

Anagr. Nonne vir pacis in ſalute decus adfers? I,lites ita profliga.

Nonne decus pacis, virque eſt ſimul ille ſalutis?
Si premat has lites, vir ſine lite,fuit.

Progr. Guilihelmus Riperda,Delegatus Tranſiſulanus & Plenipotentiarius:

Anagr. Ah perge, iras leni; olivam additurus genti,ſin torpes nutu pellas lites.

Litem, iras, haſtasque diu Germania tractat:
Hæc mutes, gentem mitis oliva decet.

Progr. Adrianus Clant,Delegatus Groningæ & Plenipotentiarius.

Anagr.

Anagr. Urgent, ut genti reddas otia, an regno pellis tela, Paci annuis.

Tempus adeſt; Pacis nunc otia reddite genti:
Credite non omni hoc tempore tempus erit.

AUGUSTANÆ PER IMPERIUM CONFESSIONIS AC REFORMATÆ RELIGIONIS PRINCIPUM ET CIVITATUM LEGATI.

Progr. Wolffgangus Conradus a Thumbshirn, Saxonis Altenburgici Legatus Plenipotentiarius:

Anagr. Annon ergò ſurgit lux populi? huc tu adſis, fuga nunc hoſtis turmas: anne rite bella abigis?

Progr. Auguſtus Carpzovius, Delegatus Altenburgicus & Plenipotentiarius:

Anagr. In vigore, zelo pacis tutus perge: da nutu, urge ut bella pacis nutu ſiſtas.

Te Zelus recti deducat ad otia pacis:
Multi bella volunt, Zelus hic, an ſcelus (eſt?

Progr. Georgius Acharz, Saxonis Weimarienſis Delegatus Plenipotentiarius:

Anagr. Ah ſurge, & veni, ſin ardes Zelo pacis, I, ſis ſolatium genti; pax Regno vivat.

Progr. Joannes Müller, Culembachenſis Delegatus & Plenipotentiarius:

Anagr. Nunc hoſtem ire licet: tu pacis votis annue, bella Germanis depelles.

Progr. Jacobus Lampadius, Ducis Brunſvicenſis, Legatus Plenipotentiarius:

Anagr. Tune ſis pacis nuntius? en ſic daturus otium dira populis bella abiges.

Progr. Andreas Burchard, Wirtembergenſis Delegatus Plenipotentiarius;

Anagr. Ah precor blandus benigni Saturni da ſecula. En tu perditis verè gratus.

Progr. Joannes Jacobus Wolffius, Darmſtadienſis Legatus:

Anagr. Ave ſalus regni ô ades, afflictis omnibus tu jus donas.

Progr. Juſtus Sinoldus, Legatus Darmſtadienſis ac Plenipotentiarius:

Anagr. Tun' ſurgis pacius nuntius! ſi ſpem reddas, lites leni, da ſoluta otia.

Pax ſublata diu eſt, nunc ſpes acciditur ipſa:
Si nequeas pacem, ſpem mihi redde, precor.

Progr. Georgius Mercelbach, Legatus Marchionis Durlacenſis Plenipotentiarius:

Anagr. Regno ſurge vigor, dabis ſalutem, hîc hîc Martis nunc pelle iras, ac lites pone.

Progr. Abrahamus Cæſar, Meclenburgici Ducis Legatus Plenipotentiarius:

Anagr. En his luces, gratam da plebi pacem, turbas arce. I, tu nunc olivas erigis.

Progr. Petrus Frits, Brandenburgico Pomeranus Legatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Perget Martis furor; oppugna, vince turbas, iras potens leni, abduc lites.

Ah,

Ah perget Martis furor? hæc inſania certè
eſt:
Stultitia eſt longus, ſed brevis ira furor.

Progr. Mattheus Weſenbecius, Brandenburgicus Delegatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Ah nunc optatus redde Pacem; tu bellum abige; ſic tu gentibus è re ſuavis eris.

Suavis es, optatusq; venis, ſi bella premantur:
Si nos bella premant, es ſine pace gravis.

Progr. Martinus Milagius, Principis Anhaltini Delegatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Ah nunc Marſpiter vi paci inſidias cogitat? non pellit vir pugnas? leni lites.

Progr. Curtius ab Einſiedell, Archi Epiſcopatus Magdeburgici Legatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Ergò ſubi, ah miſeris parce illic otius, & blanda pacis ſecula virtute gigne: id appetunt.

Progr. Joachimus Camerarius, Palatinus.

Anagr. I, hanc Mavortis vim pia ſalus arce.

Si quid agas virtute tua, Mavortis acerbam
Vim remove; miſeris ſic potes eſſe ſalus.

Progr. David Gloccinus, Saxonis Lauenburgici Legatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. An tu populi Dux ſurgis, tela nunc vi abigis? an largi concedes otii feuda?

Tu populis Dux ſurge tuis, ac tela repelle:
Dux alius belli, tu modò pacis eris.

Progr. Henricus ab Hatten, Principatus Holſteniani Delegat9 ac Plenipotentiarius:

Anagr. Ah tun' hoſtes hinc abigis? paci ſtude, an non niſi pace turpia ritè pellentur tela?

Tun' hoſtes abigis? plena eſt victoria laudis:
Si cupias bellum pellere, pace ſtude.

Progr. Conradus Joannes Varenbuhler Oetingenſis Comitis Delegatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. I nunc deſideratus in pace nuncius. Ergò paci annues? io tella tollens hoſtem retrò abigis.

An deſideriis aliquis ſe Nuncius offert?
Plurima ſunt pacis nuncia, nulla quies.

Progr. Tobias Oelhaffen, urbis Nurenburgicæ Legatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Nonne grata nobis huc refers pacis otia, en fugitiva pelle tela urbibus.

Otia jam quærunt pacis, Martisq; queruntur:
Tela procul: tutus, mundus inermis erit.

Progr. Joannes Hartmuth, Delegatus Sarburgi ac Plenipotentiarius:

Anagr. Ah ini pacem, an ſubditos eriges? hi nutant, urge tela retrò pulſa.

Dirige conſilio ſubjectos, erige pace:
Armorum nutat pondere feſſa cohors.

Progr. Joannes Schvveizer, Delegatus Ortenburgi:

Anagr. Nunc ſurge in zelo; da virtute hoſtes abigere. Sur-

Surge,ſed in zelo: pellas virtutibus hoſtes,
Non melius telum eſt: vis, ratioque nequit.

Progr. Joannes Geisler, Wetteravienſium Comitum Legatus Plenipotentiarius:

Anagr. Eia nonne ſurges? euge tu Martis vim pone, pacis vim ini,& nutu lites tolle.

Euge viâ pacis,lites,Martemque relinque:
Non fugies aliâ vim, mihi crede, viâ.

Progr. Jodocus Henricus Heidfeldt,Wetteravienſium Comitum Legatus:

Anagr. Ah tu hoſtium vires, delude! ô fer ocium, ſic tu gentium tela vinces.

Expugnare nequis hoſtem, deludere tenta;
Sed pacem debes fraudis habere loco.

Progr. Zacharias Stenglein, Francofurtenſis Delegatus ac Plenipotentiarius.

Anagr. I, anne ſurgenti paci zelus ardet? I, ſic nunc pellens hoſtes grata affer otia.

Pax zelo ſuccenſa ſuo ſimul ardet,& alget:
Ut febris hæc abſit,fac procul hoſtis eat.

Progr. Marcus Otto, Legatus Argentinæ Plenipotentiarius:

Anagr. Tu ô gentis Nuntie, nota ſalute pacis largire tempora:

Tempora largitur pacis Deus arbiter æqui:
Et tu nota ſalus hîc imitere Deum.

Progr. Gerhardus Coch, Legatus Bremenſis & Plenipotentiarius:

Anagr. Benignus hic & gratus heros arma ſpernit,depellet ocius.

Progr.

Progr. Joannes Chriſtophorus Meurer, Hamburgenſis Delegatus:

Anagr. O rogamus, ſurge heros; da nuntie his lubens pacem terris.

Surge, quid indignis, heros, vexabimur armis?
Daque lubens pacem; da rogo, dives eris.

Progr. Balthaſar Schneider, Colmarienſis Delegatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Pace hoſtis noti parmas arce, bella leni. Genti Saturni ſecula reddis.

Secula Saturni refer, acres exue parmas:
Et pacis parmas indue, tutus eris.

Progr. Sebaſtianus Otto, Delegatus Ulmæ ac Plenipotentiarius:

Anagr. In voto regni ſalus veni: at da pacem; & ut bella ſiſtas, peto.

Siſte precor bellum, voto potiare tuorum,
Et venias regni non abitura ſalus.

Progr. Valentinus Haider, Legatus Lindavienſis ac Plenipotentiarius:

Anagr. Ah regni ſalus nunc redi; tua in ſpe veni; an tu lites pellis? I, da otia.

Eia ſalus nunc læta veni, ſpe pacis honeſtæ:
Res ſublata diu eſt, ſpem refer, illa fugit.

Progr. Georgius Wagener, Eslingæ Legatus Plenipotentiarius:

Anagr. An vigor gentis? graves vi pelle violentias, & pugnas reges.

An

An vigor es gentis? procul hinc violentia
Martis:
Ut Mars, visque ruant, visque, vigorque facit.

Progr. Chriſtophorus Schoërer, Menimigenſis Delegatus ac Plenipotentiarius:

Anagr. Nunc mitis es, ah hoſtis vim propelles! da pacem, nec his negetur terris rogo.

Mitis es? ah tumidos hoſtis propelle furores!
Ne pacem, niſi vis cuncta negare, neges.

progr. Joachimus Brun, Stralſundæ Delegatus & plenipotentiarius:

Anagr. Tun' hoſtes abigis? tela pellis? nunc juva, Saturni redde tempora.

Sint hoſtes, & tela procul: Tu redde quieti
Tempora Saturni: dando beatus eris.

DE WESTPHALIA NOVIOMAG. &c.

Dic quibus in terris ſoleant apponere panem
Quem PUMPERNICKEL (a) dicunt? ubi pocula REITÆ? (b)

(a) quaſi bon pour Nicol, quod verbum erat galli cujusdam ejusmodi horrendum panem equo ſuo Nicol dicto, objicientis.

(b) Species tenuiſſimæ cujusdam cereviſiæ.

Nomi-

Nomina, quæ nobis aliàs obſcœna videntur,
Illorum menſis titulo reputantur honeſto,
Hic ſpiſſus panis, quô non eſt atrior alter,
Mole premit ventrem, plumbi indigeſtus ad inſtar.
(Maſſa horrenda, ingens, ſuperat quæ pondere libras
Quinquaginta, ut ei vix par ancilla ferenda.)
Ilia tam tenuis diſtendit murmure potus.
Dic ubi delicias epularum perna coronet,
Cum lardo certans? quibus adjungatur aſellus!
Atque halec toſtus, MUSTART cum carne ſalitâ
Et perſumatâ, quibus aſſolet Incola veſci
Quotidiè, ignarus meliorum pænè ciborum.
Si qua datur forſan, prunis Gallina paratur,
Sœpius admiſcent nigra piſa, fabasque cupitas,
Interdum & ſeſolen, ſi ſit lautiſſima cœna.
Omnibus at dapibus dat condimenta butyrum
Idque vices offæ ſupplet menſasque ſecundas.
Dummodo non deſit ſub finem caſeus amplus;
Fercula convivis, ſi non inſueta, quibusvis,
Rara tamen, noſtris ſtomachis, renuentibus atros,
Concoctuque cibos faciles cupiente palato.
Illa ſed indigenis faſtidia nulla faceſſunt,
Mirantur potius tam caris lauta parari,
Num̃is, quòs ſpurcâ contenti ſorte reponunt;
A teneris adeò duris aſſueſcere multum eſt!

Dic,

Dic,ubi ſunt homines bardi, ſtupidique feri-
que,
(Exceptis illis,parco queîs munere Titan
De meliore luto finxit præcordia, quique
Apparent rari,nantes in gurgite vaſto.)
Moribus, ingenio,linguâ,digniſſima proles,
Quo ſunt nutriti rigido cœloque, ſoloque.
Invidus his etenim raro ſe præbet in oris
Æolus,at crebrò furibundo murmure regnat,
Et plerumque ruunt denſis ènubibus imbres,
Ut matulam Jovis Ætherei (ut proverbia di-
cunt,)
Seu planetarum propè dixeris eſſe cloacam.
Rara ibi læta ſeges,nec felici ubere glebæ
Luxuriant agri, ſine fruge, ſine arbore
campus
Innatat lacubus, vel mole gravatur arenæ
Profunda, & longè,lateque inculta per arva
Infelix lolium & ſteriles dominantur avenæ.
Hinc infeſta jubet paupertas agmine toto
Et patrios Lares & dulcia linquere tecta,
Perque Orbis varias homines excurrere pla-
gas,
Queîs mendicantes,victumvè ſudore parantes
Subque Legatorum (c) feſtivâ nominis umbrâ
Inſueto exilium ſolantur pane moleſtum.

(c) De Apoſtolatu & Legatione Weſtphalorum per Orbem,vid. Wernerum Kolevvink de Weſtphalorum ritu & moribus libro 3. cap. 1. 2. 3. 4. 5.

Dic

Dic, quibus in terris uxores atque puellæ
Sub nigro expanſo ſemicycli in imagine panno, (d)
Incedunt capite obducto, quò copia major
Illorum, formæ infelicis damna recondunt.
Aut ſi ſunt tenuis ſortis, de ſtramine texto
Immani pileo (e) media pro parte teguntur.

Dic, quibus in terris feſſus ſi quando viator
Hoſpitium introeat, partes miratur habere
Præcipuas, vaccas & dulcia pignora porcos.
Indeque fumoſo vicina culina theatro
Excipit & magno ſplendeſcens igne caminis;
Quem variis ornat rebus conſtructa ſuppellex,
Scutella, olla, ſcyphus, cū ſportâ, ſpinda, patellâ,
Cochlear, & cacabus, variisque accommoda rebus
Urna, eſcis unà pedibusque parata lavandis.
Heîc longâ ſerie tigno pendentia ab alto,
Lardum & perna extant, ſuccidia, crudaque fumo
Conſecrata nigro farcimina, fercula ſanè
Hoſpitis Ambroſiâ ſtupido mage grata palato.
Copia ſi qua datur Cameræ, ſtat pervia ventis
Fractis ex magnâ depictis parte feneſtris:
Lectus adeſt nullus, vel ſtramine durior albo.
Vix meliora dabunt urbes, palatiaque ipſa

(d) vulgô dictum Velekens Monaſterii VVeſtphalorum uſitatum.
(e) vulgò Strohut.

Sor-

Sordida, opaca, luto putri & circumdata fimo,
Naribus haud grata inſuetis, capitique moleſta,
Gliribus & ſuibus prædæ ditiſſima ſedes.
Omnia ſi cupias verbo complectier uno:
WESTPHALA dic REGIO, quam qui ſapit optima, vitet,
Aſt nobis dederis ſi dulcia munera PACIS,
WESTPHALA TERRA, Tuum nomen ſuper æthera tollam!

Nam licet infelix ſterilis VVeſtphalica tellus
Moribus aut cultu, barbara gensque rudis,
Dummodo ſit felix, frugi concordia eorum,
Qui pacem miſſi conciliare bonam.
Exemplo pacatorum, gens Barbara mitis
Et tellus celebris, nomine pacis erit!

Oſenbruga ad Monaſterium:

Monaſterium ἀνάγρ. Moram tu ſine.
Oſenbruga ἀνάγρ. Bona ſurge.

Si mens recta tibi, dum clamo, pax bona ſurge!
Nectere, quæſo, Moram tu ſine, paxque redit!

Reſponſio Monaſterii ad Oſnabrugam:

Monaſterium ἀνάγρ. Me monſtravi.
Oſſenbruga ἀνάγρ. Regas bonus.

Jam me monſtravi, quid ſim, tu ſi ſapis, hinc te
Ipſa regas, grex, ut gaudeat inde bonus.

Noviomag.

Non amo te, Niemegen, ob iſtud nomen & omen,
Te, Noviomagum, quod nova des mage, amo!

De Armiſtitio Ratisb.

Eſt potius bellum non bellum & leve ferendum,
Quàm tempus pacis, vel breve-leve togæ!
Non armiſtitium ſit inops, nos jure precamur,
Ne ſint induciæ, ut Treuga, precamur, inops!

(a) D. Textor in Synopſi Juris G. fuſius leg. n. 2. 3. 4. 5. 10. 11. 22. (b) D. Gock. d. tr. cap. 19. n. 24. (c) Id. in fin. dict. loc. (d) In lib. Decretal. Gregorii IX. Gl. m. 1. X. de Treug. & Pac. (e) Zoës. in Comment. Decretal. add. t. n. 3. & Vallens. n. 1. & 2. (f) Grot. lib. 3. c. 12. n. 12. (g) D. Textor cit. c. 19. num. 2. 3. 4. (h) lib. 3. cap. 22. §. 11. cit. tr. Conf. Salluſt. in B. Jugurth. (i) Baud. de Induc. Belgic. lib. 1. & 11. add. Grot. de rebus Belg. Hiſt. L. XVII. XVII. (k) Brunnem. diſſ. d. Induc. th. 4. per tot. (l) Tulden. part. 1. in act. polit. p. 168. (m) Idem Brunn. d. tr. th. 5. cum 3. ſeqq. (n) D. Textor d. tr. cap. 21. num. 25. 26. 27. 28. cum 2. ſeqq. (o) lib. 2. §. 60. p. 168. cum ſeq. lib. 3. §. 33. p. 296. cum ſeqq. & p. 326. lib. 5. §. 57. p. 664. (p) Andr. Dinnerus diſp. de pecc. th. 2. (q) Brunnem. d. tr. diſſ. 1. th. 1. & diſſert. 3. th. 1. (r) ex Sleid. Brunnem. c. l. th. 2. lit. 6. (s) vid. Putean. in Statera Pac. & Bell. (t) evolv. Thuan.

lib.

lib.66. Sleid. lib.17. Literæ Sigiſin. ap. Pont. Hiſt. Dan. L.IX. de Arbitrorum officio confer D. Samuel. Pufendorff. t r. de I. N. & G. p. 273. 740. & 867. (u) leg. Neumeyer. c. 5. p. 274. 296. 321. (vv) Meteran. lib. 20. (x) Laudum Heilbr. anno 1667. d. 7. Febr. (y) Thuan. lib. 88. (z) Gal. Guald. d. Pac. Pyr. fol. 107. (aa) id patet ex literis ad A. & G. Regem datis anno 1603. d. 15. Aug. ap. Meteran. lib. 20. (bb) ap. eund. Meter. d. lib. (cc) Neumey. cap. 7. p. 514 516. (dd) Triple-Alliance de anno MDCLXIIX. d. 25. Apr. Art. 4. (ee) Vervvürr. Für. lib. 2. fol. 77. (ff) teſta Amirato lib. 20. diſc. 20. (gg) vid. Thuan. lib. 60. (hh) Goldaſt. P. 20. Polit. Imperial. p. 903. (ii) de qua fuſius poteſt evolvi Guicciard. lib. 12. hiſtor. (kk) V. Grot. lib. 3. cap. 20. n. 47. de J. B. & P. Neumey. cap. 7. p. 404. & 510. (ll) D. Thab. d. tr. cap. 20. num. 50. 58. 59. & 60. add. Brunnem. diſſ. 3. d. Arbitris Pac. th. 10. (mm) Petrus Matthæi Narr. 1. de Henr. IV. (nn) Lit. Legati Angl. ad Ord. Belgic. d. 22. Febr. anno 75. (oo) D. Thabor. in Syn. J. G. cap. 20. n. 57. (pp) Thuan. lib. 45. (qq) Baud. d. induc. B. Belg. lib. 3. (rr) D. Pufendorff. de J. N. & G. lib. 5. cap. 13. §. 7. (ss) Brunnem. c. tr. diſſ. 1. Th. 1. & 2. (tt) Grot. de J. B. & P. lib. cap. 20. §. 45. & 49. & cap. 50. num. 5. (uu) d. tr. per integram diſſert. 10. & theſes 12. (vv vv) ap. Virgil. l. 12. Æneid. (xx) Liv. lib. 31. & 33. hiſtor. (yy) Id. lib. 24. hiſt. (zz) Grot. lib. 2. d. tr. cap. 15. §. 3. (N. 1.) Id. c. l. (N. 2.) d. tr. c. 23. 24. & 25. per tot. (N. 3.) v. Valtrin. lib. 16. c. 10. (N. 4.) evolv. Stracch. de Sponſ. part. IV. & l. 17. §. Si quis ſponſionis gratia. ff. de præſcr. verb. (N. 5.) Grot. lib. 2. d. tr.

cap.15. n.3. & Bodin. lib. 5. cap. 6. (N.6.) Liv. lib.9. (N.7.) Jovius lib. 11. (N.8.) Bodinus lib.1. cap.10. (N.9.) Grot. lib.2. cap.15. n.3. (N. 10.) quem cit. cum fere innumeris aliis Brunnem. d.tr. diſſ. 5. cum aliq. ſeq. (N.11.) Weſſeling. Aurif. Jur.voc. Pax Relig. p.1342. & ſeqq. (N.12.) Hiſtor. part.1. in Proëm. ibique Kolbius ejusd. Germanicus Interpres. (N.13.) de S.R.I. pac. licit. pag.22. num. 32. (N.14.) D. Textor. in Syn. J.G. cap.20. num.52. cum 2. ſeqq. (N.15.) Thuld. Hiſt. part.1. in Act. publ. polit. add. omnino D. Fritz. in conſiderat.20. pag.218. ad J. Maſenii Med. con. ex profeſſo. (N.16.) Id. Thuld. Hiſt. part.2. (N.17.) vid. Artic.1. Pacis Roſchild. & Artic.1. Pac. Pyr. (N.18.) Guicci. lib. XVI. (N.19.) Card. Tuſch. concl. 175. & Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.27. tom.3. num.9. (N.20.) Brunnem. d.tr. diſſ.1. th.1. (N.21.) inprimis ab Octav. Vulpello Tr. d. Pace quæſt.3. à pr. (N.22.) cum Alberic. lib.1. cap. 19. de Jur. Belli per tx. c. placuit. 9. diſt.90. (N.23.) tr. in c. fin. d. tranſact. vid. Neumey. cap.17. n. 47. pag. 547. (N.24.) Guicciard. lib. 4. Hiſtor. (N.25) de qua Liv. hiſtor. lib.44. (N.26.) D. Textor d.tr. cap.25. n.2.3.4. (N.27.) Id d.c. n.10. 11.12. (N.28.) Grot. lib. 2. de J.B. & P. c.15. §.15. (N.29.) ex lib. d. Offic, prolixius oſtendit. (N.30.) fuſius d. Textor d.tr. cap.24. n.2. (N.31.) teſte Livio lib.41. hiſtor. (N.32.) d. tr. cap.24. n.10. usque ad num.13. (N.33.) Deci. in l. in omnibus n.5. ff de R.J. (N.34.) Thuan. lib.30. (N.35.) Bodin. lib.5. cap. ult. (N.36) v. Schönb. 4. Polit.6. conf. Setler. d. juram. lib.1. c. 16. (N.37.) Brunnem. d. tr. diſſ. 10. th.7. & 8.

(N.38.)

(N.38.) ap. Autor. Machiavelli Gallici §.42. (N.39.) in P.J. de cauſis B. German. c.51. & 52. (N.40.) Brunnem. d.tr. diſſ.3. th.12. (N.41.) lib.34 hiſt. in fin. (N.42.) quò ſpectant tradita Dd. in c. fin. §.15. act.x.d. offic. & pot. Iud. deleg. D. Text. in Syn J.G. cap.20. n.56. (N.43.) loco Exemplor. vid. Thuan. l.98. Hiſtor. Meteran. lib. 7. & 20. hiſt. Sleid. lib.24. Comm. Baud. d. induc. (N.44.) Exempla ap. Buchan. lib.5. rer. Scotic. Thuan. lib.75. & 89. hiſt. & Camden. Annal. ad ann.1588. (N.45.) Meteran. l.8. Hiſtor. Chytr. Chron. Sax. lib.7. (N.46.) quæ prolixius exhibita à Meter. lib.6. & 14. (N.47.) Thuan. lib. 18. & 117 Hiſt. (N.48.) Meter. lib.10. Thuan. lib.133. Bodin. lib 5. de Rep. cap.6. pag.956. & 957. (N.49) v. Meter. lib. 7. & iterum Thuan. lib. 96. (N.50.) Bodin. d.tr. lib.1. cap. 10. (N.51.) evolv. rurſus Meteran. lib.5. & Bod. lib.5. cap.6. p. 948. (N.52.) Thuan. lib.65. Meter. lib.8. & 9. (N.53.) Sicuti refert Bodinus lib. 5. d.tr. cap.1. (N.54.) de his & aliis fuſiſſ. Brunnem. c.tr. diſſ. xi. th.13. cum aliis. (N.55.) d.tr. lib. 3 cap. 20. n.27. (N 56.) Grot. c.l. §.35. & 40. (N.57.) l.29. ff. ex quibus cauſ. maj. & l.7. quemadm. teſtam. aper. (N.58.) in Tom.6. concl.180. n.19. (N.59.) Ondad. conſil.103. num. 33. (N.60.) V. Appell. quæſt. 91. in fin. (N.61.) l.74. ff. de R. J. & c. pervenit, d. fidejuſſ. (N.62.) Mantic. d. tac. & ambig. convent. lib. 27. n.14. (N.63.) d.tr. diſſ. ult. th. 1. cum ſubſeq. (N 64.) tr. d. prob. concl.1157. n.6. add. Jul. Clar. §.f. quæſt. 47. n.9. Card. Tuſch. tom.6. concl.183. per tot. (N.65.) l. meritò. & ibi Dd. ff. pro loc. l. pen. ff. d. pœn. Cephal. lib.1. conſ.35. n.6. (N.66.)

ſec. Bl. & Paul. de Caſtr. in l. pen. ff. de Tranſact. & in l. qui ſervum. ff. de V.O. in terminis noſtris Alex. Imol. lib. 4. conſil. 115. n. 7. & 8. (N. 67) Signoral. conſ. 1. 5. incip. Inter Gab. idem n. 7. & 8. Sequitur Maſcard. de probat. concl. 1157. 8. & 30. (N. 68.) vid. l. ſi unus. §. 3. & 4. ff. de pact. (N. 69.) D. Textor. in Syn. J. G. cap. 22. num. 8. 9. & 10. (N. 70.) Grot. lib. 3. de J. B. & P. ¶. 27. (N. 71.) Pluribus leg. D. Textor. d. tr. cap. 22. n. 20. 21. 22. uſque ad 25. & num. 26. 28. 30. & 31. (N. 72.) D. Gock d. tr. c. 19. n. 33. (N. 73.) Paſtor. Scharfff. Adler p. 246. (N. 74.) Id. pag. 282. (N. 75.) Beſold. de pace. cap. ult. §. 4. in princ. & per tot. (N. 76.) Carpzov. ad L. Reg. G. cap. 14. Sect. 5. n. 16. Reink. de R. S. & E. lib. 1. claſſ. 1. cap. 5. n. 47. cum 2. ſeq. (N. 77.) in Jus Publ. cap. 8. pag. 142. cum 3. ſeqq. latiſſime ad hujus explicationem leg. Beſold. de Pace paciſque jur. c. ult. per tot. (N. 78.) d. tr. cap. 3. §. 3. pag. (mihi) 185. & d. cap. ult. §. 9. p. 204. (N. 79.) Dd. allegati à Beſoldo d. tr. cap. ult. ¶. 11. (N. 80.) d. tr. in lib. 20. §. 137. 138. 166. & 167. (N. 81.) ex J. P. Cæſ. Suec. artic. 17. §. pacem. & Cæſareo-Gall. §. eod. juncto R. Imp. d. 10. 54. §. Sezzen demnach &c. (N. 82.) l. 7. pr. ff. d. don. vid. prolix. Textor. d. tr. c. 29. n. 1. 2. & 3. (N. 83.) l. de quibus. ff. de LL. D. Textor. d. tr. & loc. n. 4. 5. (N. 84.) Id. d. l. n. 8. & 9. (N. 85.) ampliſſime Brunnem. d. tr. diſſ. 9. th. 15. & 16. (N. 86.) Thuan. lib. 85. (N. 87.) Id. lib. 100. (N. 88.) Brunnem. d. diſſ. 3. per tot. (N. 89.) Felden. ad Grot. de J. B. & P. cap. 18. Felbing. in diſſ. de leg. th. 3. Confer Frider. Marſellair tr. eod. de Legat. (N. 90) D. Textor. c. l. cap. 14. n. 13. & 14. Confer quoque Inſignem

ſignem Tr. Cui Tit. L'Ambaſſadeur oder Staats-Bootſchaffter und deſſen hohe Functions-und Staats-Verrichtungen HH. Wicqueforts &c. lib.1.erſte Einttheil.3.4. It. die 14.15.&16. Eintheil. (N.91.) Id.I.c.I.n.28.29.cum ſeq. (N.92.) c.pen.ext.d.fil.presb. c. per venerabilem. ext. qui fil.ſint legit.c.1.ext.d.offic. leg.in 6.c.1.ext.de appel.Id.D.Textor.d.l.n 31.& 32.conf.Dn.de Wicquef.d.tr.lib.1.neundter Eintheil. cum 10.(N.93.) Id. Monſ.de VVicquef.d.l.1.Einth.5.& 6.(N.94.) Id.per tot.ferè lib.2. (N.95.) l.conſenſiſſe.§.3.ff.de Judic.Grot.de J.B.& P.cap.10.§.4. Confer. Mr.de VVicquef. d.l.1. Eintheil.27. cum 2. ſeqq. (N.96.) arg.l.2.cum ibid. not.Dd.ff. de Juriſd.Grot.d.tr.& cap.8. (N.97.) D.Textor. c.loc.n.64. (N.98.) Mr.de VVicquef.d.tr.in l.1.Einth.19.20.21.22. (N.99.) Grot.l.2.c.tr.§.14. (N.100.) d.tr.&lib. Einth.ult. (N.101.) l.filiusfamilias. in pr. ff. d. donat.l.libertus.ff.d. oper.lib. D.Textor.d.c.n.66.cum ſeq. (N.102.) in lib.5. p.699.700.701.702. 755.771.774.cum ſq.& 777.cum ſeq.

Interim cum aliis Irenophilis voto hoc finiamus volumen:

SUMMA UNITAS,ALMA TRINITAS, DEUS PACIS,PRINCEPS PACIS,SPIRITUS PACIS, meriti ſumus immani adverſus te rebellione, ut bello nos atroci caſtigares. Fatemur, quamvis belli atrocitatem minorem eſſe rebellionis noſtræ atrocitate, vide verò, quales nos effecerit belli iſte furor diuturnus, quô tamdiu concuſſi ſumus. Quanta Eccleſia-

rum vaſtatio? quot urbes conflagrarunt, in quibus tu docebaris, tu diſcebaris, tu colebaris. Ubi fama tua, ubi terror tuus in hoſtibus? cauſa tua periclitatur, nomen obſcuratur, dum nos affligimur: Conſiliis ſalutis obſtat bellorum inquietudo. Inundat bellum reliquias ſanctitatis & honeſtatis inauditis ſceleribus, & ſub pœnis tuis flagitia creverunt.

Itaque gratias tibi devotiſſimas agimus, quod in illa lentitudine puniendi lenitatis tuæ documenta dederis, nec omninò nos conſumſeris. Videbantur omnes Reip. Chriſtianæ Ordines caſuri penitus, & ecce inter ruinas adhuc ſurgunt, & ſpem faciunt rediturae felicitatis. Immitte, quæſumus, vigorem priſtinum, immitte conſilia Pacis, ſed ejus, in qua de emaculanda Republica & cunctis vitæ humanæ partibus ad legis tuæ normam reformandis ſeriò cogitent. Immitte verum calamitatum publicarum ſenſum, ut deſideriis Pacis magis incaleſcant. Abige Angelos mortis, ſuſurrones nequam, qui improbo halitu ſanctisſima inficiunt placita: Abige Angelos fallaces, qui lucem induunt pro fraudum tegumento. Abige Spiritū vertiginis, qui præcipitatis aſſenſibus in miſerias trahit inexplicabiles. Iraſcere ira magna gentibus opulentis, qui te parum irato occaſionem internecionis noſtræ quæſiverunt. Fac bella ceſſare ad extremitates usque terræ, frange arcus, trunca haſtas, currus igne com-

combure, deſolationibus finem impone, ede vocem tuam adverſus gentes frementes, regna tumultuantia, poſtulata inſolentia, ut omnia ad Pacis jubar colliqueſcant. Deus Pacis es, non belli, niſi ut Pacem reddas. Deus exercituum es, ſed ut cuſtodias. Mitte Angelos Pacis, qui prælienter adverſus Satanam. Junge nos illis, ut in uniformis militiæ leges conſentiamus. Infunde pectoribus noſtris Spiritum Pacis, ut tibi rebellare dediſcamus. Pax nobis tecum ſit, indiſſolubilis, Pax Eccleſiæ tuæ perennis. Exaudi Irenophilos tuos, SUMMA UNITAS, ALMA TRINITAS, DEUS PACIS, PRINCEPS PACIS, SPIRITUS PACIS!

AMEN.

INDICULUS
ex
Breviario collectus;
Reliqua ex auctario ſupplenda.

A.

AEqualitas inter ſtatus: ſub Articulo 5
Alſatiam ab Imperio jure Feudi tenendi ſententia affirm. & negativa 10
Alſatiæ ſuper. & inferioris elog. 12
Amicitia vera & ſincera quæ? 1
Amneſtia quid & quotuplex: 2
ejusdem rationes generales & ſpeciales 3
ejusque varia exempla 16
in Anglia Eccleſia intra Regni ambitum recepta 7
Annates 5
de non Appellando Privilegia quotuplicia 5
Appennagia D. Palat. 4
Arbitrii deſcriptio, diviſio, cauſa effic. impulſ. & final. effectus 17
de Arbitr. Legatis ibid.
ad Arma cur non properandum 1
Articuli octavi elog. 8
eodem continetur Status & Forma Politiæ Imperii ibid.
Aſſecuratio quotuplex 17
an & quando aſſecurator obligetur ibid.
quænam aſſecuratori remedia competant ibid.
de Auſtregarum Judicibus 5
de eorundem jur. ibid.

Au-

Auſtriacæ Domus Encom. ſub Articulo 1
Autonomia 5

B.

Banni deductio per IV. genera cauſarum 8
Baronatus Geroiſeck 4
Bavaricus Electoratus non eſt ſimpliciter conſtitutus 4
Baſileæ elogium 6
Bedæi diſſ. de Gallic. libert. 5
de Bonis Eccleſiaſticis 5
de Bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtratione regulæ & jura unde communiter petantur 5
Brabantinæ Bullæ abuſus ſublatus 9
Seren. Brandenburgici Electoris queſtus 10
Brandenburgicæ Familiæ Genealogia 10
de Brandenburgico Electoratu varia ibid.
Brandenburgicæ Familiæ potentia &c. ibid.
Bremenſis controverſia 10
de D. Brochmanni ſcriptis 14
Brunſuicenſis Familia quænam 13
Duc. Brunſuicenſ. origo & controverſia 13
Eorundem Recompenſatio ibid.
A. Bulla cur condita 8
Burgundic. Circulus in quantum ad Imperium 15
It. in quantum & à quo exceptus ibid.
quot olim habuerit provincias ibid.
Ejus Status hodiernus ibid.
De eodem Pacificatione excludendo ibid.
Ratione ejusd. Intereſſe Imperii ibid.

C.

Cæſ. Maj. Titulus 1
Cameræ Imperiale Judicium cur ita dicatur 5
Camera quoties ſedem mutarit ibid.
Ejus translatio quare omittenda ibid.

De

De Cameralis Judicis dignitate & Cameræ Aſſeſſoribus ſub Articulo 5
de Cameral. Juriſd. perſonis exemptis ib.
ad Jurisdictionem Cameræ quot modis cauſæ deferantur ibid.
de Cameralis & Aulici Judicii Collatione ib.
an cum Camera Judicium Aulicum concurrat ib.
inter Cam. & Aulic. Jud. præventio ib.
Judicium Camerale cur ſummum appelletur ib.
Cammergerichts nomen unde ib.
in Camera compromiſſa qu. fiant ib.
Cameræ conſenſus Dnn. Electorum an adhibendus ib.
Camera an recuſari poſſit ib.
contra Cameral. & Aulic. ſententias Remedia ib.
à Cameræ Judicio non appellandum ib.
de Canonicis Eccl. Cathedral. 5
Capitulationis origo 8
Amplificatio per cauſas ib.
Caſſellana ſatisfactio & poſtulata 15
Caſſellanæ Lineæ Jus Primogenituræ ib.
Caſſellanis Legatis qu. ſuffragiorum denegata ib.
Cautela mirabilis, per quam fere nunquam actor forum rei ſequitur 5
an per Ceſſionem Jurium & bonorum temporalium Eccleſiæ animabus perditio creetur 5
de Chriſtianiſſimo Rege 1
Circulorum Imperii cauſa effic. & reliqua &c. 8
de circulo Burgundico varia 3
Civitatum Imperii deſcriptio, diviſio, quænam potiſſima jura? an votum deciſivum competat? & quare? de eorundem forma & quibusdam ſpecialibus privilegiis &c. 8
Collectarum materia per 4. cauſarum genera 8

De

De Collegiis Imperii ſub Articulo 5
de Collegio Electorali ib.
Collegia Imperii quotuplicia ib.
Commerciorum origo, neceſſitas, deſcriptio, diſtributio, utilitas, honeſtas, libertas 9
Comitia quid? quotuplicia 5
Comitiorum deductio per 4. cauſ. 8
in Comitiis quomodo Decreta fiant ib.
Concordia civili ſubditi religione diſſidentes ſe mutuò perferre debent 5
Confirmatio generalis Privilegiorum etiam ad ſpecialia extenditur 8
Conſcientia non eſt innodandanda diſpp. ſubtilibus &c. 5
Conſcientiæ libertas non omnino eſt libera 2
Conſilium Upſalicum 2
Contradictiones contra Jus publicum 5
Controverſia Kitzingenſis 4
Correctio circa gravamina 5
quid Credendum vel non Princeps non poteſt per ſe decernere ib.

D.

Damna remittenda ad imitationem P. W. ſed quid de damnis ſubditorum 2
cur Damnorum reſtitutio non moroſè urgenda 15
in Darmſtadiana Linea Jus Primogenituræ 15
Debitorum calamitoſorum ſolutio per ſcalam 10. prædicamentorum 8
Decimæ ex agris novalibus ad quos pertineant 5
Deditio quid & quotuplex 17
de Deputationum Conventibus 5
Diſparitas jurium Status Politici Imperii 8
Domus Auſtriacæ encom. 1
de Donavverdenſi cauſa 5

Ele-

E.

Electores qui ſub Articulo 1
Electoratus Bavaricus cum VIII. Electoratu non eſt ſimpliciter conſtituus 4
de Electione Archi-Epiſcoporum 5
Electoralium Jurium prærogativa 8
Electorum origo ibid.
Unde dicti? & cur hodiè Octo-viri ib.
Quibus æquiparentur, imò præferantur ib.
De diſtinctione inter Eccleſiaſt. & ſecul. ib.
Quare Eccleſtiaſtici Electores duplicem perſonam repræſentent. ib.
Contra eosdem Evangelicorum gravamen ib.
Electorum Jura præcipua ſervanda ib.
Emigrationis beneficium & terminus 5
Quod de eadem diſponitur in P.R. an ſit voluntatis, an neceſſitatis ib.
Emigrandi libera facultas an ſit illecebra apoſtatandi ib.
de Epiſcoporum electione ib.
Epiſcopis fas, jusque competit ad transactionem religioſam ib.
Erfordenſis Civitas locus commodus Judicii Cameræ ib.
Evangelicorum cura 4
Exemptionis deſcriptio, diſtributio, exemptæ Regiones quæ? qui Judex? & quomodo procedendum in cauſis exemptionum? itemque de remediis contra exemptos 8
ad Exteros quando bona tranſeunt, quinam fructus 15

F.

Fœderum ſignificatio latior, ſtrictior 17
Diſſolutio inter plures conſortes ib.
Renunciatio quatenus renunciantem liberet ib.

Fœderum capitula renunciatione invito altero dividi non debent ſub articulo 17
An & quatenus ſolv. non-uſu ib.
An quis ſeorſim pacem facere poſſit cum hoſte ib.
Circa fœderum rupturam Pſeudopolitici perſtringuntur ib.
Francorum Reges independenter à P.R. poteſtatem aliquam circa Eccleſiaſtica uſurp. 5

G.

Galliarum Rex qualenam pactum cum Calvin. inierit 17
de Gallicana libertate 5
Gallorum Regis circa Eccleſiaſtica diſſertationes reſolvuntur ib.
Germaniæ vel Imperii Principes quinam 1
Gratianus non poteſt eſſe certa regula agendorum in Imperio 5
Guarantia pacis duplex 17

H.

Hagenavienſis Præfectùræ proteſtatio 10
Halberſtadienſes mutationes 11
Hamburgenſis controverſia 10
de Hanſeaticarum Civitatum fœd. ib.
Haſſo-Caſſellanæ Domûs Intereſſe 15
Helvetia an Imperio ſubjecta 6
Unde dicta? & quotupl. ib.
Quando, & quare ſe in libertatem vindicarit ib.
An ſit hodiè membrum Imperii ib.
An ejusdem Legati tam inciviliter Cam. Spir. alloc. ibid.
Helvetiorum corpus quot partibus conſtet ib.
de Hippoliti à Lapide ſtructuris monſtroſis 5
Hiſpan. Rex cur dictus Catholicus 1
de Hiſpaniæ Statu ib.

Hiſpaniæ Rex in Concilio Toletano, quam legam dederit ſub Articulo 7
Hohenſtein 11
Holſatiæ Ducatus 3

I.

Imperii Status & forma politica 8
Imperium Germ. quare, quando & quomodo in Circulos diſtr. ib.
Ejusdem Circulorum Cauſæ &c. 8
Indifferentiſmus vitandus 7
Induciæ 1
Deque earum termino ib.
Unde dicantur 17
Earum ſpecies ib.
Cauſæ finales & impulſivæ, variæ ib.
Conditiones, Proceſſus, Effectus ib.
De earund. rupturâ 17
Injuriæ illatæ remittendæ 2
Inſtrumenti pacis ſubſcriptio & ſubſignatio varia ib.
de Judiciis antiquis & modernis Imperii 5
Judicium Aulicum longè antiquius Camerali 5
De ejusdem Statu ib.
Circa idem Jud. Aulic. queſtus ib.
Judicium Rottvvil. & alia an abolenda ib.
Jura Statuum Imperii univerſalia & particularia 8
Juris Principum origo & fundamentum 5
Jurisdictio Eccleſiaſtica, ad quæ objecta ſeſe extendat ib.
Licet ſuſpenſa in perpetuum, non tamen dicenda extincta ib.
Jurisdictionem Eccleſiaſticam an valeat ſuſpendere poteſtas Principis ib.
Jurisdictio Principis quantum circa bona Eccleſiaſtica valeat ib.

Juris-

Jurisdictio Cæſaris, quomodo fundetur adverſus Eccleſiaſticos ſub Articulo 5
Jurisdictio Jud. Aul. non eſt delegata ib.
Jurium PP. Proteſtantium prærogativa 8
Jus Publicum num in Academiis profitendo & diſputando tractare liceat 5
de Juſtitiæ puncto ib.

L.

De Landgraviatu Alſatiæ 12
Legationis veræ requiſita 17
Legationis jure ib.
an Legati indiſtinctè admittendi ib.
Eorum diſtinctio ib.
De eorundem Privilegiis, Jurisdictione, Officio, duobus Mandatis ib.
Legatorum Pac. luſus anagramm. ib.
Lex Turcica ea , quæ ſuo idiomate ſcripta non ſunt, haud obſ. 1
de Libertate Gallic. 5
Libertas A.C. quatenus in Cæſ. hæreditariis Provinciis permiſſa 5
Libertas Religionis in Gallia num P.R. aliquid deroget ib.
Libertiniſmus vitandus 7
Loburg uſusfructus cur extinctus 14
Lotharingiæ Ducis Genealogia 15
Lotharingus Carolus Epiſcopus ib.
De illius Reſtitutione ib.
Salvo conductu ib.
Conſilia & Actiones ib.
Declaratio, Proteſtatio ib.
Lotharingia hodierna Regno Germaniæ acceſſit ib.
De ejusd. prætenſione, præſcript. Domin. ib.
Ratione ejusdem intereſſe Pot. Imperii 15

Luneburgica Familia quænam ſub Articulo 13
D.Luneburgicæ origo & controverſia ib.
Luneb. æquival. hiſtor. ib.

M.

Magdeburg. Adminiſtrator Dn.Chriſt. Wilh. 14
Magdeburgicæ mutationes 11
Majeſtatis jura an circa Religionem inſtituta PP. Secularibus competant 5
Marpurgenſis controverſiæ origo 15
Matriculæ tractatio per cauſas &c. 8
De renovanda & moderanda; ejusque Moderatoribus, qui & à quibus conſtituantur? ib.
Matrimoniales cauſa à quibus Judiciis arceantur 5
Mechelburg. Duc. Fam. Lineæ 12
Mediatoris perſona qualis 17
Quæ requiſita? Officium, Sententia ib.
Mediationis recuſatio cur permiſſa ibid.
Ejusdem effectus ib.
Mediatoris conſenſus compulſus eſſe non debet ib.
Megalopolis quæ olim & hodiè 12
Milcoti diſſim. de Gallic. libertate 5
Modeſtia in diſpp. ſcriptis &c. contra Pac. Monaſterienſ. inhibitis 5

N.

Neceſſitas an aliquam Cæſari & Statibus Imperii poteſtatem extraordinariè circa Eccleſiaſtica tribuat 5
Neceſſitatis publicæ velum 10
Sereniſſ. Neoburgici P. Induſtria 4
inter Neoburgicam Domum Pacta Gentilitia ib.
Neutralis conditionis requiſita 17
Ejusdem Species ib.
de D.Nicolai Scriptis 14

O.

Offenſa unius omnium reputanda ſub Articulo 2.
Oldenburgici telonii controverſ. 9
Orebroënſe Statuum Relig. 7

P.

Pace nihil optabilius 1
de Pace univerſali 5
Remedia 2
Pacis Eccleſiaſticæ origo. 5
Contra eandem arietes ib.
Pacis effectus 16
Executio quæ complectatur ib.
P. exequendæ Commiſſio juris ſtrict. ib.
P. executor conventionalis adhibita vi, munus peragere poteſt ib.
P. an & quatenus poſſit exequi ib.
Pace factâ an liceat animadvertere in milites diverſæ partis exauctoratos ib.
Pace ceſsâ tranſeunt ad ceſſionar. eô jure, quô penes cedentem ib.
P. executio in liquidis procedere debet ib.
P. executio præpoſtera num retractanda ib.
P. negotium quando & ubi pleniſſimum robur acceperit ib.
P. cauſæ effic. quid adverſetur? 17
P. non cum Principe tantùm nec cum ſolo Rege minorenni ineunda ib.
P. non eſt contractus precarius ib.
Non tuta, ſuſpecta ib.
P. inconſtantia & contra eandem remedia ib.
de Pacis dolis, violatâ Pace, & varia ib.
P. univerſalitati adverſatur excludere confœderatos & ſocios ib.
de Pacis ratificatione, an & cur neceſſaria ib.

Pax vel expreſsè, vel tacitè rata haberi poteſt. ſub Art. 17

P. intentio, adjecto termino ad quem, quibus ex circumſtantiis colligatur ib.

P. Conſequentiæ & interpretationes ib.

pro P. votum ib.

Pax ſit Chriſtiana, & cur 1

Sit univerſalis, perpetua ib.

Sincerè ſervetur ib.

Religioſa an injuriam inferat Creatori, & veræ Religioni 5

Ad LL. Fundamentales referenda ib.

Non eſt uſurpatio poteſtatis incompetentis ib.

An Eccleſiæ Dei, Pontificum, Patrum, Veterumque ſuffragio deſtituta ib.

Quid contra eandem Hungariæ Status oppoſuerint ib.

De ejusd. con- & reſervatione in Bonis Eccleſiaſticis immediatis ib.

An ead. libertatem & jus Religionis tantùm illis permittat, qui in præſens habuerit ib.

num P. R. animabus credendi neceſſitatem imponat ib.

Utrum ſubditorum animas & conſcientias ſubjiciat Arbitrio PP. ib.

An ad hæreſin, aut ad emigrationem adigat ib.

P. R. & I. P. an in Imperio pro forma 7

Deductio per 4. genera cauſarum ib.

Palatina cauſa 4

Palatinam contra proſcriptionem rationes pro & contra ib.

in Palatinatu infer. Exercitium C. A. liberum ib.

Pallii Jura 5

Papales menſes ib.

Perpetuum quot modis in Jure ſumatur 1

entiariis 17

de Plenipo

Pomeranæ controverſiæ ſub Articulo 10
Poſtarum materia per 4. genera cauſarum 9
Precum primariarum jus 5
Primogenituræ jus in Linea Darmſtad. & Caſſell 15
D. Puſendorff. Elog. 10

R.

De Redituum Sacrorum ſolutione 5
de Reformandi jure exercitium Religionis ib.
de Reformandi Juris limitatione ib.
Reformatis an proceſſus decernendi 7
an ſub P.R. comprehenſi ib.
Pro iisdem literæ Batavorum ib.
Et quid de iis D. Pufendorffius tractat ib.
Reformatio Politiæ quid 8
Ejus homon. encom. ib.
Pol. Ordn. an ſint appellabiles ib.
de Regum Romanorum origine, Elect. cauſ. effic. Mat. F. F. &c. 8
qu. Religionis jus ſuperioritati in P.R. ſit concedendum 5
an Relig. P. libertatem & jus religionis tantùm illis permittat, qui in præſens illud hab. an etiam aliis in futurum ib.
an R.P. ſit uſurpatio poteſtatis incompetentis ib.
in Religione A.C. an juramentum Advocatiæ R. ſedi & Autonomiæ ſint compaſſibilia ib.
Religionis paritas an in cauſa Moderationis matriculæ obſervanda ib.
quot Religiones hodiè receptæ? & quare 7
Religionē quam & quot liceat inducere in territoria ib.
Quid apud Luth. Calvin. & Pontif. credendum ib.
de Remediis 5. Pacis univerſalis 2
Rerum Imperii de anno 54. compendium quoad emendationem juſtitiæ 8

ut Res al. ſic & Imperii alienari poſſunt ab eo, cujus in Dominio verè ſunt; ſecus contra ſub Art. 8
de Reſervato Eccleſiaſtico 5
Reſtitutio quomodo intelligenda 3
Duc. Würtemb. & Badenſis, & Studium Evangelicorum pro utroque 4
Reliquorum Ordinum ib.
Civitatis mixtæ relig. prima Auguſt. Vindelicor. 5
Nobilitatis liberæ & immed. Imperii in Eccleſiaſticis ib.
Religioſa Statuum Immediatorum ib.
In Eccleſiaſticis Liberar. Imperii civit. ib.
Reſtitutionis terminus in Eccleſiaſticis, & quomodo interpretandus ib.
de Reſtitutione Bonorum Eccleſiaſt. Mediatorum ib.
Reviſio non eſt ſpecies appellationis: eſt remedium ſuſpenſivum: deque ejusd. proceſſu; & in quibus caſibus locum habeat 53
Revocatio ib.

S.

Sabaudiæ Ducum Genealogia ſub Articulo 15
Quatenus Imperium recognoſcant ib.
Titulus ib.
Symbolum ib.
Perpetuus Imperii Vicarius ib.
Controverſia cum Duc. Mant. ib.
Ad Comitia vocantur & comparent ib.
Ratione eorum intereſſe potentiæ Imperii ib.
Satisfactio Coronæ Sueciæ 10
Ejusd. Controverſia cum Civitate Bremenſi ib.
Ejusque poſtulatum I. Judiciaque pro- & contra ib.

Sa-

Satisfactio Coronæ Gallicæ ſub Articulo 15
Deque eadem Judicia itidem pro & contra ib.
Deque ead. deliberatio Principum ib.
Oblationes, Declarationes ib.
Scholæ diſputationes non ſemper ad tractanda Reip. negotia rectè trahuntur 5
Scripta virulenta variorum in Inſtrum. P. ib.
Eorum uſus & abuſus ib.
de Sociis, fœderatisque in Pac. comprehenſis 1
Eorundem nomen etiam ad futuros ſocios pertinet 17
Socius à fœdere recedens intempeſtivè, nec ſine cauſa ib.
Socium num priorem, Pac. ſalva juvare liceat ib.
de Spirenſis Proceſſus tardiſſimi Exemplo 5
Sponſio differt à fœdere 17
Illius requiſita, cum aliis ib.
Quotupliciter accipiatur ib.
Ejus deſcriptio, uſus ib.
de Succeſſoribus Pacificantium 1
de Succiæ Regno ib.
cur Sumptuum reſtitutio non moroſè urgenda 15
de Suſpenſione Juris Diœceſani & Jurisdictionis Eccleſiaſticæ 5
De hac PP. nil egerunt per modum præcepti, ſed voti & petiti ib.

T.

Titulus S. Cæſ. Maj. 1
Transactionibus quatenus Judex ſtudere debeat 5
Et an ad easd. partes cogi poſſint ib.
Treugæ nomine quid veniat 17
Turcica Lex ea, quæ ſuo idiomate ſcripta non ſunt, non obſ. 1

De

V.

De Vectigalibus per cauſas amplificatio ſub Artic.9
Venet. Laudes 8. & 17. ſub fin.
Uſenbachiani operis dichotomia 5
Vicinitas fida in Romano Imperio revireſcat 1
Votorum majoritas an in Comitiis prævaleat 5
de Votandi ratione in cauſis Religionis & Collectarum ib.

W.

Weſtphaliæ deſcriptio metrica 17

Z.

Zinæ Cœnob. uſusfructus cur extinctus 14

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google